Vat. B. 525

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

IN MVTILVM

CAMPANI AMPHITHEATRI

TITVLVM

Aliasque nonnullas Campanas Inscriptiones

COMMENTARIVS

EDITIO SECVNDA AVCTIOR.



Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

NEAPOLI CIↃIↃↃCXCVII.

EX REGIO TYPOGRAPHIO VINCENTII VRSINI

PUBLICA AUCTORITATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

VINCENTIVS CALA' OSSORIVS DE FIGVEROA

ERVDITO LECTORI.

MAgna illa nominis celebritas, quam ALEXIVS SYMMACHVS MAZOCHIVS, ex quo primum rem litteratorum publicam attigit, consequutus est; quamque postea tot aliis egregiis sane operosisque editis voluminibus ad ultimum paene spiritum sustinuit; non aliunde certe profluxit, ut opinio mea est, quam a bona fama atque existimatione, quas excitavit hoc primum specimen suarum lucubrationum, quod denuo edimus; vix enim credibile est, quot litteratae caveae plausibus exceptum illud fuerit simul ac publicam lucem aspexit (1). *Atque hinc factum ut avide unde unde expetitum, distractis brevi omnibus exemplaribus, non post multos annos rarissimum evaserit* (2). *Interea temporis MAZOCHIVS, cum ad suum studium libros evolveret, si quid ad suum Commentarium exornandum, augendum, expoliendum occurrebat, statim id, tamquam materiam usui futuram ad alteram editionem, quam mente conceperat, in plagulam festinanter relatum ad oram libri, ut suus erat mos, adlinebat.*

(1) Habeo in forulis fasciculum epistolarum magni nominis ea aetate doctorum virorum partim ipsi Mazochio scriptarum, partim Iosepho a Capua Capycio uno ex Campanis Sexviris, quo potissimum auctore & hortatore huius Commentarii laborem sibi Mazochius sumpserat; in quibus epistolis credibile non est quot effusissimis praeconiis eum librum sint prosequuti. Illum autem litterarum fasciculum, ne ingratus in selectissimum amicorum videar, fateri cogor me debere humanitati, & erga me benevolentiae Francisci Danielis Regii Historiographi, Regiaeque Herculanensis nostrae Academiae a secretis; qui praeclaram doctrinam atque omnigenam eruditionem suavissimis moribus, exemplo huic aetati opportunissimo, mirabiliter insevit. Qui etiam auctor & fundus fuit, ut earum epistolarum alias integras, aliarum lacinias tantum ad rem facientes publicarem, quod & heic post praefationem praestiti

(2) Fuit enim vero opus illud anno 1737 a Iohanne Poleno recusum Tom. V *Novi Supplementi Vtriusque Thesauri Romanarum & Graecarum Antiquitatum:* sed nova illa editio haudquaquam sitim explere poterat eruditorum hominum, quam opus vere aureum civerat, cum insatiabilissimus sumptus illius Thesauri etiam ditiores deterreat.

Digitized by Google

nebat. Sed tamen cum litterariis occupationibus, quibus quoad vixit alligatus fuit, nunquam se expedire quiverit, eam editionem aliud ex alio ita quotidie retardavit atque impedivit; ut eam cogitationem prorsus deposuisse mihi affirmaverit, cum anno fere antequam evanesceret (3)*, importunitate mea expugnatus, id tandem a se extorqueri pro summa eius humanitate paternoque illo amore, quo me a puero fuerat prosequutus, passus est, ut exemplar illud tot schedulis farcitum mihi committeret; ut ea omnia ad alteram digererem editionem, suisque locis apte disponerem, suos tamen oculos subitura antequam prelo committerentur. Atque utinam id ex desiderio & voto meo cessisset, ut ea scilicet editio, ipso vivente ac vidente, institueretur; ea profecto additamenta, & praesertim tractationem illam in fine Cap. I, in qua* de Campani Aerarii viribus *agit, nunc opimiora haberemus, nec fortasse desideraremus etiam aliud auctarium* de Magnitudine Campana, *quod in animo habuisse colligo ex aliquibus schedulis, in quas aliqua Strabonis loca ad rem bellissime facientia comportaverat* (4)*. Sed pessimo publico totum illud consilium defluxit. Dum enim relego librum, meque illi opellae comparo, MAZOCHII memoria atque acies tot laboribus ac vigiliis detrita primum sensim languescere coepit, atque hebescere, ac tandem penitus obtusa est; qui casus me omnino fregit, ab illoque labore prorsus avocavit; non enim committendum puta-*

(3) Quadriennio antequam decessisset id eveniisse & memoria teneo, & litteris consignavit Compater meus Cl. V. Nicolaus Ignarra Regius S. Scripturae interpres, Herculanensis Academiae Socius, Regii Princip's Siciliarum Praeceptor, & nunc in Metropolitano Capitulo Neapolitano carissimus & amicissimus collega in Mazochii Vita, quam eleganter ornateque, hoc est more suo, anno 1772 conscripsit. Decessit autem Mazochius prid. Id. Sept. 1771.

(4) Vtrumque colligo ex eo, quod tres schedulas hac illac libro suo agglutinatas comperio, in quarum una pag 62, propositum ha et lemma: *AD CAMPANAE COLONIAE AERARII VIRES*: in altera vero schedula pag 20 adscribitur thema: *AD CAMPANAE COLONIAE MAGNITVDINEM*: tertia denique pag. 89 titulum praefert: *AD COMMENTARIVM DE MAGNITVDINE CAMPANA*.

Digitized by Google

putabam, ut liber ille novis additamentis locupletatus vivo quidem Auctore, sed sibi non constante, tamquam furtivus, nec cum bona parentis gratia dimissus exiret. Itaque totum illud consilium abieci, & longissimo sane tempore nulla alia de illa editione cogitatio subiit. At non multis ab hinc annis, cum ex gravissimo morbo evasissem; atque domi otiosus, uti fit, forulos excutiendo tempus fallerem, quod in graviores occupationes impendere summa virium imbecillitas non sinebat; in illud incidi volumen, quod olim ὁ μαχαιρης mihi tradiderat digerendum. Quod cum in manus sumpsissem nescio quos subiectos mihi igniculos sensi, quibus concitatus statim ac vires amissas revocare coepi, me ad illud opus instruxi, quod paucis mensibus absolutum ad editionem adornavi. Atque id fuit totius eius facti consilium & narratio. Nunc quid ego in hac instruenda editione praestiterim, paucis accipe.

Ea mihi praecipua cura fuit, atque in eo omne studium collocavi meum; ut non solum quascumque plagulas certis locis destinatas, ibidem apponerem; sed etiam ut celeriter adumbratas, in quibus auctor festinus digitum non ad paginam, sed ad materiam intendens aliquid alleverat, suis in sedibus collocarem. In quo perficiendo quanta mihi cura atque industria opus fuerit; iis aestimandum relinquimus, qui forte fortuna tale aliquid periclitati sunt. Heic autem ex eo quod dixi nollem alicui in suspicionem venire, me in iis chartulis recensendis aliqua usum libertate; cum illud sancte ac sincere affirmare possim, me non nisi ipsissima Auctoris verba, quo spectare videbantur, inseruisse, nec nisi bis aut ter coniunctionem aliquam, aut unum alterumve verbum, quibus ad res, ut ita dicam, ferruminandas opus habebam, de meo addidisse: quod si cuipiam in dubium venire poterit, hunc ad ipsum auctoris autographum

Digitized by Google

phum provoco, quod ad ſempiternam memoriam in Regiam Bibliothecam clementiſſimo REGE FERDINANDO IV (5) *benigne adnuente, abſoluta iam editione, hiſce diebus intuli. Atque heic loco, ut ego quidem iudico opportuniſſimo, Lectorem monitum volo, ut ea additamenta non niſi tamquam primam rerum ſtructuram atque adumbrationem ſubito, ut ſuccurrebat, mente conceptam reputet, quae ultimam auctoris limam atque accurationem opperiebantur. Etſi enim illud MAZOCHIO peculiare ac prorſus ſingulare fuerit, ut quaecumque expedite ac celeriter funderet, ita ſibi rerum ordine ac verborum delectu conſtarent, ut non ex tempore concepta, ſed diu meditata videantur; eſt tamen aliquid in his additionibus, dicam enim ut res eſt, non omnino abſolutum, quod fortaſſe importune interpellatus interruptum reliquit. Huius rei perſpicuum occurrit exemplum pag.* 71 *in eo additumento, quod incipit*: Turbat tamen *&c. quo in loco cum ſibi ipſe obieciſſet Tacitum & Servium* reſtaurandi *ſive* inſtaurandi *verbum de aedificiis etiam uſurpaſſe, quod ipſe ab ullo probo latinitatis ſcriptore factum negabat, de Servio obiectionem ſolvit verbis illis:* Sed vereor ut idoneus teſtis habendus ſit quincti ſaeculi ſcriptor; *de Tacito tamen ſaeculi primi & ineuntis ſecundi ſcriptore, & Iureconſultis, Iu-*

(5) Ecce tibi codicillorum exemplum, quos huiuſce Regiae voluntatis ſponſores, ſanctiſſimus & integerrimus ſenex Marchio, inquam, Carolus Demarchus, qui, cum omni genere virtutis, tum maxime exiſtimatione innocentiae, Regis & multitudinis raro quidem exemplo maxima gratia floreat, nullam ſibi iuvandi litteras omneſque artes ingenuas elabi de manibus occaſionem patitur:

Avendo fatta preſente al Re la rappreſentanza di V. S. Illuſtriſſima relativa all'eſibizione di un eſemplare dell'opera del fu Canonico Mazzocchi ſu l'Anfiteatro di Capua arricchito di varie giunte e ſupplementi autografi, che la rendono oltremodo pregiata, e quanto lo ſteſſo originale; mi ha la M. S. ordinato di manifeſtarle il ſuo Real gradimento; e di ſoggiugnerle, come fo, ch' Ella potrà traſmettere in queſta Real Segreteria l' eſemplare ſuddetto, per mandarſi al Maggiordomo Governadore onde conſervarſi nella Real Biblioteca. Di Real ordine partecipo a V S. Illuſtriſſima queſta Sovrana riſoluzione per ſua intelligenza, e per l' adempimento. Palazzo il dì 15 di Dicembre 795.

CARLO DEMARCO.

Digitized by Google

Iustino, & Inscriptione Telesina, quos ibidem ex Vossio sibi obiicit, ne verbum quidem. Ex quo vides id tantum ad memoriae adiumentum festinanter adnotasse; atque hoc in causa fuit, quamobrem angulatis uncinis ea includenda ad distinctionem diligenter accuraverim. Ea porro additamenta, quae auctor ipse in priore editione non sine quadam excusationis praefatione (6) in finem reiecerat, in suo loco ac sede nullo adhibito discriminante signo collocavi; quae signa, ut dixi, tantum apposui, ut postumos partus ab iis discerneres, qui vivo patre in lucem editi fuerunt.

Notulas praeterea prioris editionis margini hac illac singulatim aspersas in unum agmen coactas in cuiuscumque capitis fronte turmatim praecedere iussi, primum ut me ad huius saeculi elegantiam, quae in litteraturam etiam irrepens, eum usum excluſit, accommodarem; deinde quod facilis esset coniectura, ita MAZOCHIVM ipsum fuisse facturum, si suo aevo liber hic recudi contigisset; & re quidem vera eum morem in libris omnibus postea editis servavit. Atque hoc me compulit, ut Romanos numeros nunc primum paragraphis appingerem, notularum numeris respondentes; ut facilis earum esset rerum investigatio, quae promissae in ipsis cuiusque capitis foribus prostant.

Deinde nec illud omittendum, me in Indice ea etiam addi-

(6) Eam, quoniam in hac editione locum habere non potuit, ne tibi depereat, heic habe:

LECTORI

Impune diem consumpserit ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri
Scriptus, & in tergo, nec dum finitus, Orestes.

Nam etiamne, inquis, additamenta? At. qui his certe, inquam, non fuisset opus, si perfecto iam elimatoque hoc Commentatio, tum demum de eo publicando cogitassem. Verum dum haec pessimo consilio (sed ita res erat, faciundum fuit inter quotidianae typographi instantiae obstetricias manus, tamquam dissecti membra poëtae, frustillatim enitimur; & nonnulla, sat scio, prodierunt, quibus si diuturnior lambendi cura accessisset, haud dubito quin forma concinniore conspicerentur: non pauca vero incogitantem praeterivere; quae ad calcem non inutiliter apponi iussimus in eorum gratiam, queis visum fuerit

Meas esse aliquid putare nugas.

Digitized by Google

addidiſſe, quae in novis ſupplementis continentur: quaeque ut facile ab iis diiudicare poſſis ac diſtinguere, quae ab auctoris manu proceſſerunt, italico, ut vocant, charactere operas typographicas exprimere iuſſimus.

Antequam vero te dimittam etiam illud monendus es, humaniſſime Lector, me in locum illius notationis, quae in prima editione nonum & octogeſimum tuebatur locum (7) *illud ſubſtituiſſe* ſchediaſma: De redemptoribus, arbitratu, & probatione operum publicorum *in eadem notatione promiſſum* (8), *quod inter autographas MAZOCHII chartas inveni, quas pro vetere amicitia, & ſua in me benevolentia multis ab hinc annis humaniſſime dono dedit Philippus eius fratris filius, quem admirabilis abſtinentia, iuſtitia, dexteritas, & praeſertim facilitas in audiendo, lenitas & fortitudo in decernendo ex patrui inſtitutione ſumma docilitate hauſtae, omnium magiſtratuum gradus incredibili celeritate praetergreſſum, tandem*

(7) In hac noſtra editione nunc notatio illa in numerum 107 incideret, ſub eoque numero ſchediaſma eius vicarius procedit.

(8) Illud quidem ſchediaſma Mazochius iam informaverat, cum hic Commentarius ad finem properaret; ſed in aliud tempus alioque in opere diſtulit edendum, ut ab ipſo diſces in ea ipſa adnotatione in cuius locum ſchediaſma illud ſuffecimus, quamque proinde heic tranſcribimus: *Etſi EXACTOR OPERVM PVBLICORVM nullo in alio quod ſciam marmore occurrit: tamen quid exigere opus apud veteres ſignificarit, ex veteribus ſcriptoribus ſatis intelligimus. Cic. pro dom.* Quid, *inquit*, operum publicorum exactio? Quid inſcriptio nominis tui? *Columella lib.* 1, *cap.* 7: Nulla eſt autem maior vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quam operis exactio. *Atque id quidem explicate ac plena oratione Plinius X, epiſt.* 85, exigere rationem operis *dixit*: Exigendam eſſe a Dione rationem operis, antequam reip. traderetur, quod aliter feciſſet ac debuiſſet. *Et habet exactor reſpectum ad redemptorem: ille opus* exigere, *hic* tradere *dicebatur. De ſartis tectis exigendis multa habet Tullius lib.* I *in Verr. Ac ne plura*: exactor operum publicorum, *is eſt, qui in ſexcentis aliis inſcriptionibus* curator operum publicorum *appellatur. Et quod in Campano marmore additur* ET (*ſupple ex τοῦ κοινοῦ Exactori*) *Theatri. A FVNDAMENTIS: ſic etiam dicitur, ut alibi ſaepiſſime* curator aedium ſacrarum, riparum, cloacarum, pontis, viarum ſternendarum, *&c. Illud autem A FVNDAMENTIS eo eſt additum, quia, abſque hoc additamento exactor ſartorum tectorum theatri intelligi potuiſſet. Plura ſuper hac re non addam, ne lectori ſim incommodo, quem ne nimia iam prolixitate offenderem, ſchediaſma, quod modo de ea re conſcripſeram, ubi etiam* de redemptoribus, arbitratu & probatione operum publicorum *mihi agitur, nolui praelo committere; quod brevi fortaſſe dabitur, cum Campanae omnes Inſcriptiones in unum volumen cogentur.*

Digitized by Google

dem ex Regiae Camerae Summarum Rationum Locumtenente, ſanctioris Senatus Sacri Regii Conſilii Princeps, univerſis plaudentibus ordinibus, renunciatus fuit poſtridie Non. Apr. ſuperioris anni 1795.

Vnum reſtat quo te, patientiſſime Lector, plane obtundam, nec verbum amplius addam. MAZOCHIVS Cap. IV huius Commentarii, in quo epigraphen Satelliae illuſtrat; vicem eius marmoris valde dolet, quod corruptum ex lapicidae affirmatione credebat; ſed hoc falſum fuiſſe, dum in his eram, monuit me Cl. V. Franciſcus Daniel, quem iterum honoris & amicitiae cauſſa nomino, qui in ſuo Muſeo, quod pro flagrantiſſimo in litteras amore in Suburbano ſuo Caſertano triginta annorum ſpatio, nullis laboribus, nulliſque parcens ſumptibus litteratis marmoribus cumulatiſſime inſtruxit, epigramma illud ex non multum diſſito pago Caſapullae advectum aſſervari affirmavit. Hoc te ignorare nolebam. Vale . . . . . .

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS AC GENEROSISSIMIS
CAPVAE SEXVIRIS

IOSEPHO A CAPVA CAPYCIO
CAROLO MAROTTAE
. . . . . .
IOH. BAPTISTAE VENTRILIAE
NICOLAO CICERI
DOMINICO MAZZARELLAE

ALEXIVS SYMMACHVS MAZOCHIVS

QVOD de Campano hoc tota Europa celeberrimo Amphitheatro nihil admodum ante Longobardica tempora proditum litteris inveniatur, & mirantur plerique noſtrum, & vero etiam vetuſtis ſcriptoribus quandoque ſuccenſent. Quanquam nihil illi, quamobrem ſint magnopere reprehendendi, commeruerunt: propterea quod ex tanto auctorum veterum veluti incendio paucae, quae ſuperant, reliquiae, adeo etiam truncatae ac lacerae ad nos pervenerunt; fruſtra ut futuri ſimus, atque adeo iniuſtiſſimi, ſi tam mutilos ſcriptores, ac vix nonnullos tertia ſui parte ſuperſtites dicere teſtimonium coëgerimus. Vt ecce accuratiſſimus ille rerum Romanarum ſcriptor Dio Caſſius cum Capuae fixiſſet domicilium, ibique ſuam hiſtoriam conſcripſiſſet: fieri vix poteſt, quin aliqua ſuorum voluminum parte huius Amphitheatri mentionem inieciſſet. Sed luculentiſſima viri magni opera maximam partem deſiderantur; eaque potiſſimum, quibus Caeſaream complectebatur

Digitized by Google

hiſtoriam. Ita antiquis omnibus altum ſilentibus, illud unum optare veniebat in mentem, ut inter tot litteratos lapides, qui quotidie deteguntur, ille potiſſimum in conſpectum, lucemque hominum prodiret, qui huic tanto operi titulus exſtitiſſet. Quoties, Illuſtriſſimi Proceres, tellurem, quam pedibus proculcamus, pellucidam fieri cupiveramus; ut quo tandem receſſu illud quantivis pretii monumentum deliteſceret, perſpiceretur? Itaque (quid enim moror?) poſt quam illa quamlibet mutila Inſcriptio ex Amphitheatri ruderibus eſt educta nuperrime, dici vix poteſt quanta gratulatio conſecuta ſit univerſorum, tum eorum potiſſimum, qui rerum antiquarum ſtudio delectantur. Veſtra vero, praeſtantiſſimi Sexviri, quanta cura fuit, ut pretioſa illa antiquitatis lacinia ne periret? Nam & viro docto Franciſco Ciccarellio, qui marmoris illud fruſtum e lapicidarum omnia corrumpentium ictibus ſervavit, gratias egiſtis: nihil vero antiquius habuiſtis, quam ut illud ſpectatiſſimo Civitatis loco ad memoriam poſteritatis exſtaret. Quare omnis, mihi credite, ſecutura aetas gratias vobis aget, veſtraeque laudes vigebunt praeconio ſaeculorum omnium, tamdiu quidem certe, quamdiu monumentum illud a vobis ſervatum ſera poſteritas intuebitur. Pulchrum enim vero ac decorum eſt principibus civitatis tueri ac fovere litteras, eaque una cogitatione opes, deliciaſque poſteriores ducere: tum vero ea monumenta, quibus patriae conſignantur origines, religioſe ac ſancte ſervare longe omnium praeclariſſimum, eorumque faſcium poteſtate, quos concredidit vobis Patria, digniſſimum. Atqui non cuſtodiſtis vos tantum illud; verum etiam tanquam clari honoratique viri reliquias, ſic marmoris illud

Digitized by Google

lud fruſtum quodam veluti honore mauſolei proſecuti eſtis : nimirum ut non tuenda haec modo, verum etiam in honore habenda eſſe ſentiant univerſi. Vtinam vero hanc mentem Deus immortalis civibus Campanis omnibus daret; ut elogia, quae poſt tot allatas a barbaris vaſtitates adhuc aetatem ferunt, eo ſaltem in pretio haberent, quo apud cultiores Italiae civitates eſſe intelligimus. Nam cuius eſt inſaniae in ea marmora, quibus maiores noſtri res ſuas ad aeternitatis memoriam tranſmiſerunt, debacchari; iiſque per ſummam iniuriam in fruſta conciſis aut oſtiorum antas communire, aut, nequid foedius dicam, ſcalarum gradus, retractioneſve inſtruere; quibus cimeliis virorum principum gazae ditiores evaderent? Vtinam providentia veſtra, qua de hoc fragmento tam bene meremini, ceteris in poſterum religionem iniiciat; ne vetera huius Vrbis epigrammata fabrorum committant ſecuribus; atque adeo ne hoc, quantulumcumque illud eſt, quod e ſtupenda Amphitheatri mole vix adhuc reſtat, in cuius reliquiis demirandis exteri homines tantopere defixi haerent, vix ut inde avellantur; quaſſare & convellere per ſummum ſcelus, quod hactenus factum doluimus, porro perſiſtant. In hoc nervos omnes atque vim veſtrae auctoritatis exſerite, non modo ne impune iis ſit, quicunque illud in poſterum violatum iverint; verum etiam ut ſarta tecta eius operis & quantivis locentur, & vero etiam exigantur: neve committite, ut illae pauculae veluti a maximo naufragio tabulae, vivis ac videntibus vobis, inſulſiſſimorum hominum parricidio diſcerpantur. Sed nae ego ineptiſſimus hominum, qui curarum veſtrarum alacritati ſpatia, quae conficiat, quibuſve ſeſe coëreeat, definire auſim.

Iam

Digitized by Google

Iam vero, quod mihi negotium dediſtis, ut illud Inſcriptionis fragmentum a me ſuppletum, iuſto etiam aliquo Commentario illuſtrarem; comitas ea veſtra fuit, & quaedam de me pronior exiſtimatio; pro qua tum gratias ago, tum vero, quibus potiſſimum verbis utar, non invenio: mihimet vero ipſe de hoc honore gratulor, quem longe ampliſſimum veſtro de me iudicio ſum conſecutus. Et vero cum pergratum mihi, perque iucundum eſt in rerum perſcrutatione veterum volutari; tum de patriis potiſſimum originibus commentari longe omnium iucundiſſimum: ad quae ſponte mea propenſiſſimum, mandata veſtra tantopere incitaverunt; ut veluti currenti ſtimulos admoviſſe videamini. Atque in eo quidem quid praeſtiterim, doctorum hominum eſto exiſtimatio: ne dum meum hoc levidenſe munus apud vos verbis ornare ſatago, in ipſo orationis veſtibulo videar inſolentius gloriari. Verum, quidquid hoc eſt opuſculi, quod in veſtro nomine apparet, quamque illud cunque hominum pro ſuo quaeque captu atque ingenio aeſtimantium nanciſcetur opinionem: veſtri me tamen ordinis, quo nihil amplius, nihil illuſtrius in hac olim principe, terrarumque imperio digniſſima, nunc quoque tamen non ultimi nominis Civitate eminere poteſt, favor atque auctoritas unice confirmabit. Quamobrem opus vobis ſuſceptum perfectumque auctoribus, vobis potiſſimum ipſis, generoſiſſimi Proceres, ſiſtitur ac dicatur: mecum vero agi praeclariſſime exiſtimabo, ſi ad ceteras Vrbis noſtrae excutiendas origines; quod equidem ante hos aliquot annos non deſtiti facere; veſtra in primis, quae poteſt apud me plurimum, excitaverit approbatio.

LE-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

DVM haec typis ederentur, cumque, uti saepe fit, opus in manibus cresceret, multo certe magis quam praedixeram, scio me admirationi non paucis, nonnullis etiam ioco ac ludibrio fuisse, quasi vero laureolam in mustaceo quaesierim: dum in una illustranda Inscriptione, quo iure, quaque iniuria nihil non infarciendo, moli potius, quam legentium commodo studuerim. Quibus ut brevi respondeam: iam primum omnium hoc scire volo universos, in nostrorum hominum haec commodum scribi; a quibus inire gratiam multo iustius fuit, quam, nequa satietate exteri homines distenderentur, satagere. Deinde cur Cardinali Norisio (cui litterae universae quando unquam invenient parem? ita in uno efformando totam se videtur impendisse natura) sed eruditissimo Card. Norisio cur non hoc vitio vertitur, qui tam spissum volumen in duobus Pisanis elogiis exponendis insumserit: mihi (si modo fas est magnis componere parva) lis intentatur, qui non pauca Vrbis nostrae epigrammata non magno hoc Commentario sim prosecutus? Iam vero homines fastidiosos, quibus debent haec nostra ludibrium, prodire & coram dicere causam iubeo, ecquid in hoc Commentario deprehenderint (tametsi secum si qui haec mussitant, nego eos ullam scriptionis huius laciniam lectitasse) quod non iure optimo positum fuerit. Hoccine illos offendit, quod de colonia Capua, torque adscriptis in eam supplementis fusius disseruerim? An aut ἀπροσδιόνυσος ea tractatio fuit; aut omnino nullo operae pretio obscura antea res suo lumini est restituta? Dedicationibus, inquis, tam copiose tractandis, aliisque non paucis digressionibus supersederi poterat. Atqui ego nunquam ivi inficias, quin una alterave pagella satis & Amphitheatri titulus explanari, & supplementi ratio reddi potuisset. Verum ubi semel constitutum fuit, quae paucae nunc seorsum prodeunt Inscriptiones, eas non parce ac ieiune; sed, qui meus amor in patriam, atque in ornatissimum magistratum, qui me huic operi admovit, observantia, affluentius aliquanto tractari: in eo, inquam, cum essem; nihil eorum ferme omissum fuit, quae quidem inter ipsam typographicam festinationem in mentem venire potuissent. Et norunt eruditi omnes plus otii saepe requiri ad eorum, quae cum quodam impetu funduntur, postquam ille calor deferbuit, delectum

Digitized by Google

ctum instituendum, ut quid admittere, quid respuere debeas, tecum statuere possis; quam ad implendam utramque paginam. Iam vero illam de dedicationibus diatribam domi hoc ipso tempore mihi natam cur praetermitterem? Sic tamen a reliquo seiunxi opere, cuique ut liberum sit eam legendo praetervehi. Sic ceteris quoque digressionibus factum fuit, quas plurimum in notationibus seposui; ut & praeteriri facile possent; & tamen si quid vel novitate allicere, vel cuicui usui esse possent, eorum gratia non periret. Adhaec quod, antequam hoc, quod adhuc ex Amphitheatro supersit & non tam temporis, quam, ut confidentissime dicam, hominum corrumpat iniuria, quam equidem potuerim totius operis tum ichnographiam, tum orthographiam cum secutura aetate feci communem: spero me non ingratam navasse operam eruditis. Quid demum magnopere peccatum fuit, aut quid commerui, quod amphitheatrali eo quocunque labore defunctus, de Theatro etiam nostro cogitarim, eiusque rei gratia tria non amplius marmora exposuerim? Nam quoniam nostrae demam aetati hoc debebatur, nostri ut Amphitheatri auctor cognosceretur: erat quoque praeclarum non ignorare quis THEATRI A FVNDAMENTIS *(uti loquitur inscriptio) exstruendi curator exstitisset; tum quis* REDEMPTOR PROSCENI, *& quo anaglyptum illud spectaret, quod una cum Amphitheatri titulo sub uno eodemque fornice ad S. Eligii visitur. Adiunxi quoque tertium eiusdem generis epigramma, ex quo, praeter cetera commoda inde ad φιλομάθειαν redundatura, intelligeretur, quam ab antiquissimis temporibus scenicorum studio Campani tenerentur, quando in pagis etiam prope centum ante ortum Servatoris annis theatra publice exstruebantur. Spero me vel morosissimis reprehensorum causſam probasse: cupio quidem certe. Vtinam vero illud praestare possim, ut opus censoribus, quorum eius operis exigendi ius fasque erit, ita perfectum atque probatum tradam, nihil ut sint improbaturi, omnia vero, tanquam ex lege dicta operi faciundo facta, comprobaturi veniant. Sed si in aedificiorum operibus exigendis columnas ad perpendiculum exigi posse negat Tullius (*), quanto magis in his operibus philologicis, ubi solis saepissime coniecturis veritas exploratur, danda est venia, si minus omnia, tanquam aurum ad obrussam, sic ad certae rationis iudicium exiguntur.*

DO-

(*) Lib. 1 in Ver. n. 51 . . . .

Digitized by Google

DOCTORVM VIRORVM
DE CAMPANO AMPHITHEATRO TESTIMONIA.

ACTIVS SINCERVS SANNAZARIVS epigrammaton lib. II.

Dicite ſemidei, ſilvarum numina, Panes,
Et ſi qua adventu es nympha fugata meo:
Cui licuit tantas ſaxorum evertere moles,
Quas iam diſiectas vix nemora alta tegunt?
Hiſne olim ſueta eſt cuneis Campana iuventus
Amphitheatrales laeta videre iocos?
Nunc ubi tot plauſuſque hominum, voceſque canorae,
Tot riſus, tot iam gaudia, tot facies?
Scilicet, heu fati leges! rapit omnia tempus:
Et quae ſuſtulerat, deprimit ipſa dies.

ANTONIVS SANFELICIVS in aureo opuſculo de origine & situ Campaniae pag. 26 nuperae editionis notis illuſtratae Neap. 1726.

De quo (Campagno agro) *Poeta cum felicis terrae ſigna indicaſſet*
Talem dives arat Capua, georg. II, 224.
Opulenta erat, cum ille georgica canebat: nihil tamen ad illam Capuam, quae ad immortalem ſui memoriam publicorum operum erexit ſpectacula. Exſtant ex iis duae Amphitheatri moles opere Dorico, tam vaſtae, eaque architectura, ut nemo ſit, qui primo eius aſpectu non obſtupeſcat; nam quamvis immanium barbarorum ferro incendiiſque lacera & corrupta, triumphantis tamen urbis repraeſentant imaginem. Non longo hinc intervallo, non tam effuſo ſumtu, ſed abſoluta itidem arte viſitur tribus porticibus ampliſſima cryptoporticus, quae tam longo aevo contra vim temporis reſiſtit. Adſcripſiſſem integra, ni rimis fatiſcerent parietes, nive teſtudines ſtillicidiis eſſent obnoxiae: dignum profecto opus, quod ſartum tectum locetur. Animi cauſſa huc Campani patricii ad antemeridianam inambulationem conveniebant, promeridianaſque ſeſſiones, ubi otioſas diei horas, quavis caeli exclusa iniuria, tranſigebant. Circa haec loca aratro paſſim eruuntur priſci aeris, argenti, auri pulcherrima numiſmata, tum doctiſſimorum manu artificum ſcalptae gemmae, parioque e marmore elegantiſſima ſigna, praeſtantiſſimae Civitatis deliciae.

Digitized by Google

Idem Carminum Iuvenilium lib. III, de Campano Ampitheatro carm. VI.

Immanem quisnam molem, quis grandia saxa
Aequavit Caeli nubibus aligeris?
Montibus impositos montes quae deinde ruina
Deiicit e Caeli nubibus aligeris?
Celsa giganteis manibus fabricata superba est
Machina, forma tamen Daedaleo ingenio.
Mirati sunt Graeci impostum Pelio Ossam,
Impia gens Superis cum fera bella ciet:
Hoc opus egregium miretur Graecia, summo
Quod vicit rupes vertice Thessalicas.
Auricomus nunquam Phoebus spectavit Eoo
A Gange ad Gades, Herculeumque mare.
Campani hic plausere olim iuvenesque senesque;
Et festo resonant alta Tifata sono.

IVSTVS LIPSIVS in libello de Amphitheatris, quae extra Romam cap. I, Capuae Amphitheatrum vocat *magnificum, & e solido marmore.*

LAVRENTIVS SCHRADERVS in Monumentis Italiae pag. 258. *Eius* (Capuae) *magnificentiam ruinae ostendunt, in quibus aurea, argentea, aenea numismata, gemmae, marmora, aliaque luxus indicia quotidie ab incolis effodiuntur. Inter ruinas praeter cetera insigne Amphitheatrum marmoreum, quod quatuor porticus videtur habuisse, quarum extrema* (non tantum extrema, sed & altera quae pone sequitur) *ex ingentibus quadratis lapidibus fuit non calce caementove, sed ferro plumboque compactis. Ingressus patuit locis duobus, qui adhuc paene integri sunt, & visuntur bina capita marmorea, unum viri, alterum mulieris.*

Tum de Cryptoporticu statim haec subiicit:

Praeterea fornices quidam subterranei ita deducti, ut si quartus adderetur, quadrangulum efficerent: habuit in universum fenestras XCVI lumen superne praebentes, ianuas triginta. Lati sunt etiam & ampli; sed ad quem usum exstructi sunt, incertum est. Exstat inter vineta etiam portae unius locus, & sive templi sive thermarum vestigia, ubi nunc est monasteriolum Capuccinorum. Totus autem ille locus, qui habitatur, & qui Capuae nomen habuit, nunc S. Mariae dicitur, a templo ibi exaedificato, duobus a Capua nova milliaribus habitata.

In

Digitized by Google

In CAMILLI PEREGRINII Ienioris Capuae primicerii manu exaratis poëmatibus exſtat hoc de Amphitheatro carmen, quo Capuam loquentem sic facit:

S' Eroi, ſe Dei queſti ſuperbi marmi
Di sì gran mole inſin' al Cielo alzaro;
Ch' al mondo, d' ogni maraviglia a pare
Già poteo di valor loda recarmi:
Ne le ruine ſue, ch' a tomba farmi
Di gloria mille e mille anni reſtaro
Salde a l' offeſe ognor del tempo avaro,
E di barbare genti al foco, a l' armi,
Vie piu ch' in carte del mio antico ſtato
La potenza ſi legge, e lo ſplendore;
Non le delizie pur, le pompe e gli agi.
Emula fui di Roma; e ſe del core
A l' ardir non oſtava immobil fato,
Foran piu chiari i miei Guibelli, e' Magi.

GEOGRAPHIAE BLAVIANAE To. VIII, p. 175.

Viſuntur hodie eius (Capuae) *altero ab nova Capua lapide perin-gentes ruinae . . . eae ſunt portae ſemirutae, Amphitheatrum, quod aliquo modo deſcribit Laurentius Schraderus in Italiae monumentis; immenſa por-ticuum, thermarum, aedificiorumque publicorum rudera: praeter haec longa vaſtaque aquarum receptacula ſubterranea, & caſtella; quae, qualis & quanta fuerit antiqua Vrbs, abunde teſtantur. Capitolii Capuani mentio apud Suetonium in Tiberii principis vita cap.* 40.

PETRVS LASENA in *Gymnaſio Neapolitano* p. 137 poſtquam a Tyrrhenis Campanis ludos gladiatorios Romam derivaſſe ex Nicolao Damaſceno (cujus locum gratulor a viro docto eodem modo intelle-ctum, quo nos p. 128, 129 interpretati ſumus) demonſtraſſet; ſubiun-git in hunc modum:

Onde di vantaggio parmi dover affermare, nel modo che ſopra ab-biam concbiuſo del noſtro Ginnaſio, che il famoſo Anfiteatro Capuano, di cui è ancora qualche notabile avanzo, foſſe il modello, e l' eſempio anche del più magnifico, che ſia poſcia in Roma ſtato ammirato; e ciò con più probabile congettura, che dell' anfiteatro Veroneſe non abbia fatto il Sarai-na. Ma io tutte queſte, & altre coſe a ciò attenenti, laſcio di propoſito a PELLEGRINA PENNA, (Camilli Peregrinii iunioris Antiquitates Campanas, quas poſtea ignis abſumsit, designat), *a cui l' iſtoria di co-teſta Città ſia ſoggetto particolare.*

Digitized by Google

CAMILLVS tamen PEREGRINIVS iunior ad Campanae coloniae tempora, contra quam Lasena senserat, opus Amphitheatri retulit: haec enim habet in *Campania Felice* p. 723:

Di così alta nuova felicità di Capua (colonia) *non mostrano aver avuta notizia quei nostri Capuani, che nel secolo passato si persuasero* (*e n' è rimasta la medesima opinione a' presenti*) *che i suoi maggiori edificii, e singolarmente il marmoreo Anfiteatro, non possano essere stati opere, che de' tempi della sua antica emulazione co' Romani. Ma di sentenza così disfavorevole a' geminati meriti della patria, & al vero può essere manifesto disinganno, per lasciar ogni altra più lunga considerazione, che nè men essa Roma prima di Augusto era di nobili edificii ornata, come da lui poi fu resa;* ut iure sit gloriatus (*per usar le parole di Suetonio nel cap.* 28 *del lib.* 2) marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. *Et l' anfiteatro Romano, ch' è tuttavia per molta parte in piede, alla cui pianta è del tutto simile, benchè di misure alquanto minori, quella del nostro, non fu opera d' altri, che dell' Imperator Tito. Ma di queste cose distesamente converrà ragionarsi in altro molto più opportuno luogo.*

Vir doctissimus postremis his verbis peculiare opus indicat, quod de Amphitheatro scripserat, de quo Paschalis in calce *hist. primae Ecclesiae Capuae* p. 116 ait: *Servabatur inter haec* (incensa Peregrinii opera) *quindecim digesta per capita de Amphitheatro pererudita tractatio.* Quin & ipse Peregrinius idem opus designat in *Camp. Fel.* p. 117 his verbis: *I quali* (anfiteatri) *solean collocarsi per la loro lunghezza da settentrione verso mezzo giorno, per rendergli alquanto men noiosi ne' caldi estivi, come dichiareremo altreve.*

VINCENTIVS ZITIVS Campanus

[Poesie Liriche] pag. 354.

Machina eccelsa, Anfiteatro altero,
Qual benchè rotto in cento parti e cento;
Pur rassembri dell' arte almo portento,
Del tempo ad onta ingiurioso e fero.
Ammiro in te del secolo primiero
De' nostri Eroi l' ingegno e l' ardimento;
E dal tuo muto favellare i' sento
L' alta possanza de l' antico impero.
Liete vantinsi pur l' alme Latine
Di terme, d' obelischi e di teatri,
Maraviglie del mondo, opre divine:
Che i lor fregi appo i tuoi son vili, ed atri;
Benchè ingombro ne stii fra sterpi, e spine,
Anfiteatro onor d' Anfiteatri.

CAE-

Digitized by Google

CAELESTINVS GVICCIARDINVS in *Mercurio Campano* perhonorifice de hoc Amphitheatro loquitur, scripto quoque in illud epigrammate: qui nunc liber non est ad manus (*).

IOHANNES MABILLONIVS vir mira eruditione ac modestia in *Itinere Italico* haec habet pagina, ni fallor, 103:

Capuae veteri, quae altero milliari a nova dissita est, adiacet Amphitheatrum, quod quadraginta millia spectatorum capiebat (numerum istum spectatorum Mabillonius e Paschali desumsit: sed si Flavium amphitheatrum LXXXVII millia ex P. Victore capiebat, paullo infra hunc numerum in nostro spectare potuerunt). *Cryptoporticus centum octoginta columnarum triquadrato ordine constructa* (haec quoque ab eodem Paschali ficta ad libitum) *nunc etiam priscam aedificii magnificentiam parietes reliqui ostentant. Ecclesia maior aliquid itidem retinet venerandae antiquitatis.*

Demum Galliarum lumen illud BERNARDVM DE MONTFAVCON, virum satis suorum luculentissimorum operum praeconio celeberrimum, quo pacto praeterire possum? Is in *Diario Italico* edito an. 1702 initio cap. 22 haec habet:

In Capuae veteris vestigiis sistimus parumper spectandis, maxime Amphitheatri ruderibus: quod quidem uni Romano Coliseo magnificentia, amplitudine & ornamentis paullum concedebat; ceteris vero, quorum hodie vestigia comparent, longe praeerat: quatuor architectonices ordinibus perinde atque Romanum decorabatur. In primi sive inferioris ordinis epistyliis capita numinum egregie caelata visuntur hodieque: in secundi icones ab umbi-

(*) Ne Guicciardini testificationem desideres, eam tibi subiicio ex pag. 22: *Sed novae Capuae iam vale dicto iter ad laevam arripiamus, antiquae & a tot saeculis eversae, unum quod superest vestigium, observaturi. Amphitheatrum illud est inepta vulgi appellatione* Virilassi *vocitatum. Operis fuit Corinthii, immanibusque saxis compactum. Vepres nunc & spineta quaquaversum illud occupant, unde cum nobilissimi aedificii sortem, non minus quam Campanorum fortunam immanibus saxis veluti contectam deplorarem, Iacobum Sannazarium sequenti ad Amphitheatrum Campanum epigrammate, libuit imitari:*

Fulserat haec auro, mox fluxit arena cruore,
Quam lapidum vili fragmine tecta latet.
Semirutos arcus aequataque pegmata Caelo
Argento & statuis expoliata vides.
Caesaris hic sedes fuit, hic subsellia patrum,
Hae caveae clausas continuere feras.
Visere si renuis tantum scelus, hospes, abito
Parce oculos lacrimis contemerare tuos.
Grande scelus caedes pleno spectasse theatro,
Grandius at vacuum gente videre locum.
Sola sedet Nemesis satiataque sanguine tandem
Morsibus extremis marmora dura vorat.

Solitudinem loci ubi contemplatus fuerit hospes & numerosissimas cryptas observaverit, eam in sententiam deveniet, Capuam esse ruinarum segetem, fortunae ludibrium, & non ignobile temporis trophoeum. Non procul ab Amphitheatro nobile Sanctae Mariae, ut vocant, oppidum super veteris Capuae ruinis apparet, quo lustrato, recta via ad VII M. P. Aversa, novi nominis civitas, occurret &c.

Digitized by Google

umbilico eorundem numinum inerant; in tertii epistyliis integrae statuae erectae (hanc distributionem capitum, protomarum, & integrarum statuarum a Paschali videtur sumsisse vir summus: sed integrae statuae nullae hactenus mihi visae, & dubito, an summis arcubus commode aptari potuerint) *quod ornamenti genus a Romano Coliseo aberat: eratque sane res admodum singularis, totam veterum numinum turbam uno circuitu germana singulorum forma dispicere. Ambitus exterior ingentibus saxis constat, interiora vero lateritia sunt. Quae supersunt reliquiae, in dies amoventur, variisque usibus pro libidine destinantur. Qua die istac iter habuimus, primi ambitus lapides eruebantur sternendae publicae viae. Haud procul Amphitheatro erigitur triumphalis Arcus iam ornamentis spoliatus suis, quem perinde atque Amphitheatrum extra muros veteris Capuae fuisse narrant. Cetera nobilissimam antiquam urbem spectantia accurate descripta sunt in veteris Capuae ichnographia simul & scenographia studio & opera Caesaris Costae olim Archiepiscopi Capuani edita, & typis data Neapoli anno 1676* (a Ioh. Petro Paschali (*)) *additis rerum & monumentorum explicationibus.*

AVCTORIS DE EODEM.

AEre quae vacuo cernis pendentia saxa,
Et male congesta rudera magna strue,
Clivorumque orbes, quos graminis herba pererrat,
Horridaque indecori germine dumus habet:
Hic astris propiora reflexilis Amphitheatri
Culmina se aëriis nubibus abdiderant.
Campana his plebes gradibus, sanctusque senatus
Vtriusque illecti muneris illecebris
Plaudebant, seu cum diro Samnite secutor,
Cum Thrace aut Gallus compositus batuat:
Seu Myrmilloni carmen, non te peto, piscem
Galle peto, quid me Galle fugis? *canitur:*
Millia seu, quotquot fictis rudis instruit armis,
Committi placeat densa humeris paria.
Pegmata quid memorem modo contingentia Caelum;
Repere humi nexus mox resoluta suos?

Cer-

(*) Heic Mazochius memoria labitur, ichnographiae fuit, sed Augustinus Paschalis non enim Iohannes Petrus editor huius

Digitized by Google

Cernere iam videor rictu indignante leones,
Audire atque urſos, ac genus omne feras
Frendere, & indomito ſpumas agere ore cruentas.
Vae, ſontes animae, quas fuga nulla manet!
Quis tamen, o cives, furor eſt haurire cruorem
Luminibus, caedem & plauſibus excipere?
Verum olim haec fuerint. Nam quo nunc ludicra, quo nunc
Tot pompae, quo tot nunc abiere neces?
Nec caveae de mole ſuper, niſi triſte cadaver,
Et buſtum, cineri quod parat ipſa ſuo, eſt.
Quaeque ſupercilio feriebat ſidera, turpe
Heu iacet, agricolae ludibrium & pecori.
Quid tantum mortale genus virtute ſuperbis
Aut opibus? quid non proterit hora fugax?

Digitized by Google

CLARORVM VIRORVM TESTIMONIA DE AVCTORE ET OPERE IOSEPHI A CAPVA CAPYCII

COm' altamente, ALESSIO, il tuo penſiero
S' innoltra a penetrar l' interna parte
De' ſecoli vetuſti; e con qual' arte
Diſcerne, involto d' atra nebbia, il vero!
D' ovre eccelſe, onde ben degna d' impero
Fu l' alma Patria, alla Città di Marte
Emula un tempo, le veſtigia ſparte
Traggi di Lete omai tacito e nero;
Di letizia, e d' onor con atti adorni
L' ombre de' Padri antiche e venerande
Farti corona intorno, e dirti or parmi:
Siccome, ALESSIO, illuminando i marmi,
Di noi ravvivi alta memoria, e grande,
Viva il tuo nome eterno in chiari giorni.

Ad illuſtriſs. ſexviros Camp. de Amphitheatro tuendo.

VOi, ch' a l' alma Città, pria donna altera
Del felice terren reggete il freno,
De gli anni ad onta or ravviſate appieno
Del Campano ſplendor l' immagin vera.
L' ampio immenſo COLOSSO (*) o quant' egli era
Di rupi adorno, anzi che marmi, il ſeno!
Quante immagin d' Eroi lui 'n guardia avieno!
Qual d' eccelſe colonne eletta ſchiera!
Pur miratelo, abi viſta acerba e dura!
Squallid' or giace, e depredato e vinto
Da barbaro furor, dal tempo avaro!
Ecco a Voi ſi rivolge, a Voi la cura
Ne commette la Patria: ah non ſia eſtinto
Segno di ſuo valor unico e raro!

IA-

(*) Campanum Amphitheatrum ſaepe *colloſſum* Erchempertus appellat, cujus locos vide in hoc opere pag. 157, 161, & not. 101, vide etiam not. 93.

Digitized by Google

IANVARII MAIELLI

Metropol. Eccleſiae Neapol. Canonici

AD IOSEPHVM A CAPVA CAPVCIVM.

CHiaro ſpirto gentil, ch' alta fortuna
Dal duro calle di virtù non parte;
Cui par non vide in lieta ſorte, o bruna
L' emula gente al popolo di Marte.
Ben la futura età per Voi queſt' una
Maraviglia vedrà d' ardire, e d' arte;
E i fatti egregii, ch' or ALESSIO aduna,
Sovra 'l marmo ſerbar le dotte carte.
Mentre ambi intenti a riſtorare i danni
Siete dell' opre auguſte, onde fu adorno
Più ch' altronde, e felice il terren noſtro;
Non fia che ſparga obblio tenebre intorno
A l' alma patria; e dal furor degli anni
Securo andrà l' immortal nome voſtro.

NICOLAI CAPASSI

In Gymnaſio Neapol. primarii Iuris Interpretis.

BEn da queſte del tempo eccelſe ſpoglie,
Ov' a l' occhio il penſier contende il vero,
Scorgi, ALESSIO, di Capoa il grande impero,
E più di lui, che tutto doma e ſcioglie:
Ma qual di Febo diè ſu ſparte foglie
La Vergine Cumana il ſenſo intero;
Tal de la priſca età tuo 'ngegno altero
Da ciechi infranti marmi il ver raccoglie.
Or la ſuperba mole, e i ſaldi monti
Indarno al Ciel la nobil Donna ergeo,
Se guaſta l' armi del fier Veglio han l' opra;
Sol tuoi penſieri a chiare impreſe pronti
Dolce di madre amor deſtar poteo;
Perchè l' alte memorie obblio non copra.

Digitized by Google

NICOLAI CYRILLI

In Neapol. Gymnasio primarii Medicinae Professoris.

Τοῦτο κωμητικὸν το θέατρον, ὁδοιπόρ, ὁ λεύσσεις,
Στήσατο μὲν Κάπυος παμβασίλισσα πόλις.
Ἀλλὰ διασπασθὲν, πυμάτης παραπλήσιον ἤδη
Ὥρης, σῶσε δυοῖν δῖα σαοφροσύνη.
Καὶ γὰρ ἀπ' Αὐστριακῆς πάτριον ποτὶ γαῖαν ἱκάνων
ΚΑΠΥΚΙΟΣ, κλεέους κηδόμενος πατρίδος,
Δυσσεβέων ἀνδρῶν τάς χεῖρας ἔερξεν ἀνηλεῖς
Πρός τάδε τ' ἀρχῆς μνήματα μαινομένων.
ΜΑΖΟΧΙΟΣ δ' ἡμίπτωτον πάλ' ἔδειμε γραφῆσιν,
Οὔτε βίλῳ ἐχθρῶν δειδιὸς, οὔτε χρόνῳ.
Εἴ μάλ', ὅσον γαρ τ' ἀρχῆς σημεῖα παλαιῆς
Ζήσεται, ἐ Καπύης λησόμεθ' αὐτονόμῳ.

Quam molem mirare astris capita alta ferentem,
Capyadum stitit hanc imperiosa domus.
Quam nisi servasset virtus praeclara duorum,
Iam discerpta diu membra solo aspiceres.
Alter ab Austriacis patrias delatus ad oras
CAPYCIVS, decori ut prospiceret patriae,
Audaces hominum contra haec monumenta furentum
Imperii, oppressit continuitque manus.
Alter semirutam instaurat, sibi nil metuentem,
MAZOCHIVS, longi a temporis invidia.
Quamque diu imperii haec stabunt vestigia prisci,
Haud Capuae nomen nox taciturna premet.

GA-

Digitized by Google

GALEOTTI IVNIANI

Metropol. Eccleſiae Campanae Canonici.

ERgone quae celſo moles ſurgebat Olympo,
Corruit? heu Superi quale ſcelus luitur!
Semiſepulta ſolo ſqualent ſimulacra Deorum,
Trunca aures, truncis naribus atque comis;
Quae lapicida ferox medio inter rudera nactus,
Laedere crudeli vulnere non dubitet.
Gloria Campani ſic concidit Amphitheatri,
Quo nihil in toto pulchrius Orbe fuit;
Moenia uti Babylon, ut diruta templa Quirinus
Vidit, ut excidium Troia peruſta ſuum.
Pyramidum pars magna, Pharus Pharus illa, Coloſſus
Quem Rhodos aequavit nubibus, en ubi ſunt?
Omnia ad occaſum properant: rapit omnia ſaecli
Vis; operi & magno magna ruina manet.

ALOISII M. COMI

Metropol. Eccleſiae Neapolitanae Canonici.

Marmora quid peredis, quid & aera, annoſa vetuſtas;
Nec ſacros trepidas perdere dente lares?
Cuncta vores avido licet ore; irridet edaces
Vna tuas tandem pagina docta minas.
Campani moles quae corruit Amphitheatri,
Saevitiae fuerint nota trophoea tuae.
Quid tamen infelix tanti profeceris auctor
Criminis, in melius verſa ruina docet.
Clarius illa (viden?) rediviva e funere ſurgit;
Et ſua, MAZOCHIO vindice, fata novat.
Hoc duce, quae patriis contenta ſuperbiit oris,
Implebit geminum nomine Solis iter.
Hac mercede placet, tanti eſt cecidiſſe: ſuperſtes
Aevo dum poterit nobiliore frui.

Digitized by Google

AVCTORES

Actorum Litterarior. Lipsiensium.

MENSE IVNIO MDCCXXVIII pagg. 267, seqq.

Alexii Symmachi Mazochii Metrop. Eccl. Campanae Canon. Theol. in mutilum Camp. Amphitheat. titulum, aliasq. nonnullas Campanas inscriptiones Commentar. Neap. apud Fel. Musc. 1727 4 Maj. Alph. 1 pl. 2½ Tab. aen. 2.

NOn sine insigni voluptate festivam hanc doctissimi MAZOCHII lucubrationem perlegimus; materiae iucunditate, doctrinae criticae apparatu, & virilis gravisque sermonis elegantia certatim commendandam. Erutum inter Campani Amphitheatri rudera mense Septembri 1726 fragmentum marmoreum fuerat ad totius forte operis Titulum spectans; praegrandibus litteris consignatum, altum tres pedes Romanos, quatuor latum, quod una cum supplementis Cl. editoris adiecta tabula exhibet. Huius veluti redemptor extiturus Noster, doctum hunc aggressus est Commentarium, praemissa de Campani Amphitheatri mentione a viris doctis iniecta praefatione, in octo capita distributum. Cap. 1 priores elogii lineas illustraturus iustam fere Coloniae Capuam deductae, Campanaeq. urbis historiam complectitur. Antiquis temporibus Municipii iure gavisa est Capua postquam T. Veturio Calvino, & Sp. Postumio Coss. An. V. C. 419 civitas data fuerit Campanis. Suis ergo Capua utebatur legibus & sacris, iunctaq. connubiis Romanis erat, donec ab Hannibale A. V. C. 542 devicta in praefecturae formam redigeretur. Iugo igitur Romanorum accepto, Praefectus, qui iura daret per annos 152 eo mittebatur quotannis, saepiusq. per idem spatium Capuam deducebatur colonia. Et prima quidem a Bruto patre illius, qui Caesarem interfecit ea circiter tempestate, cum Sylla in Mithridaticum bellum intento saediſſima Marianorum per Italiam grassaretur dominatio. Altera L. Cornelii Syllae fuit, quam Sigonius de iur. Ital. III, 4 cum Bruti Colonia miscuit. Iniuste quidem ex mente Auctoris, cum Brutus Cives dederit, Sylla milites; ille praefecturam sustulerit, hic retinuerit. Postea P. Servil. Rullus Trib. pleb. legem promulgavit, ut Capuam in coloniam quinque colonorum millia adscriberentur, iisq. & Campanus ager, & Stellatis divideretur. Sed Cicero obstitit, cui proinde & statua a Campanis dicata fuit, simulq. patris Urbium appellatio communi religione tributa. Quadriennio tamen exacto A. V. C. 694 legem C. Iul. Caes. pertulit. Enata hinc *Iulia Colonia* celeberrima quidem, non tamen prima colonorum deductio, quam & elogium nostrum memorat, quaeq. cives veteranos nempe milites attulit inter civiles adeo numeranda, neutiquam militares. Trucidato Caesare, impari idem successu a M. Antonio tentatum, felicius vero ab Oct. Aug. qui supplementa tandem Coloniae adscripsit. *Felix* vocatur Colonia, quod a Sylla Felice primum constituta fuerat, non a Campania felice, cum is Campaniae titulus tantam non ferat aetatem. Sigonius hic emendatur Campanam Syllae deductionem l. c. sollicitans, & labefactans, propinaturq. coniectura eam forte omnem Coloniam a Sylla fuisse deductam, quae *Iuliae Felicis* nomine celebratur in monumentis. *Augustae*

Digitized by Google

gustae cognomentum ex S. C. Campanae Vrbi impositum. Tribus enim ab Oct. Augusto vicibus vel deducta eo iterum colonia, vel renovata vetus est. Semel ex Triumvirali lege, hinc Octavii ipsius iussu; tandem, quo noster titulus respicit, post Actiacam victoriam. Hinc cl. Auctor *duo auctaria* intercalat, quorum prius de Campana Pertica, eiusq. praefecturis terrisq. agit. *Pertica* agrario nomine universum territorium novis assignatum Colonis, notat. *Praefectura* vero quidquid deficiente Coloniae solo ex alterius oppidi finibus decisum *perticae* adiungitur. Limes perticae septentrionalis alias *Kardo*; orientalis *Decumanus* dicebatur. In Campano autem agro *Kardo* orientem, & *Decumanus* meridiem spectabat. Hic ad mare usque longissime explicabatur, ille vero brevior erat. *Alterum auctarium* circa Campanae Coloniae terminos litteratos occupatur, quorum quatuor incertae tamen originis cl. Auctor reperit. Quod si hariolationibus dandum aliquid existimat, eos post confecta civilia bella iussu Imp. Caesaris defixos esse. Succedit de tempore extructi Amphitheatri, & Campani aerarii viribus disputatio. Natales Amphitheatri ad tempora coloniae, non Reipub. Campanae cl. Auctor refert. Ligneum illud ante vel lateritium fuisse putat quam conderetur marmoreum, a Capuae coloniae aerario demum excitatum. Coloniae enim cuivis peculiare aerarium erat, quod reditus ex praediis publicis, poenae, haereditates, legata, donationes, & principum liberalitas augebant. Praerant eidem Quaestores Coloniarum, vel Praefecti aerario, qualis Campaniae Calenus obtigerat, spectabantq. huc Kalendarii curatores publicam coloniae summam foenori dantes, singulisq. kalendis extorquentes usuras. Campanum certe aerarium pingue admodum praediis fertilissimis erat. Terra Gnosia apud Cretenses triginta scutatorum millia quotannis Reip. Campanae reddebat, quae Lucani ampliſſimi agri, & Leucogaei collis proventibus perpetuo augebantur. Reliquos tituli versus c. II & III expendunt. *Hadrianum* legendum esse monet, quod excitandis, reficiendisq. operibus plurimum is impenderit, stupendumq. extruxerit Nemausense amphitheatrum. Incidit operis huius architectura in extremos Hadriani annos, eos forte, cum (Tillemontio arbitro) A. C. 119 in Campaniam succederet, deq. reficiendo cogitaret amphitheatro. Mors tamen eundem praevenit, unde filio Antonino ob insignem erga caeremonias publicas curam & religionem Pio dicto, plura parentis aedificia dedicanti, consummantiq. relinquenda fuit operis dedicatio. Ansam hinc arripit doct. Autor lepida, doctaq. quam interposuit, *diatriba de dedicationibus* fusius agendi. Conferre praecipue ea iubet, quae Gutherius de vet. iur. pontif. III, n. 12 docet, quibus supplementa saltem se scribere profitetur. In veram dedicationis notionem, primo statim loco sollicite inquirit, eamq. a consecratione omnino differre tuetur. Utraque, ait, sine altera peragi poterat. Consecratio praecedebat modo, modo sequebatur; imo in detestationem quandoque consecratio fiebat, dedicatio nunquam. Patuit tamen subinde latius dedicationis vocabulum consecrationem suo quoq. ambitu complexum. Proprie vero dedicare nihil aliud erat, quam primo fabricae usu eam secuturis dicare addicereq. usibus. Sequiori latinitati idem illud *encaeniare* dicebatur. Apud Graecos ἐγκαινιζειν, & καθιερῶν occurrit; illud dedicare, hoc consecrare notat. Nec ignota Hebraeis dedicatio quod collatis Scripturae locis Deut. XXI, 5, Pſ. 29 (30) 1, Neh. XII, 27, Dan. III, 2, ostenditur. Vetus Latium primo cuiusvis rei usu eam dedicari dixit. (Dedicare namq. a cel. Facciolati in ed. Calepini Lexici adoptatum merito exulat.) Frequentiora id docent marmora, scriptaque recentiorum quoque comprobant. Sic *togam in funus dedicare* est novae togae usum in funere inchoare; *dedicare in censum* est incepta rei possessione eam in censum

defer-

Digitized by Google

deferre; *rudem carinam dedicare* est novam, & mare non dum expertam ponto committere &c. *Sub ascia dedicare monumentum* quae in Lugdunensibus saepe agris formula reperitur, non ut Gutherius, & Fabrettus exponunt sepulchri mediocritatem veluti unius asciae, qua calx subigitur ope, sine ullo instrumento λαξευτικῷ absoluti innuit; sed potius sepulchrum recens extructum antequam perfectum fuerat, dumque fervet adhuc fabrorum opus, cadavere illato encaeniare notat. Exposita dedicationis voce, illi enarrantur ad quos templorum publicorumq. operum dedicatio pertinuit. Penes II. viros id fuisse Guther. statuit, castigatus a Nostro. Plebiscito namq. olim praeficiendus erat qui dedicaret opus, dedicantiq. tribuebatur, ut nomen suum inscriberet etiamsi aedificasset alius. Magna inde dedicandi ambitio, donec post Claudii fata ad principes lege regia illud officium transiret. Profecti hinc saepius Roma sunt Imperatores ad aliquid dedicandum, vel etiam alteri imperatorio nomine dedicandi potestatem indulserunt, cuius rei in Ecclesia Rom. vestigia monstrat cl. Aut. *Consecrationem* ordo tangit certis ritibus, conceptisq. formulis a Gutherio, Brissonioq. traditis peragendam. Cavendum in primis erat ne verbulo aberraret, qui consecrabat Pontif. & ne quicquam emota, perturbataq. mente ab eo fieret, singulis fere bonis consecrandis peculiaris lex erat ex docta Ant. Van. Dalen. *de Consecrat.* & huic commentatione addiscenda. Disceptatur praecipue, an *opera publica solemni ritu sacrata fuerint?* quod de Romanis ob summam Pontificii iuris apud veteres inscitiam affirmare dubitat Noster. Melius de Graecis hac ex parte religiosioribus sentiens. In eo tandem definit *res sacras* consecratas, *sanctas* vero dedicatas saltem fuisse. Singularum autem rerum, bibliothecarum scilicet, aedium, viarum &c. *dedicatio* anniversariis solennibus celebranda, vel epulis absolvebatur, seu coena recta esset, seu sportulae; vel nummis ea lege dispensatis, ut vescerentur in publico cives. Cap. IV aliud amphitheatrale epigramma exponit per eadem haec tempora repertum:

SATELLIA . M. F. ANVS
APODYTERIVM AD NOVITATEM R. . estituit.
EPSITYLIS. CETERISQVE MARMORIBVS O. . rnavit.

Obscura est gens Satellia. Epistylium Noster per architrabem exponit, quam ligneam ante, prima omnium marmoream fecerat Satellia. Docte praeterea de apodyteriis balnearum, & gymnasiorum, h. e. cellulis illis ubi loturi, vel gladiaturi vestes deponebant, & ubi gladiatores mortui sepeliebantur, ac conficiebantur semivivi, quorum desperata erat curatio; de *catabulo*, seu clausura animalium ubi detinebantur, & ad crudelitatem in bestiarios erudiebantur eadem; deque *ludo gladiatorio* differit. Cap. V Campanorum in omne ludorum genus, gladiatorios in primis studium describit; adeo nimirum in eos proni erant, nulla ut mensa satis apparata censeretur, ad quam non aliquot gladiatorum paria committerent. Cap. VI & VII Campani Amphitheatri antiquam recentioremq. faciem appellationes, fata, Capuaeq. obsidiones, dominosq. tradit. Cap. VIII de scenicis Campanorum ludis ac theatro, eorumq. in ludos studio praecipit, *legemq. paganam pagi Herculanei* ex veteri elogio integra commentatione exponit. Adiecta est iucunda in *Campani proscenii* rudis scalpturae aliquod *anaglyptum* exercitatio. Exhibet illud Deorum statuas per angulos ubi urinam facere solebant arcendae immunditiei causa dispositos, quod ex angue appicto Noster divinat. v. Pers. Sat. 1. *Lucceius* nimirum, cognomento *Peculiaris*, *Redemtor*, qui sarctum tectum, mundumq. omni parte tuebatur proscenium, pellibus victimarum in Campano

Ca-

Digitized by Google

Capitolio ex more aedis (Virgil. Aeneid. VII , 87) incubans per quietem admonitus reparavit proscenium, hocque *anaglyptum ex Biso*, h. e. ex viso fecit. Sistit vero haec tabula ex mente cl. Auctoris a Mabillonio, & Paschali abeuntis 1) *machinam versatilem*, (tympanum forte) a calcantibus hominibus, velut duobus tympanotribis versatum, attollendis, demittendisq. ponderibus aptam cum *trochlea*, & *ductario fune*, qui circa tympanum advolvitur, *columnaque* prisci operis in fundamenta novi aedificii reponenda. Adest proxime 2 (*imaguncula humi sedens cum malleo, & scalpro*, Lucceium peculiarem, vel Architectum referens. Adstat 3) *Minerva* hastata, galeato, & cristato vertice cum Medusae capite in pectore, Pallas illa μηχανίτις, manum machinae bono omine admovens. Porro 4) *Iupiter* μηχανευς assidet superne nudus, inferne tectus, diadematus, fulmen dextra, sinistra sceptrum crassiusculum ροπαλον tenens. 5) *Diana* sequitur itidem μηχανίτις, alte succincta, tutelare Campanis numen, Minervae Iovique in Campano Capitolio Dea σύνναος. Hanc 6) *Genius* excipit, imposito epigrammate indicatus, *publicus* videlicet, eodem plane habitu, quo in Traiani, & Hadriani numismatibus occurrit indutus. 7) *Serpens cristatus* superest, vel διακριτικὸν Capuae simulacrum, cuius olim cives a serpentum frequentia Ophici, Opici, Opsci, & Osci appellati fuere, vel etiam Dei topici solemne signum. Index tandem Mazochiani operis restat, quem *additamenta* praecedunt, multa veterum loca, titulos varios, mores antiquorum, instrumenta, formulas, voces, aeque ac opus ipsum illustrantia, in quibus omnino habebunt, quod exerceat ingenium, critici. Praeclare ad ultimum de reliquis, quas perpolit doctissimus Autor, lucubrationibus criticis, *commentario* in primis *de originibus* Campanae Urbis, quem p. 57 expectare iubet, ominamur.

IOHANNES POLENVS

In Praefat. ad V To. Novor. Supplementor. utriusque Thesauri pag. XVI, seq.

CVm inter rudera Amphitheatri Campani marmoreum litteratum fragmentum erutum fuisset, statim ac illud vidit, plane intellexit Auctor noster, eam partem ad totius operis Titulum pertinere. Inde autem Commentarii (qui in octo tribuitur capita) conscribendi orta est occasio. Principio Titulum sive elogium integrum MAZOCHIVS restituturus, diligentem Coloniarum, quae Capuam a Romanis deductae fuerunt, pluriumque rerum ad eandem Vrbem spectantium, historiam persequitur, multaque luce veritatis perfundit. Tum versus Tituli supplet atque restituit; simul agens de Campani aerarii viribus, & de tempore extructi Amphiteatri (ut plura etiam habet VII capite de Amphitheatro Campano per sequiora saecula) necnon III capiti doctam elegantemque de *Dedicationibus* diatribam interseruit. Deinde vero alterius *Amphitheatralis Epigrammatis* exemplo ea, quae constituerat de Tituli sui redintegratione atque restitutione, confirmat. Ac non modo erudita, verum etiam ad eruditionis divitias augendas apta, Campani Amphitheatri descriptione opus suum exornat: neque praetermittit peculiaria quaedam, eademque praestantia; quae ad Campanum apodyterium, catabulum, & gladiatorium ludum pertinere videbantur. Cuius gladiatorii ludi studio praesertim flagravisse Campanos, ostendit; qui ceteros etiam cuiusvis generis ludos

Digitized by Google

dos magna cum voluptate ſpectabant. Quamobrem Capuae & Theatrum fuit, & quaedam ſuperſtites adhuc extant eiusdem reliquiae. De quo Theatro (poſtremo in capite Commentarii) non minus, quam de Scenicis Campanorum plura Noſter in medium affert.

SCIPIO MAFFEIVS

Epiſtola XI. Antiquit. Galliae Selectarum Ludovico Antonio Muratorio data.

DOcte hunc de dedicationibus locum pertractare memini ALEXIVM MAZOCHIVM, cuius de Campano Amphitheatro Commentarium fruſtra heic (*Lugduni ſcilicet, ubi tunc verſabatur Maffeius*) perquiſivi.

PETRVS IANONIVS

In epiſtola ad Ioſephum a Capua Capycium.

Vienna 6 Settembre 1727.

L'Opera del Canonico MAZZOCCOLI mi fu mandata dal Signor Niccolò Cirillo per l'ultimo procaccio, per preſentarla al Signor Cavalier Garelli, come feci. Non ebbi tempo di leggerla; ma ſcorſi alcuni fogli; e mi parve degna di ogni commendazione, ſiccome feci col Signor Cavaliere; ricordandomi di quanto V. S. Illuſtriſſima mi avea già informato di queſto ſoggetto. Può immaginarſi quanto mi farà caro riceverne un eſemplare per me, per avere maggior agio di ammirarne la dottrina e l'erudizione; di che non meno a V. S. Illma, che al Signor Canonico rendo grazie .....

Vienna 3 Gennajo 1728.

IL libro del Signor Canonico MAZZOCCO quanto più ſi legge, tanto più piace, ed è molto ſtimato dagli amatori delle antichità; ed avendone parlato col Signor Appoſtolo Zeno, mi dice che non ha veduta coſa più eſatta e dotta in queſta materia (1). Se non aveſſe il Signor Matteo Egizio poſto mano ad una Diſſertazione ſopra il famoſo Senatuſconſulto, ſcolpito in tavola di bronzo, e mandato dal Principe di Tiriolo a S. M. che ora lo ſerba come una coſa più rara del ſuo Muſeo; io diſſi al Signor Cavalier Garelli, che niun altro potea uſcir con onore in queſta impreſa, che il Signor Canonico, avendone dati ſaggi ben diſtinti nella reſtituzione dell' inſerizione dell' Anfiteatro di Capua. Si aſpetta ora queſta Diſſertazione manoſcritta; e forſe potrebbe venir congiontura di valerſi anche in ciò del valore e perizia del Signor Canonico, ch'io la ſtimo maggiore dell' altro: e queſto è il mio giudizio, che poſſo dare con tutta ingenuità, e ſenza adulazione alcuna ....

CA-

(1) Optimam opinionem, quam de MAZOCHIO habere Zenum teſtatur Iannonius, ipſe Zenus confirmat in Epiſtola ad Cardinalem Quirinum quam habes pag. 194. Vol. VI ſuarum epiſtolarum, in qua MAZOCHIVM praedicat: *Celebre letterato, che a comune giudizio è uno di quegli, che preſentemente col loro ſapere fan più d' onore all'Italia e ne ſoſtengono il decoro,*

Digitized by Google

CAROLVS MAIELLVS

ad eundem.

Roma 22 Settembre 1727.

AL pregio dell' eruditiſſima Opera *de Amphitheatro Campano*, degnò del nome e della dottrina dell' Autore, ſi aggiugne l'onore, che V. S. Illuſtriſſima ſi degna di farmi, con donarmene un eſemplare; e la gentilezza delle eſpreſſioni, con cui ſi compiace di accompagnare un sì bel dono. Per l'uno dunque e per l' altro rendo a V. S. Illuſtriſſima infinite grazie: e congratulandomi con la celebre ed inſigne ſua patria, che abbia tra' ſuoi figli chi ſappia e ſi adoperi con ſomma lode a ravvivarne e conſervarne le glorioſe memorie; reſto facendo a V. S. Illuſtriſſima divotiſſima riverenza . . . .

FRANCISCVS BLANCHINIVS

ad eundem.

Roma 4 Ottobre 1727.

NEl prezioſo regalo del libro, che mi vien conſegnato con il pregiatiſſimo foglio di V. S. Illuſtriſſima egualmente ſpicca la generoſa degnazione, per cui ha voluto, ſenza mio veruno merito precedente, farmi provare la ſorte di dedicarle la mia umiliſſima ſervitù, nel porgerle i più oſſequioſi ringraziamenti; e la copioſa erudizione del Signor Canonico MAZZOCCHI; il quale ha onorata la patria, e lo ſtudio di antichità con una delle più riguardevoli opere, che ſiano ſtate in queſto genere pubblicate. La ſolidità de' penſieri, la felicità dell' interpetrazione, la proprietà dell' elocuzione, e la copia delle notizie iſtoriche collocate a' ſuoi luoghi, di cui l' Autore arricchiſce coteſto celebre Teatro Capuano, meritava un così degno Mecenate, qual' è V. S. Illuſtriſſima, per darle il pubblico lume con quel decoro che ha fatto. Me ne congratulo vivamente ſeco, vedendo che ſi mantenga in queſto fiore con le memorie dell' opere Romane ancora lo ſtile felice de' tempi de' Ceſari: e le rendo umilmente grazie di avermi con queſto dono data occaſione di apprendere dalla ſublimità dell' ingegno e dalla ſodezza de' penſieri dell' Autore tante nobili cognizioni; e inſieme di provare la ſorte di dedicare a V. S. Illuſtriſſima la mia umiliſſima ſervitù; che ſempre più reputerò felice, ſe mi confermerà con l'onore de' ſuoi comandi il pregio di eſſere perpetuamente . . . . .

Digitized by Google

IVSTVS FONTANINIVS,
ad Auctorem (2).

Roma 4 Ottobre 1727.

MOnſignor noſtro Arciveſcovo Maiello mi ha favorito il Libro di V. S. Illuſtriſſima ſopra l'Anfiteatro di Capoa; e glie ne ſono molto obbligato, perchè mi ha fatto conoſcere un dottiſſimo ſcrittore. Ho letto il libro dettato con maeſtria, e con franca penna. Dapertutto lo veggo accurato, compoſto con molta attenzione e penetrazione, elegante, in ſomma libro onorevole a V. S. Illuſtriſſima ed a tutta l'Italia; e perciò da me letto con ſommo godimento; avendo particolarmente oſſervato come ſnoda l'antica formola *ſub aſcia dedicare*, e molte altre coſe degne di oſſervazione, e come bene ſuppliſce l'Iſcrizione dell'Anfiteatro (3). Me ne rallegro per tanto con V.S. Illuſtriſſima, e le rendo copioſiſſime grazie di sì caro dono, avendo anche con molto piacere oſſervato come ſpiega il baſſorilievo di Lucceio. Vorrei che queſta ſua Opera non foſſe la ſola da Lei compoſta; ma che metteſſe mano a farne dell'altre, perchè la ſua gran capacità può riuſcirne felicemente, e inſegnare al pubblico molte coſe ignorate; e per quel che ſi vede dalle ſtampe, io non ſaprei in coteſto Regno trovare un par ſuo. Gradiſca le mie candide eſpreſſioni; e avendo io nuovamente pubblicati due miei piccioli Comentarj, le ne mando i fronteſpizj; riſerbandomi a mandarle i libri ſteſſi in qualche propria occaſione (4). Aggiungo che non era punto biſogno che ſi ſcuſaſſe di aver meſſe tante belle coſe nella ſua Opera; mentre anzi ne dee eſſer da tutti ringraziata. E con pregarla a riputarmi per ſuo buon ſervidore ed amico obbligatiſſimo mi confermo per ſempre. Mi ſcordava di dirle che Monſignore Maiello mi ha dati gli altri due eſemplari da mandare a Padova e a Venezia con le due lettere appreſſo. I due Signori da lei favoriti ſono amici miei; ma ſe mi permetteſſe io vorrei impiegar meglio i ſuoi regali, mandandogli a Firenze uno al Signore Senator Buonarrotti uomo dottiſſimo in queſte materie, come appariſce da' ſuoi libri ſtampati, e l'altro al Signore Antonfranceſco Gori, che ultimamente ha pubblicato un tomo di antiche Inſcrizioni. Queſti due valentuomini ſaranno buon uſo del ſuo libro; laddove gli altri due, benchè eruditi in certe materie, non lo ſarebbono. Prenda in buona parte la mia confidenza; benchè non farò nulla ſenza il ſuo riverito conſenſo; e di nuovo reſto . . . . .

BER-

(2) Hinc merito MAZOCHIVS inter illuſtres homines recenſetur, cum quibus litterarum commercium Fontaninio fuit, quorum catalogus in eius Vita contexitur.

(3) Quibus heic laudibus MAZOCHIVM Fontaninius cumulat, eas publice iterat in Opere *De Italica Eloquentia*, in quo hunc Commentarium *bellum librum* appellat: eodemque loco plagii Marchionem Maffeium infimulat; quod correctionem, quam Noſter feliciter procuderat ad Acta SS. Perpetuae & Felicitatis, quamque in hac editione habes pag. 120, tamquam ſuam obtruſerit; de qua criminatione Maffeius purgare ſe nititur in *Examine* eiuſdem operis *Italicae Eloquentiae* pag. 78.

(4) Commentariola, quorum titulos MAZOCHIO Fontaninius mittit, aut ego fallor, aut certe fuerunt duo illa opuſcula eo ipſo anno 1727 ab ipſo edita, quorum unum *Diſcus Argenteus Votivus* tidum praefert, alterum *De Corpore S. Auguſtini*

Digitized by Google

BERNARDVS GIACCHVS
ad Ioſephum a Capua Capycium.

Arienzo 25 Ottobre 1727.

HO io ritardato per qualche tempo a ringraziare V. S. Illuſtriſsima, come ora infinitamente e di tutto il mio ſpirito la ringrazio dell' umanità ſingolare, onde ſi è degnata far ſuperba la mia picciolezza, con l' onoratiſsimo dono del libro intorno all' Anfiteatro e ad altre belle memorie di coteſta ragguardevoliſsima Città; perchè mi è paruto giuſto di leggerlo prima, e agiatamente conſiderarlo: la qual coſa le dico in verità eſſermi venuta fatta con tanto piacere, con quanto V. S. Illuſtriſsima, che di qualcheſieſi il meglio conoſce il valore dell'Opera, può per ſe ſteſſa immaginare. Il dotto e giudicioſo Autore non ſolamente che merita molta lode per aver ridotte in bell' ordine, e veſtite di leggiadriſsimo arneſe della pura Romana favella le varie coſe in più libri ſeminate e ſparſe; ma aſſai più per la ſavia e luminoſa critica, onde le ha a meraviglia riſchiarate. Io mi rallegro quanto è il dovere e con V. S. Illuſtriſſima e con coteſto per me veneratiſsimo Pubblico del ſeguire a produrre queſti uomini valoroſi in lettere, di cui in ogni ſtagione è ſtato fecondo: e reſto . . . . .

NICOLAVS FORLOSIA
ad eundem.

Vienna agli 8 Novembre 1727.

NOn prima di ora ho potuto io ed accuſar la ricevuta della Diſſertazione, di cui mi avete favorito, il che già ſaputo avrete dal Signor Antonio; e rendervene le dovute grazie; imperciocchè ho voluto leggerla eſattamente; e trovo che e per la lingua e per lo giudizio fine, per l' uſo della buona critica, per le nuove oſſervazioni, e per la varia lettura dell' Autore poſſa lodarſi francamente, e compararla con le più erudite ſomiglianti ſcritture . . . . .

IOHANNES VIGNOLIVS
ad eundem.

Roma 6 Ottobre 1727.

TRoppo ſingolare è l' onore, che dalla gentilezza di V. S. Illuſtriſſima mi vedo adeſſo diſpenſato col prezioſo dono, che ſi è degnata farmi giugnere, anche per parte di coteſto Illuſtriſſimo Magiſtrato, dell' Opera così erudita del Signor Canonico MAZZOCCHI; il quale con tanta eleganza; e con ſapere non ordinario ha ſaputo degnamente adempiere le parti di buon letterato ſuo pari, e corriſpondere inſieme al merito di coteſta nobiliſſima e ſplendidiſſima Città nella illuſtrazione e dichiarazione che ha fatta de' celebri ſuoi antichi monumenti,

Digitized by Google

e delle note e riguardevoli sue prerogative. Io, come non lascio di rallegrarmene col suo dottissimo Autore; così pure ne rendo a V. S. Illustrissima ed a cotesto inclito Magistrato le più vive e divote grazie, che posso; restando in me frattanto un particolar desiderio di potermi render meritevole e degno di tanto onore; con impiegarmi in servigio delle Signorie Vostre; affine di andar soddisfacendo in qualche parte alle obbligazioni, nelle quali per atto di lor connaturale bontà han voluto costituirmi; onde la prego ad essermi anche liberali dell'altro onore, che può derivarmi da' loro stimatissimi comandamenti: e con ogni ossequio mi dichiaro . . . . .

PHILIPPVS BONAROTIVS

ad eundem.

Firenze 14 Ottobre 1727.

MI è pervenuta per mezzo del Signor Abate Seratti la settimana scorsa la gentilissima di V. S. Illustrissima del 1 Agosto, ed insieme la dotta ed elaborata Dissertazione sopra il Titolo di cotesto Anfiteatro, e sopra altre Inscrizioni antiche della loro nobilissima Città. Per più capi resto confuso, per i singolari onori che accompagnano questo dono. Sono però a supplicare la bontà sua di portare i miei più sinceri ringraziamenti agli Illustrissimi Signori del Magistrato, i quali si sono compiaciuti, ad insinuazione del Signor Biagio Garofolo, dotto veramente, ma per altro mio forse troppo parziale ed amico, di specialmente favorirmi. Porto finalmente alla sua degnissima persona, la quale mi ha inviato sì bello e singolar dono, i più sinceri ringraziamenti. E resto rassegnandomi . . . . .

LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS

ad eundem.

Modena 23 Gennaro 1728.

NOn prima di ora ho potuto rispondere allo stimatissimo foglio di V. S. Illustrissima, perchè io volea pure il piacere di leggere il Comentario del Signor Canonico MAZZOCCHI, ch' Ella con tanta generosità ha voluto inviarmi. Questo l'ho ricevuto solamente ora; e per tanto ora eccomi a pagarle quel tributo, che le debbo, cioè a renderle infinite grazie del dono fattomi; dono prezioso in sestesso per l'erudizione scelta dell' Autore, e poi maggiormente tale perchè io non so d'averlo meritato per conto alcuno . . . . .

IDEM

Digitized by Google

IDEM
ad Auctorem.

Modena 13 gennaro 2728.

HO ben io portato al Signor D. Giuſeppe di Capua Capece i divoti ringraziamenti, ch' io gli dovea pel cariſſimo dono da lui fattomi della bell' Opera di V. S. Illuſtriſſima ; ma mi ſarebbe reſtato un gran rimorſo al cuore , ſe non aveſſi anche atteſtato, ſiccome ora fo, a Lei il gradimento di sì prezioſo dono, e non le partecipaſſi la ſtima ſingolare , che ho conceputa del di lei felice ingegno, e raro ſapere . Allorchè io conſidero gli ſcritti di Cammillo Pellegrino iuniore , veggo un genio maraviglioſo, ch' eſige venerazione da tutti . Lodato Dio che Capua ſeguita a produrre talenti di sì buon metallo ; e fra queſti mi dia pur Ella licenza ch' io annoveri il ſuo ; che ben lo merita l' erudizione rara , il genio felicemente critico , e lo ſtile sì ſpiritoſo e leggiadro , che oſſervo nel ſuo Comentario . Adunque con eſſolei vivamente mi rallegro , ancora per aver cominciato a conoſcere in V. S. Illuſtriſſima un letterato capace di ſoſtenere l' onore , non dirò ſolamente della ſua nobil patria ; ma dell' Italia ancora . Però animo a produrre ciò ch' Ella ci fa ſperare intorno alle Antichità di Capua, e di coteſte felici contrade . Il ſaggio ch' Ella ne ha dato fa troppo deſiderarne la continuazione . Ora io per la ſtima, che fo di coteſta ſua erudita fatica, ben volentieri mi ſarei indotto a metterla nella mia Raccolta ; ma la prego di perdonarmi s' io nol fo ; perchè non s' accorderebbe col mio diſegno ed impegno fatto col Pubblico , di dar ſolamente ſtorie ed opere compoſte prima del 1500. Se v' è entrato il Pellegrino, è ſtato per le memorie da lui raccolte de' ſecoli baſſi ; e quel dippiù, che vi ſi è meſſo , è ſtato per riſparmiare a i letterati la fatica di cercare il teſto de' di lui opuſculi , divenuti oramai troppo rari . Il ſito proprio di eſſo ſuo Comentario era la Raccolta grande fatta dal Vander Aa in Ollanda ; ed io ne voglio ſcrivere colà , acciocchè ſe mai vi ſi faceſſero delle giunte , queſto, che tanto lo merita, v' abbia luogo (5). Del reſto andrò io cercando le congiunture di fare in altra guiſa conoſcere a Lei ed al Pubblico la ſomma ſtima, che ho conceputa del di Lei valore, anche a titolo di gratitudine ; giacchè Ella con tanta benignità ha voluto far onore anche al mio nome . Mi proteſto io intanto uno de' ſuoi ammiratori , e bramoſo di comparire quale ora con tutto lo ſpirito e l' oſſequio mi dico = Se non aveſſe peranche inviata copia dell' opera ſua a i Giornaliſti di Venezia , biſogna inviarla per onore anche dell' Italia ; e io , occorrendo , la ſervirò di buon inchioſtro appreſſo que' Signori , ſe trasmetteſſe a me la copia ſuddetta .

(5) Inſeruit poſtea hoc Opus anno 1737 Ioannes Polenus in *Supplemento Utriuſque Theſauri Anti-quitatum Romanarum & Græcarum*, ut diximus.

Digitized by Google

SCIPIO MAFFEIVS
ad Ioſephum a Capua Capicium.

Verona 8 Aprile 1728.

A Gran mia diſgrazia aſcrivo che mi ſia ſtato quaſi per otto meſi prolungato il contento di goder dell'onore da V. S. Illuſtriſſima, impartitomi con la traſmiſſione dell'Opera del Signor Canonico MAZZOCHI ſopra l'Anfiteatro di Capua. L'eſſer paſſato il libro inſieme con la lettera in varie mani, e trattenuta prima in Roma, poi in Bologna, e in altre Città n'è ſtata cagione. Ora finalmente l'ho divorato ſubito; e non poſſo abbaſtanza render grazie a V. S. Illuſtriſſima, ed a coteſto nobiliſſimo Magiſtrato della grazia fattami nell'inviarmelo (6): e la ſupplico a rallegrarſene ancora in mio nome col valoroſo Autore. Convien dire, che in queſto tempo un genio favorevole agli Anfiteatri ſi adoperi; poichè io pure da pochi meſi in quà ho lavorato un Trattato ſopra queſto di Verona, che non ſi dà fuori ancora per non eſſer terminato l'intaglio de i diſegni. Subito che uſcirà, procurerò di fargliene capitare qualche copia. Trattanto io rendo a V. S. Illuſtriſſima infinite grazie della ſomma bontà, che riconoſco avere per me; ſommamente ſpiacendomi non averla potuta conoſcere e ſervir di perſona quando paſsò per quà. Con che .....

IOH. BERNARDINVS TAFVRVS
ad eundem.

Nardò li 18 Settembre 1727.

L'Umaniſſima lettera di V. S. Illuſtriſſima del 1 cadente mi apporta nell'iſteſſo tempo ed un eſtremo contento, ed una ſomma confuſione. Il contento mi deriva dal vedermi da coteſti Illuſtriſſimi Signori Rappreſentanti per mezzo di V. S. Illuſtriſſima favorito del prezioſo dono dell'eruditiſſimo Libro ſopra l'Anfiteatro Capuano, compoſto dal celebre Signor D. ALESSIO MAZZOCCHI; e la confuſione dal ben conoſcermi affatto immeritevole di sì ſegnalato favore. Ben mi accorgo che qualche amico corteſe ſi è degnato di deſcrivermi non quale io ſono, privo d'ogni merito e virtù; ma qual dovrei eſſere. Tal quale però io mi ſia, mi dedico per vero ſervo di coteſta Illuſtriſſima rinomata e chiara Comunità; avendo con eccesſo di bontà voluto prima obbligarmi, che conoſcermi. Supplico intanto l'innata benignità di V. S. Illuſtriſſimia portare i miei oſſequioſi riſpetti a coteſti Signori; nel mentre io col più divoto oſſequio mi raſſegno....

(6) Munus illud a Capycio non ſolum ſuo, ſed etiam MAZOCHII nomine Maffeio miſſum coniicio ex Epiſtola XIX ad Noſtrum data *Antiquitatum Galliae Seleƈtar.* quae ita incipit: *Tametſi, poſtquam eximium tuum de Capuano Amphitheatro Commentarium perhumaniter ad me miſiſti, nullum*, &c.

EV-

Digitized by Google

EVSTACHIVS MANFREDIVS

ad eundem.

Bologna 22 Aprile 1728.

NOn prima di ieri mi fu recapitata insieme col Libro sopra cotesto celebre Anfiteatro di Capua la benignissima lettera scritta in data fin del 1 di Agosto dell'anno scorso; con la quale si è degnata V. S. Illustrissima di accompagnare il pregiatissimo dono fattomi di quest'Opera. Eguale al piacere, che ho provato nel leggerlo e nell'ammirare la vasta erudizione del chiarissimo Autore di essa, è la confusione, in cui mi trovo per l'onore che mi vien fatto da V. S. Illustrissima, e da cotesto nobilissimo Magistrato; inviandomi un sì bello e splendido monumento, e sì dottamente descritto della loro famosa patria; nel che veggo che l'amore, che ha verso di me il Signor Abbate Garofolo mi ha fatto tutto quel merito, che per altro certamente non avrei, di ricevere un sì distinto ed apprezabil regalo. Io ne rendo adunque a V. S. Illustrissima, ed a cotesto nobilissimo Magistrato le maggiori grazie, che so e posso; e mi auguro abilità eguale alla brama, che ho di corrispondere ad un tanto debito; con impiegarmi nell'ubbidienza de' riveriti comandamenti di V. S. Illustrissima, e di cotesta insigne Città; a cui fin da ora mi dedico con ogni ossequio e riverenza maggiore . . . .

ANTONINVS MONGITORIVS

ad eundem.

Palermo 2 Ottobre 1727.

PEr mezzo del Signor D. Ignazio Maria Como, mio singolar amico e padrone, mi capita il Libro dell'Anfiteatro Campano, favore quanto inaspettato, altrettanto da me gradito: e siccome si rende meritevole di ogni lode il zelo di cotesto Pubblico nel conservar e illustrar le antiche memorie; così gli son dovuti i maggiori encomii, che possan tributarsi, per la generosità di parteciparlo a' Letterati. Ne rendo le maggiori grazie, che posso, sì al medesimo Pubblico, come alla singolar cortesia di V. S. Illustrissima per la preziosità del dono, e per l'onore non meritato di essere stato aggregato al numero de' favoriti. Sarà il Libro da me conservato tralle cose più pregevoli della mia Libreria per eterna memoria de' favori di V. S. Illustrissima e delle mie obbligazioni: e spero non tenerlo ozioso, ma valermene nelle occasioni per illustrar l'oscurità de' miei fogli: mentre offerendomi . . . . .

Digitized by Google

IOH. IOSEPHVS VRSIVS

ad eundem.

Modena 5 Maggio 1728.

ANcorchè il Signor Abate Biagio Garofoli, ſedotto dalla bontà, che ha per me, mi abbia dipinto a V. S. Illuſtriſſima con troppo vantaggioſi colori; non meritava tampoco il favorevole ritratto fattole da lui, non che l' effettiva debolezza della mia perſona, l' onore che mi ha compartito regalandomi dell' eruditiſſimo ed elegantiſſimo Libro intorno all' Anfiteatro Capuano. Saran tre giorni che mi è giunto in Modena, ove ora ſoggiorno, queſto prezioſo dono, accompagnato da benigna lettera di V. S. Illuſtriſſima data ſotto il 1. Agoſto dell' anno ſcorſo: la qual verità io l' eſpongo per giuſta diſcolpa del ritardo, che correrebbe a mio carico, ſe aveſſi differito ſin ora il renderle le dovute grazie: e perchè aſpiro all' onore eziandio de' ſuoi comandi, come conſecutivo a quello di avermi conceduta la ſua padronanza; l' aſſicuro che minimo ritardo non laſcerò correre nell' ubbidirla, e nell' autenticare coll' opere quel titolo, col quale mi pregio di ſottoſcrivermi ora oſſequioſamente . . . . .

IOH. BATISTA SOLLERIVS

ad Auctorem.

Antuerpiæ IV idus Septembris 1728.

QVas Kal. Octobris proxime elapſi anni 1727 humaniſſimas iuxta atque officioſiſſimas litteras ad me dediſti, Vir ampliſſime, eae demum ſub huius menſis Kalendas huc perlatae ſunt, cum inſigni munere quo me beare dignatus es, praeclaro eruditionis tuae monumento, Muſeum noſtrum Hagiographicum exornans. Vt mihi gratiſſima ſunt erudita antiquitatis cimelia, ita avide Commentarium tuum evolvi, ſingularibus in hiſce rebus explicandis peritiae tuae argumentis egregie decoratum; de quo gratias refero quam poſſum cordatiſſimas . . . . .

Digitized by Google

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

IN

CAMPANI AMPHITHEATRI

TITVLVM

Aliasque nonnullas Campanas Inscriptiones

COMMENTARIVS.

Huius Commentarii partitio.

NVPER hoc ipso mense Septembri huius anni MDCCXXVI cum amicissimus, idemque eruditus vir Franciscus Ciccarellus literati fragmenti inter rudera amphitheatri reperti exemplum ad me detulisset in hunc modum:

IA·FELIX·AV
FECIT
IANVS·AV
Γ·COLVMNAS·AD
IVS·HADRIANV
PIVS·DEDICAVI (1)

statim intellexi ad totius operis titulum pertinere: praesertim cum praegrandibus literis constaret, & ad portam ipsam amphitheatri, quae austrum spectat, erutum fuisset. In hunc vero maxime modum supplevi:

A CO-

(1) Characteres nactus non eadem proportione decrescentes, qua in ipso marmore, hic quidem ut potui exhibui. Ceterum marmor cum supplemento exactissime in aes incidendum curavi: nam praeter cetera, quae commentarius docebit, characterum etiam spatiorumque exacta proportio, sic restitutum oportuisse significabit.

Digitized by Google

COLONIA·IVLIA·FELIX·AVG·CAPVA
FECIT
DIVVS·HADRIANVS·AVG·RESTITVI
IMAGINES·(*)ET·COLVMNAS·ADDI·CVRAVIT
IMP·CAES·T·AELIVS·HADRIANVS·ANTONINVS
AVG·PIVS·DEDICAVIT

(*) Aut tale aliquid.

Utrinque enim marmor & ex aequo fuiſſe ſupplendum vox FECIT, quae alterius lineae media ferme occupat ſpatia, ſatis indicabat: plus vero aliquanto initio quam fini adiiciendum fuiſſe eadem quoque vox admonebat, quae dextrorſum propius accederet. Ac ne multis, recte necne ſuppleverim, afferetur hoc commentario ratio. Dum enim ſingulas inſcriptionis partes luſtrabimus, ſimul vix aliter elogium ſeſe habuiſſe intelligetur.

Ac fragmentum ipſum quod attinet, eſt illud quidem e candido marmore, ſane quam elegantiſſimis characteribus inſculptum, iiſque prope σπιθαμιαίοις; ſed ita ut per ſingulas paullatim lineas decreſcant, ut deorſum ſpectantibus, ſecundum opticae leges, aequales omnes viderentur: ſic enim politiore illo Antoninorum ſaeculo conſuevere [inſcriptiones ſcalpere. Quamquam ceteroqui vetus id fuid architectonicus canon a Vitruvio III, 3 paullo παχύμερον traditus: *Quo enim*, inquit, *altius oculi ſcandit acies non facile perſecat aëris crebritatem*, & quae ibi ſequuntur; ob eamque cauſam optimum factu ait, ſi eminentioribus aedificii membris aliquid amplius altitudinis tribuatur: atque hinc ex tribus epiſtylii faſciis, imae tres, mediae quatuor, ſummae quinque partes ibidem architectus aſſignat.]

Dimenſiones vero has habet area literis exarata, (nam de corona ceteriſque ornamentis taceo) ut tres maxime romanos pedes altitudinis habeat, quatuor fere in latum excurrat: ut literarum, ita ut ſupplevi, integras ſtrigas ad decem eoque amplius pedes fuiſſe exporrectas oporteat.

Hunc vero commentarium ſic nos quidem partiemur, ut tria hujus epigram-

Digitized by Google

grammatis commata binis singula versibus comprehensa, totidem capitibus exponamus: tum alteram quoque amphitheatralem inscriptionem per eadem haec tempora detectam dabimus: deinde quae olim, quae nunc huius amphitheatri facies: quod ei per sequiora tempora fuerit nomen, quidve eo tum factum fuerit, exsequemur: postremo ad theatricas quasdam inscriptiones digrediemur.

CAPUT I

In priores duas elogii lineas.

I *Quoties Capuam deducta colonia fuerit.* II *De Capua a C. Iulio colonia constituta.* III *Unde Felicis nomen Capuae obvenerit.* IV *De Campanae coloniae supplementis ab Octaviano conscriptis.* *AVCTARIVM PRIVS.* *De Campana pertica, eiusque praefecturis.* *AVCTARIVM ALTERVM.* *De Campanae Coloniae terminis literatis.* V *De tempore extructi amphitheatri, & Campani aerarii viribus.*

I *Coloniis fere ut libertis nova nomina imposita.* II *Inter colonias municipiaque discrimen. Quando Capua Municipium fuerit.* III *Capua una ex Praefecturis.* IV, V *Quoties Capuam deducta Colonia.* VI *M. Bruti Colonia.* VII *Syllana colonia.* VIII *Sigonii aberratio. M. Bruti colonia civium R. fuit.* IX *Bruti colonia praefecturam sustulit, Syllana retinuit.* X *Bruti colonia brevi evanuit: Syllana stetit.* XI *Bruti colonia ante Syllanam fuit. Quis iste M. Brutus. Noster Brutus pater eius est, qui Caesarem interfecit. Ob eundem perfide interfectum Pompeio conflatur invidia.* XII *Ciceronis assentatio. Mantia Pompeio convitiatur. Bruti Caepionis in patriam amor.* XIII *Noster Brutus quo anno mortuus. Pighius notatus. Tempus deductae a Bruto coloniae.* XIV *Rulli tentata colonia.* XV *C. Iulii colonia.* XVI *M. Antonius iterum Capuam coloniam deducere molitus tantum non interficitur. Capua altera Roma.* XVII *Caesaris Octaviani supplementa.* XVIII *Cur Iulia appellata.* XIX, XX *Lex Iulia Ciceroni valde displicuit. An agri Campani modum Tullius habuerit exploratum.* XXI *Cicero ob recusatum Campanum XX-viratum exulavit. Clodius XX-viratus repulsam patitur.* XXII *Campanorum XX-virorum catalogus.* XXIII, XXIV *Turbae ob legem Iuliam.* XXV *Dionis inconstantia. Goësii indiligentia.* XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX *Dio secum ipse & cum aliis conciliatur.* XXX *Campanorum studium in Cicerone revocando.* XXXI *Pompeius Capuae Duumvir.* XXXII *Itemque Piso.* XXXIII *Campani Consules.* XXXIV *Tempus gesti duoviratus.* XXXV *Ciceronis iocus. In quas milites deducebantur, non continuo militares coloniae.* XXXVI *Campania recens Felix appellata.* XXXVII, XXXVIII *Capua Felix a Sylla dicta.* XXXIX *Syllae acta non fuere rescissa: Syllanis numquam possessiones ademptae.* XL *Sigonii hallucinatio.* XLI, XLII *Quo colonia iure deducta, iterum deducere non licebat.* XLIII, XLIV, XLV, XLVI

Digitized by Google

Coloniae omnes cognomento Felices fortaſſe a Sylla deductas. XLVII, XLVIII *Ex S. C. cognomina urbibus imponebantur.* XLIX *Ter Octavius Capuam coloniam deduxit.* L *Lege III-virali Capua colonia deſtinata.* LI, LII *Octavius & non Lucius lege III-virali Capuam colonos traſcripſit.* LIII *Octavius iterum Capuam coloniam collocat.* LIV, LV *Veruam Gnoſiam & aquam Iuliam Caeſar Campanis elargitur.* LVI *Velleio lux.* LVII, LVIII, LIX, LX *Caeſar iam Auguſtus tertio Capuam coloniam inſtituit.* LXI *Quid pertica & praefectura.* LXII *De Kardine & Decumano.* LXIII *Kardo & Decumanus Capuae alternabant.* LXIV *Campanus ager ad mare verſus longiſſime protenſus.* LXV *Hygino lux.* LXVI, LXVII *Goëſii παράδοξα.* LXVIII *Calatia praefectura Campana.* LXIX *Urbana praefectura. Plinius illuſtratur.* LXX *Caſilinum praefectura Campana.* LXXI *Collis Leucogaeus Campanis adiudicatus.* LXXII, LXXIII, LXXIV *Addiana praefectura*, LXXV *Praefecturae coloniae etymon.* LXXVI *Siculo Flacco lux.* LXXVII *Goëſius reprehenditur. In praefecturae etymo Siculus & vetus lapis conſentiunt.* LXXVIII *Praefecturae coloniae Romanas imitabantur.* LXXIX *Salmaſius refutatur.* LXXX *Cultellatum quid? Tifata unde dicta.* LXXXI, LXXXII *De Campanae coloniae terminis literatis.* LXXXIII *Ab Iulio ne an ab Octavio hi termini poſiti. Rigaltii & Peregrinii ſententia.* LXXXIV, LXXXV, LXXXVI, LXXXVII *Refellitur Peregrinius.* LXXXVIII, LXXXIX, XC, XCI *Fortaſſe hi termini Iulium habent auctorem.* XCII *Campanarum antiquitatum Peregrinii fatum.* XCIII *Mira veterum in elogiis brevitas.* XCIV, XCV *Quando extructum amphitheatrum.* XCVI *Non ante Flaviorum aetatem factum.* XCVII, XCVIII *Suum cuique coloniae aerarium.* XCIX *Quaeſtores Italiae provinciarum.* C *Curatores Kalendarii.* CI *Legata poenae nomine.* CII *Praedia coloniarum. Velleio lux. Coloniarum reditus in longinquis interdum regionibus.* CIII *Terra Gnoſia. Campanorum Lucanus ager ampliſſimus.*

I COLONIA. IVLIA. FELIX. AVG. CAPVA) Ita primum hunc verſum meo periculo conſtitue: id quod & vetus apud Frontinum Campanae Coloniae nomen *Colonia Iulia Felix*, de quo deinceps, declarat, & linearum quoque proportio id ſuadet: ac demum ratio ipſa nominum coloniarum, in quibus nominandis eandem fere, quae in libertis, ſervatam conſuetudinem deprehendo; itaque ſicut hi poſt manumiſſionem, patronorum praenominibus nominibuſque aſſumtis, vetera ſua nomina cognominum loco habuere: ſic poſtquam in aliquam civitatem deducta colonia fuit, eius nomine, a quo deducta erat, ſaepe accepto, proprium civitatis nomen in cognomen tranſibat; vox vero COLONIA tanquam praenomen praefigebatur. Sic quoniam lege Iulia Capua deducta fuit, IVLIA eſt appellata; nam de voce FELIX ſuo loco dicam. In eundem modum ſunt *Colonia Iulia Auguſta Parma*, *Colonia Iulia Fanum Fortunae*, *Col. Iulia Hiſpellum*, *Col. Iulia Paterna Narbo Martia*, *Col. Iulia Paterna Arelate* (in poſtremis autem hiſce duabus illud *Paterna* curioſe additum, ut ab Iulio patre, non a Iulio Octaviano deductas notetur) & ſexcenta id genus. Interdum tamen nomen proprium civitatis in derivativum tranſit ut *Colonia Felix Auguſta Nolana*, & aliae in eundem modum. Eadem ratione hic CAMPANA pro CAPVA poni potuiſſe affirmarem, (nam & Velleius lib. II, cap. 81 *Coloniam Campanam* dixit) ſi id primae lineae ſpatia admitterent, cuius literae & grandiores ceteris, & vero etiam diſiunctiores exiſtunt: ſed & vox FECIT, quae ſequitur, a me-

Digitized by Google

a mediis ſpatiis longiuſcule abiret, ſi CAMPANA pro CAPVA poſitum fuiſſet.

I *Quoties Capuam deducta colonia fuerit,*

II COLONIA) Colonia fuit, non municipium Capua. Tacitus, qui III, hiſt. 57 *municipia coloniaeque* dixit, illud ad Puteolos, hoc ad Capuam retulit, quam XIII annal. 31 *Coloniam* diſerte vocavit. Prior Taciti locus ex III hiſt. 57 ſic habet: *A quibus municipia coloniaeque impulſae (praecipuo Puteolanorum in Veſpaſianum ſtudio, contra Capua Vitellio fida) municipalem aemulationem bellis civilibus miſcebant.* Quo Taciti loco Capuam municipium appellatam putat Cluverius Italiae antiq. lib. IV, p. 1176, lin. 52 itemque Burmannus notis ad Velleium, Cluverium, ut opinor, ſecutus. Sed errant viri doctiſſimi; ecquis enim dubitat, quin Puteolos ad *municipia*, Capuam ad illud *Coloniaeque* retulerit hiſtoricus? At enim, inquies, paulo ante Vitelliana tempora Nero Puteolos coloniam deduxerat: *Vetus*, inquit idem Tacitus XIV an. *oppidum Puteoli ius coloniae & cognomentum a Nerone adipiſcuntur.* Sed ut mittam quod ad hunc locum notat Lipſius, Puteolos modo coloniam, modo municipium fuiſſe: crediderim Puteolanos, reſciſſis poſt mortem Neronis eius actis, ad ius municipii, in quo magis ſibi placerent, iterum rediiſſe. Ceteroqui confuſa interdum fuere haec duo vocabula. Gellius XIII, 13 *Municipes & Municipia verba ſunt dictu facilia, & uſu obvia, & neutiquam reperias, qui haec dicat, qui ſcire ſe plane putet quid dicat. Quotus enim fere noſtrum eſt, qui cum ex colonia populi Romani ſit, non & ſe municipem eſſe, & populares ſuos municipes eſſe dicat?* Quid tamen proprie *Municipium* a *Colonia* differret, ibidem Gellius luculenter exponit: *Municipes*, inquit, *ſunt cives Romani ex municipiis legibus ſuis & ſua iure utentes: muneris tantum cum populo Rom. honorarii participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege adſtricti.* Contra vero de coloniis ait: *Coloniae non veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex civitate propagata ſunt, & iura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent.* Ad haec Vlpianus l. 1 D. ad munic. cuiuſcumque non modo coloniae ſive municipii, ſed cuiuſvis omnino civitatis cives *municipes* ex uſu recepto appellat: cuius quoque verba adſcribere non pigebit: *Municipem*, inquit, *aut nativitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio. Et proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiſcum facerent, ſed nunc abuſive municipes dicemus ſuae cuiuſque civitatis cives, ut puta Campanos, Puteolanos. Qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed ſi ex patre Campano, matre Puteolana, aeque municeps Campanus eſt. Niſi forte privilegio aliquo materna origo cenſeatur: tunc enim maternae originis erit municeps.*

Digitized by Google

ceps. Vt puta Ilienſibus conceſſum eſt, ut qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps. Etiam Delphis hoc idem tributum & conſervatum eſt. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeii Magni (id) *competere &c.* Haec quamvis translatitia, eo tamen huc comportavi, ut ad ea quae de colonia Capua enarranda ſunt, veluti aditus muniatur: praeſertim cum & municipium olim aliquando fuiſſe Capuam compertiſſimum habeamus. Nam ex eo uſque tempore quo T. Veturio Calvino, Sp. Poſtumio Coſs. qui eſt annus V. C. CCCCXIX (ſequor faſtos Sigon.) civitas Campanis data fuit, uſque ad proditam Hannibali urbem, quando a Romanis devicta in praefecturae formam eſt redacta, inter municipia fuiſſe numeratam oportuit. De civitate Campanis data meminit Ennius apud Cenſorinum *de die natali:*

Civeis Romanei tunc factei ſunt Campanei.

meminit & Velleius I, 14 *Abhinc annos autem* CCCL *Sp. Poſtumio, Veturio Calvino Coſ. Campanis data eſt civitas, partique Samnitium ſine ſuffragio.* Nam quod Livius ad L. Furium, C. Maenium conſules refert, ideſt quadriennio ante Velleii notam; id vero non incommodat, quia de ſolis equitibus ibi Livius commemoraverat: *Campanis*, inquit, *equitibus honoris cauſſa, quia rebellare cum Latinis noluiſſent, ſine ſuffragio civitas data.* Ab anno ergo CCCCXIX, quo, Velleio teſte, univerſis Campanis civitas data fuit, uſque ad annum DXLII, quo in praefecturae formam redacta eſt, Capua municipii iure ſine ſuffragio gaviſa fuit: ex quo efficiebatur, ut in legionibus uti cives, non in auxiliis uti ſocii, Campani adſcriberentur: eoque amplius, ut connubiorum cum Romanis iura aſſequerentur: unde cum primum Capuam venit Hannibal, multae nobiles Campanorum familiae affinitate cum Romanis iunctae erant: ceterum ſuis legibus, ſuiſque ſacris utebantur, eratque eadem reip. forma, quae ante fuiſſet.

III Devicta demum civitate, ac Romanorum iugo accepto, una ex Romanis praefecturis, quas Feſtus enumerat, fuit, accipiebatque quotannis ab Roma praefectum, qui iura daret. Iſque ſtatus civitatis fuit per annos CLII, quot Velleius uſque ad deductam a Caeſare coloniam colligit. Quanquam vero per idem ſpatium deducta non ſemel eo tum civium, tum militum colonia fuit, ius tamen Campanis uſque ad legem Iuliam agrariam non reſtitutum idem Velleius affirmat: quod, quemadmodum ſit accipiendum, deinceps exponam.

IV Quando autem Capuam ante C. Iulium non ſemel coloniam deductam, modo admonebam, ac ter quoque poſt eundem comperio; operae pretium fecerim, ſi tam diſſitae antiquitatis quam potero maxime diſpulſa caligine, quoties Capuam adſcripta colonia fuerit, quoties inſuper tentata explanare aggrediar: praeſertim cum & *Coloniae* vox, de qua hic commentamur, id ſibi ſuo iure poſtulare videatur.

V Ac

Digitized by Google

V Ac memini Lauredanum virum doctum ad illud *Capuae & Leocreanti*, quod in II Agr. num. 34 legitur, sic emendare, ut *Capuae & Tarenti* legendum putet. Hoc magis miror, quod ait C. Gracchi lege una cum Tarento Capuam deductam fuisse coloniam, Appiano lib. I auctore. Vbi hoc quaeso in Appiano legitur? [Nisi si forte ad quendam Frontini locum aspexit, quem in Auctar. huius capitis producam.]

VI Duas omnino non incelebres Campanae coloniae deductiones ante C. Iulium Caesarem invenio, quas non magno inter sese intervallo in Ciceronis iuventutem incidisse existimo. Vna est M. Bruti, de qua tum saepe Cicero in II Agr. meminit, tum vero copiosissime num. 34 in hunc modum: *Haec consilia maiorum* (de Campanae praefecturae forma retinenda) *M. Bruto, ut antea dixi, reprehendenda, & P. Rullo visa sunt, neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent. Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuae & Leocreanti* (viri docti hanc vocem indubie corruptam sic restituunt, ut *ab eo creati*, aut *eo creante*, aut tale aliquid legatur) *ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt. Et quoniam Bruti atque temporis illius feci mentionem, commemorabo id quod egomet vidi, cum venissem Capuam coloniam deductam L. Considio & Sex. Saltio, quemadmodum ipsi loquebatur, praetoribus, ut intelligatis quantam locus ipse afferat superbiam: quae paucis diebus, quibus illo colonia deducta fuit, perspici atque intelligi possit. Nam primum id quod dixi, cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se praetores* (2) *appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed, ut hic praetoribus anteeunt, cum fascibus duobus. Erant hostiae maiores in foro constitutae, quae ab his praetoribus de tribunali sicut a nobis consulibus de consilii sententia probatis, ad praeconem & ad tibicinem immolabantur. Deinde patres conscripti vocabantur. Iam vero vultum Considii videre ferendum vix erat, quem hominem vegrandi macie torridum, Romae contemtum atque abiectum videbamus, hunc Capuae Campano supercilio, ac regio spiritu cum videremus, Magios, Blossios mihi videbar illos videre ac Iubellios. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum? Et in Albana & Seplasia quae concursatio percontantium, quid praetor edixisset? ubi cenaret? quid enuntiasset?* Quem locum eo libentius huc integrum adscripsi, quod, cum ab hac Agraria discesseris, non alibi huius coloniae mentio existit. Iam illud, cur Capuae duumviri se praetores potissimum appellari iuberent, afferetur a me alio in opusculo ratio.

VII

(2) [Id imitati Telesini duoviri, qui & *Praetores* in marmore Telesino appellantur. Imitati & Philippenses Act. XVI, 20.]

Digitized by Google

VII Altera est L. Cornelii Syllae, qui & primus militaribus coloniis complevit Italiam, & quam coloniam Capuae imposuit, militum eam fuisse verisimile est. Is postquam externis perfunctus bellis tyrannidem occupavit, cum esset acerrimus suorum hostium insectator, pleraſque civitates, quae contra se arma sumserant, proque inimicis suis steterant, agro multavit, quem suis militibus divisit, quos in eas colonias adscripsit. Mitto de Etruria, de Latio ac ceteris Italiae regionibus dicere. In Campania vero idem infortunium Capua & Nola subiere, quod Syllae adversae fuissent. De Nolani agri assignatione testatur Frontinus lib. de Coloniis. Itemque de Syllana huc adscripta colonia mentio est apud eumdem, qui, postquam de celebri Caesaris ἀποικίᾳ dixerat, subiungit: *Ager ejus* (Capuae) *lege Syllana fuerat assignatus*. Tum & ex iis, quae de Calatiae deductione narrat, idem prorsus colligas: *Calatia*, inquit, *oppidum muro ductum: iter populo debetur pedes decem: COLONIAE CAPVENSI cum territorio suo a Sylla Felice adiudicata olim ob hosticam pugnam.*

VIII Ad hanc etiam syllanam deductionem refert Sigonius in III de Iure Italiae cap. 4 illa Ciceronis ex altera Agraria, quae modo recitavimus: *Neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent. Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuae ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt.* Sed vir magnus immane quantum ab historiae veritate aberrat: nam & diversissimae prorsus hae duae coloniae fuerunt, & multa utramque temporum rerumque discrimina seiungunt. 1 Nam cum haec syllana militaris fuerit: contra illam alteram M. Bruti civium Romanorum fuisse, non militum, ex eadem II Agraria colligo. Etenim n. 32 inter Karthaginem, Corinthum, Capuam comparatione instituta, *quas tres solum urbes in terris omnibus .... posse imperii gravitatem ac nomen sustinere* praedixerat: Karthaginem quidem & Corinthum, quod procul erant a conspectu imperii, non solum afflictas, sed etiam, ne quando erigere se possent, funditus sublatas affirmat: de Capua longe aliud fuisse consilium, cui si agrum, si magistratus, si senatum ademissent, nihil fore, quo Capua magnopere timeretur: atque idcirco urbem non esse deletam, ut esset locus comportandis condendisque fructibus, aratorum rusticorumque receptaculum. Tum n. 33 subjungit: *Videte quantum intervallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt: hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem novae reipublicae constituunt, molem contra veterem rempublicam comparant. Quod si maiores nostri existimassent quemquam in tam illustri imperio, & tam praeclara popu-*

Digitized by Google

populi R. disciplina, BRVTI aut P. RVLLI similem futurum; hos enim duos adhuc videmus, qui hanc rempublicam Capuam totam transferre vellent, profecto nomen illius urbis non reliquissent. Nonne vides vel ex hoc ipso, quod P. Rulli consilium cum Bruti facto comparatur, sequi non minus Bruti deductionem civium fuisse, quam illam a P. Rullo agitatam? Sed quid his immoror, cum num. 36 diserte de utraque, tanquam de civium Romanorum colonia sermo habeatur? *Haec tu*, inquit, *P. Rulle, M. BRVTI sceleris vestigia, quam monumenta maiorum sapientiae sequi maluisti.* Tum nonnullis interiectis: *Vt*, inquit, *invidiosos agros a SVLLANIS POSSESSORIBVS . . . . emtos, quanti velletis, POPVLO ROMANO induceretis.* Quae postrema verba, quanquam de Rullo eiusque sectatoribus dicuntur, de eo tamen Rullo dicuntur, qui M. Bruti sceleris vestigia sequeretur. An non intelligis eidem POPVLO ROMANO agros fuisse olim a M. Bruto assignatos, cui postea Rulli lex assignabat? Vtriusque enim viri molitionem per omnia aequiparat Tullius.

IX 2 M. Bruti colonia Campanae praefecturae formam sustulit, ut ex prolixiore Ciceronis loco, quem supra recitavi, intelligitur, qua Capuae duoviros, sive, ut ipsi audire malebant, praetores constitutos, & cetera quoque ad principis urbis imaginem ordinata significatur: contra vero per Syllanam ἀποικίαν nihil hic de praefecturae forma decessit: quam idcirco ab recepta Capua ad legem usque Iuliam agrariam Velleius lib. II c. 44 continuat: quia quam Capuae M. Brutus Romanae reipublicae imaginem deformarat, ea statim evanuit: Sylla vero, qui paullo post hic coloniam collocavit, nihil de praefecturae forma immutavit. Id enim si fecisset Sylla, cur Cicero duos tantummodo inventos dixisset, qui, spretis maiorum consiliis, Capuam sedem novae reipublicae constituerent, M. Brutum & P. Rullum? An non tertius his Sylla adiungendus fuisset? Itaque Sylla cum satis habuisset agros militibus adsignare, nihil praeterea novandum putavit. Et sane an olim libera adhuc republica, civium tantum coloniae ad Romanae urbis faciem exigerentur, militum non item, haud facile dixerim: de quo viderint eruditi.

X 3 M. Bruti hic constituta colonia haud diu stetit: nam, si Ciceroni fidem adhibemus, & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuae ceperunt, & qui partem aliquam illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt. Quo sane exemplo proposito, Rullum deterret M. Cicero: *Neque te*, inquit, *P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent.* Quae non sic accipienda censeo, quasi obnuntiante augure Brutus coloniam constituerit, sed quod coloniae ab eo deductae infelix eventus Rullo similia molienti male ominaretur. Contra vero Syllana colonia aetatem tulit, quod deinceps opportunius mihi demonstrabitur.

Digitized by Google

XI 4. Postremo Bruti colonia vetustior Syllana fuit, ut terrae caelum prorsus miscere videatur, qui utramque veluti uno tempore deductam confuderit. Id vero ut doceam, quis ille M. Brutus fuerit, de quo Cicero, investigari necesse fuerit. Ex tot eruditissimis viris, qui Tullianas Agrarias illustrarunt, nemo praeter Turnebum de hoc homine verbum unum posuit. Turnebus autem ad II Agr. num. 34, & 36 eum & Marianarum fuisse partium, & tribunum de Capua colonia deducenda legem tulisse, eumque ipsum triumvirum coloniae deducendae fuisse tradit: & Brutum quidem bello civili acerba morte oppetiisse, coloniam vero ab eo institutam a Sylla eiusque factione, sive, ut alibi ait, a senatu sublatam. Haec vir incomparabilis, nullo adhibito teste, docet, quae auctoritate veterum firmanda mihi censeo. Nam illud quidem, quod de Bruti tribunatu, ejusdemque triumviratu affert, est incertissimum: & etiamsi alterutrum tantum Brutus ille fecerit, ut aut tribunus legem tulerit, aut triumvir deduxerit, tamen recte Cicero dixerit: *Nam & ipse qui deduxit*. Ac propius fidem est, fuisse tantum triumvirum coloniae deducendae, non item tribunum plebei (3). Deinde quod ad num. 36 ex Sallustio in oratione M. Lepidi trib. pl. refert, Bruti & Mamerci consulatu tumultum in urbe fuisse: id vero est ἀπροσδιόνυσον; nam anno superiore, ut infra dicam, diem suum obierat is, de quo agitur, Brutus. Quod vero hic civili bello acerba morte oppetierit: id cum videatur coniectura magis Turnebus, quam certa auctoritate assecutus, eam omnem narrationem illustribus Appiani Plutarchique locis certam atque explicatam efficiam. Ille in II τῶν ἐμφυλ. p. 497 M. Brutum Caesaris interfectorem alterius Bruti τῦ κατὰ Σύλλαν ἀνηρημένυ, qui noster haud dubie est, filium fuisse testatur: *Eius*, inquit, *coniurationis duo maxime architecti fuere, M. Brutus Caepio, Bruti illius per Syllana tempora interfecti filius . . . & C. Cassius*. Sed & hoc ipsum, & quo mortis genere Brutus ille pater sublatus, copiosius e Chaeronensi discas in Pompeii vita: ubi post Syllae obitum, cum, redintegrante civile bellum Lepido, Pompeium Catuli, & optimatum partes secutum tradidisset, subiungit: *Cum autem optimatibus se adiunxisset, dux est contra Lepidum designatus, qui magnam iam Italiae partem subegerat, & exercitu per Brutum cisalpinam Galliam obtinebat. Ac reliqua quidem adventu suo facile Pompeius oppressit: ad Mutinam vero in Gallia perdiu castra collata Bruti castris habuit. Interea cum Lepidus Romam advolitans moenibus assideret, multoque exercitu populum territans secundum peteret consula-*

(3) Non enim est verisimile Iunios Brutos, qui genus suum ad L. Brutum virum patricium, qui reges exegit, referrent, magistratum plebeium in suam familiam fuisse illaturos. Nam etiam si verissima sit Dionysii Halicarnassensis sententia, illius L. Bruti, qui monarchiam evertit, genus fuisse extinctum, hos vero alteros Brutos esse plebeios: at Ciceronis tamen, & Posidonii apud Plutarchum adversantia prorsus Dionysio testimonia hoc saltem efficient, Brutos, qui Ciceronis aetate iactitarent ab illo Lucio Bruto stirpem suam in prope quingentesimum annum propagatam, non fuisse illo eodem tempore per tribunatum plebis gestures se suamet confessione plebeios.

Digitized by Google

sulatum : eum metum allatae a Pompeio literae, quibus bellum sine certamine confectum nuntiabatur, absterserunt. Brutus enim sive quod exercitum ipse tradidit, sive quod transitionem dum faceret, est proditus, Pompeii fidei se commisit, acceptisque equitibus qui se comitarentur, in oppidulum quoddam circumpadanae Galliae digressus, ibi postero die, immisso per Pompeium Geminio, est interfectus. Qua de causa Pompeius vehementer est laceratus : qui enim mox ab initio transitionis scripserat ad senatum, Brutum ultro ad se transgressum, misit denuo alteras literas, quibus insectatus est interemtum. Huius Brutus, qui cum Cassio Caesarem occidit, filius fuit, vir patris neque in bello gerendo, neque in oppetenda morte similis, ut in illius historia explicuimus. Ex quo luculentissimo loco facile quivis intelligat non alium fuisse coloniae Capuae deductorem : nam & recte eum cum Rullo comparat Cicero, vel ob hoc quod uterque Syllanis adversus fuerit : & omnino verissime Cicero ait eum *acerbissimas impiorum poenas* pertulisse, quia miserandum in modum & morte non sua periit.

XII Temperare autem mihi hoc loco non possum, quin Ciceronis non obscuram assentationem hoc loco detegam. Scimus Plutarcho auctore Pompeium ob hanc perfidiam adversariorum maledictis fuisse proscissum. Idem quoque ex Val. Max. lib. VI, cap. 2 discimus, apud quem Helvius Mantia ultimae senectutis homo Libonem accusans, cum a Pompeio per iocum suggillaretur, cum diceret *ab inferis illum ad accusandum remissum*, vocem illam libertatis plenam emisit: *Venio enim*, inquit, *ab inferis L. Libonem accusaturus, sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum deflentem, quod summo genere natus, integerrimae vitae, amantissimus patriae, in ipso iuventutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum* (4) *Brutum ferro laceratum, quere-*

(4) Ex hoc loco Pighius ad an. 676 colligit saltem praetorium fuisse M. Brutum, cum occideretur, quando confertur cum Cn. Domitio & Cn. Carbone consularibus viris. Sed istue quidem non necessario sequitur : nam illud PARI CLARITATE referri potest non solum ad honores gestos, sed etiam ad claritatem familiae. Et quidem noster hic, de quo tamdiu loquimur, M. Brutus, si idem ille sit acerrimus accusator, de quo Cicero tum II Offic. tum vero in Bruto haec ait: *Iisdem temporibus M. Brutus, in quo magnum fuit, Bruto, dedecus generi vestro, qui cum tanto nomine esset, patremque optimum virum habuisset, & iuris peritissimum, accusationem facitaverit, ut Athenis Lycurgus. Is MAGISTRATVS NON PETIVIT, sed fuit accusator vehemens & molestus, ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degeneresse vitio pravae voluntatis.* Si, inquam, is quem Pompeius oppressit, idem qui Accusator fuit : is certe adeo praeturam non gessit, ut omnino MAGISTRATVS NON PETIVERIT. Et video multos doctissimos viros, qui Caesaris interfectorem hoc Accusatore natum statuant. Mihi tamen non fit verisimile, primum Bruto ipso auscultante, tam contumelioſe de Patre loqui Ciceronem: deinde si is pater alterius, a quo Tullii dialogus nomen invenit, extitisset, hoc ibi praetermissum non esset. Accedit quod Accusator ille Crassi oratoris aequalis fuit, atque, ut videtur, aliquanto remotior a Bruti a Pompeio sublati temporibus, ut after alterius pater existere potuisset. Demum inter multa Crassi in M. Brutum accusatorem egregia scommata, quae in II de Oratore Cicero consignavit, est & acris in eundem invectiva, qua illum praeter cetera rerum omnium rudem, etiam rei militaris, fugillat : *An rei*, inquit, *militari? qui nunquam castra videris*. Estne vero credibile id ei M. Bruto a Crasso obiectum fuisse, qui deligi potuisset ut Galliam exercitu teneret? Taceo quod Mantiae plena laudis oratio apud Valerium in istum Accusatorem virum illau-

rentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem &c. Tamen M. Cicero, ut Pompeio gratificetur, cuius laudi tum alibi saepissime, tum hac ipsa oratione velificatur, in Brutum istum invehitur, eius factum insectatur, & cum Rulli consilio comparat, postremo acerbissimas impiorum poenas pertulisse eum affirmat, qui summa perfidia enectus esset. Quae omnia Pompeii auribus data aequus lector mecum iudicabit. Ac ne illud quidem possum, quin M. Bruti eius, qui Caesarem oppressit, incredibile erga patriam studium (ut illis quidem temporibus ac sapientia: nam nobis quidem longe aliud lex Christiana suadet) suae familiae veluti hereditarium admirer. Quis enim dubitat, quin Pompeio patris sui interfectori infensissimus esse debuisset? tamen & ad Pompeii partes illa tyrannis semper inimica progenies civili tumultu sese applicuit, & eiusdem postea mortem per amicissimi sibi monarchae caedem acerrime est ultus: quod altiores ejus animo caritas in patriam, quam Caesaris benevolentia, radices egisset.

XIII Mors M. Bruti eius, qui Capuae coloniam collocavit, videtur incidere in ann. V. C. DCLXXV, quo eodem anno & Sylla obiit, & Lepidus cum Catulo consul processerat. Id quidem vel ex Appiani I de bel. civ. p. 418 licet intelligere, ubi Lepidus eo ipso anno, quo consulatum gerebat, ad urbem cum copiis adventasse dicitur; quod Lepidi factum Plutarchus cum M. Bruti morte coniungit. Sed multo id evidentius e Plutarchi Pompeio colligas, qui ante illa verba, quae modo recitabam, sic praefatur: Ὁ δὲ συνάρχων αὐτῷ (Λεπίδῳ) Κάτλῳ, ᾧ τὸ καθαρὸν καὶ ὑγιαῖνον μάλιστα τῆς βουλῆς, καὶ τῷ δήμῳ προσεῖχεν, *&c. Collega autem ejus* (Lepidi) *Catulus, ad quem aggregavit se integra & sanior pars senatus populique &c.* Ergo cum Lepidi adversus Catulum in eorundem consulatu bellum eruperit: eodem anno, quo Sylla interiit, M. Brutum interfectum oportuit. Accedit, quod Iulius Exsuperantius is, cuius circumfertur opusculum de Marii, Lepidi, ac Sertorii bellis civilibus cap. VI ait: *Huius* (Syllae mortui) *acta cum conatur Lepidus in SVO CONSVLATV subvertere, contra COLLEGAM Catulum civile praelium gessit, & victus est, &c.* Nec desunt tamen quae ad annum insequentem, D. Bruto & Mamerco Cos. (quo etiam anno tumultus in urbe fuit, teste Sallustio in oratione M. Lepidi trib. pl.) M. Bruti mortem referre suadeant. Primum, quo pacto Lepidus Galliam, quam fortitus erat, per Brutum exercitu obtineret, nisi iam magistratu abiisset? Verum in illo civili tumultu provincias latrociniis magis, opinor, quam le-

illaudatum, quem gurgitem, quem luce aspectuque hominum indigniſſimum Craſſus appellat, convenire non potest. Itaque a vero minime abhorret, Brutum Caepionem, qui Caesari est insidiatus, M. Bruti Mariani a Pompeio interfecti, Campanaeque coloniae deductoris fuisse filium, Marci accusatoris nepotem, ac Marci Iurisconsulti, cujus tres libros laudat Cicero in II de Oratore (Pomponius *de orig. jur.* septem numerat) pronepotem.

Digitized by Google

legibus obtinebant; & vi illam invasisse consulem mihi persuadeo, ἥδη, ut ait Plut. πολλὰ τῆς Ἰταλίας νενικηκότα, ᾗ . . . Γαλατίαν κατέχοντα διὰ Βρούτου γραπτόματι. Deinde obiici mihi possit iurisiurandi religio, quo Lepidus tenebatur, ut saltem in consulatu (sic enim interpretabatur) bello se abstineret, ut ait Appianus. Tamen nihil facilius Romanis fuit, quam lingua iurare, mentem iniuratam gerere. Nihil igitur muto, & eodem anno quo Sylla periit, & Lepidum movisse bellum, & M. Brutum occisum statuo, quoad alius verisimiliora non afferat. Nam Pighius quid fuerit secutus, ut ad consulatum D. Bruti & Mamerci casum M. Bruti, totamque illam Plutarchi narrationem, quam supra recitavi, reiiceret, nec ipse exponit, nec scire interest. Quare ab eodem huc deducta colonia referenda est ad illud maxime tempus, quo Sylla in Mithridaticum bellum intento, per Italiam Marianorum foediſſima dominatio grassabatur. Quam coloniam verisimile est a Sylla labefactatam, statim ut Marianis devictis, colonos suos Capuam, veteribus utique expulsis, immisit. Quo sane spectat illud Iulii Exsuperantii de bel. civ. cap. VI de Lepido eo, cuius Brutus partes sequebatur, Syllae ac Syllanis infensissimo narrantis in hunc modum: *Huius* (Syllae mortui) *acta cum conatur Lepidus in suo consulatu subvertere. . . . congregatis iis, in quorum possessiones NOVOS COLONOS de suis militibus Sylla victor IMMISIT . . . ingentem congregavit exercitum.* Haec copiosius aliquanto differuimus, non tam ut e tam illustribus Sigonii commentariis quantuluscumque hic naevus expungeretur, quo a M. Bruto hic institutam coloniam cum Syllana commiscuit: quam ut explicatior iam nostris hominibus primae illius M. Bruti ἀποικίας cognitio existeret.

XIV Sequitur iam P. Servilii Rulli tribuni pl. molitio, qui eo Decembri, qui initum a M. Tullio consulatum proxime praecessit, legem pernicioſissimam promulgavit, inter cuius capita hoc etiam erat, ut Capuam in coloniam quinque colonorum millia adscriberentur, iisque & Campanus ager & Stellatis divideretur. Cicero Kal. ipsis Ianuariis, quibus iniit consulatum, qui est annus V. C. DCXC, legem in senatu dissuasit, ac paucis post diebus in concione ad Quirites, tanto impetu ac vehementia, ut quam legem Rullus promulgarat, eandem ferre non ausus fuerit. Hinc Plinius inter Tullii laudes l. VII, c. 30 hoc etiam refert: *Te dicente, legem agrariam, hoc est alimenta sua abdicaverunt tribus.* De tota vero Ciceronis cum Rullo concertatione legantur orationes agrariae, quas toties nominavi (5). Adi & Rulli legis capita XXI a Goë-

(5) Et quidem scimus Campanos unum sibi patronum Ciceronem adoptasse, imo etiam statuam ei posuisse, teste Plutarcho in Cic. ipsoque Tullio in Pisonem num. XI, ubi haec ait: *Quorum Capuae se praetextatum* (Pisonem alloquitur Capuae duumvirum, nam duoviri in coloniis praetexta utebantur) *nemo aspexit, qui non gemeret desiderio mei, cujus consilio cum universam remp. tum illam ipsam urbem meminerant esse servatam: ME INAURATA STATUA DONARANT: ME PATRONUM UNUM ADSCIVERANT: a me se habere vitam, fortunas,*

Digitized by Google

a Goëſio collecta, quorum poſtremum ſic concepit: *Capuam tamen quinque civium R. millia tranſcribantur, ſinguliſque agri Campani dena, Stellatis duodena iugera dividuntor, quae heredem ſequantur.*

XV Sed enim quam legem de Capua deducenda Rullus ferre non potuit, eandem poſt quadriennium C. Iulius Caeſar primo ſuo conſulatu, ideſt anno V. C. DCXCIV pertulit: eaque eſt omnium celeberrima deductio, itaut tum primum inter Romanas colonias Capuam fuiſſe cenſitam veteres ſcriptores tradant, de qua deinceps uberius diſſertabimus.

XVI Et tamen poſt annos quindecim, uno alterove poſt Caeſaris necem menſe, M. Antonius is, qui poſtea triumvir fuit, iterum Capuam deducere coloniam eſt aggreſſus: neque prius incepto abſtitit, quam eum Campani paene occidiſſent. Patet hoc luculenter ex Philippica altera n. 39 ubi ſic in eum invehitur M. Cicero: *O praeclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili atque Maio, tum cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es! Quemadmodum illinc abieris, vel potius paene non abieris, ſcimus: cui tu urbi minitaris: utinam tenere ut illud PAENE tollatur:* (paene interfectus eſt Capuae Antonius, hinc optat ut illud PAENE tollatur, ac re occidatur.) *At quam nobilis eſt tua illa peregrinatio! quid prandiorum apparatus, quid furioſam vinolentiam tuam proferam? tua iſta detrimenta ſunt, illa noſtra. Agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum reip. vulnus putabamus: hunc tu compranſoribus tuis, & colluſoribus dividebas: mimos dico & mimas, P. C. in agro Campano collocatos. Quid iam querar de agro Leontino? quandoquidem hae quondam arationes Campana & Leontina in populi R. patrimonio grandi foenore & fructuoſae ferebantur. Medico tria millia iugerum, quaſi te ſanum feciſſet: rhetori duo, quaſi diſertum facere potuiſſet.* Et Philippica XII, n. 3 *Quemadmodum*, inquit, *veſtrum hoc conſilium* (de legatione ad Antonium mittenda) *Capua probabit, quae temporibus his ROMA ALTERA eſt? Illa impios cives iudicavit, eiecit, excluſit. Illi, illi, inquam, urbi fortiſſime conanti e manibus eſt ereptus Antonius.* Sed & Philip. VIII, n. 8 *Addit prae-*

nas, liberos urbitrabantur. Et ſolebant ſtatuae patronis poni: Seneca VI de benef. 8 *Nemo... ſtatuam ſibi tanquam patrono ponit.* Verum quid illud ſit, quod Capua Ciceronis conſulatu ſervata fuiſſe dicatur, ac propterea ſtatua illum tanquam patronum Campani donarint: etſi ad Rulli conatus de agro Campano aſſignando a Cicerone cluſos antea referebam: tamen ipſe Cicero in Sextiana num. 4 ad Capuam ab impia & ſcelerata Catilinae, qui eam *propter plurimas belli opportunitates* attentabat, manu ſervatam refundere quoque videtur. Cum vero Romae Tullius ob urbem ab illo metu liberatam PATER PATRIAE audiret: non erit fortaſſe a vero alienum conventum (non enim alio nomine praefecturarum ſenatus appellabatur, eodemque vocabulo hic utitur Cicero in Sextiana num. 4.) Capuae Romam etiam tum in humili fortuna pro viribus aemulantis ſubſcripſiſſe ſtatuae Ciceronis PATER VRBIS, aut tale aliquid: quo forſan adſpexerit Horatius III. 24.

O quisquis volet impias
Caedeis, & rabiem tollere civicam,
Si quaeret pater urbium
Subſcribi ſtatuis &c.

Nihil enim vetat, quominus ſicut Capua Romae exemplum imitata ea epigraphe uſa fuerit, eodem exemplo & aliae non paucae civitates idem fortaſſe fecerint: ut vere *pater urbium* Tullius diceretur.

Digitized by Google

praeterea, VT QVOS IPSE CVM DOLABELLA DEDERIT AGROS TENEANT II, QVIBVS DATI SVNT. Hic est Campanus ager & Leontinus, quae duo maiores nostri annonae perfugia ducebant. Cavet mimis, aleatoribus, lenonibus: Casoni etiam & Saxae cavet, quos centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocavit. Tamen M. Antonius cum Capuam nequisset, Casilinum coloniam deduxit, quo paucis ante annis fuerat a Caesare deducta; ut in secunda Philippica eidem exprobrat Cicero.

XVII Octavianus Aug. ter colonias, seu verius supplementa huc adscripsit, de quo infra opportunius dicam. Ac postremo omnium Nero princeps militum supplementum Capuam deduxit. Testatur id Tacitus XIII an. 31 *Ceterum*, inquit, *Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt*, idque Nerone secundum, L. Pisone Cos. idest an. V. C. 809. Veteranis a se huc adscriptis cum nihil, quod divideret, Nero inveniisset; Vrbanam, coloniam olim a Sylla constitutam, Campanae coloniae attribuit, eosque agros veteranis divisit: de Neroniano enim supplemento Plinii verba XIV, 6 capienda esse arbitror: *Falernus*, inquit, *ager a ponte Campano, laeva petentibus Vrbanam coloniam Syllanam, NVPER* (idest a Nerone) *Capuae contributam, incipit*. Ita intra annos circiter sexaginta Capuam sexies est deducta colonia, ac demum a Neronae septima, praeter illas a Rullo, rursusque ab Antonio tentatas. ἀποικίας

II *De Capua a C. Iulio colonia constituta.*

XVIII IVLIA) Cum primo Caesaris consulatu, idest anno DCXCIV, ab Iulio Caesare celeberrima illa frequentissimaque colonia Capuam esset deducta: hinc Campana colonia Iuliae nomen est consecuta. Frontinus lib. de coloniis. *Capua muro ducta COLONIA IVLIA FELIX iussu imp. Caesaris a XX-viris est deducta. Iter populo debetur pedibus centum.* Quid porro de tam celebri deductione praeter Frontinum literis proditum inveniatur, huc libentissime adscribam. Atque inter eius rei testes primus prodeat Caesar ipse qui deduxit, qui lib. I de bell. civ. haec ait: *Capuae primum sese confirmant, & colligunt* (Pompeiani) *delectumque colonorum, qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere instituunt.*

XIX Cicero quoque, cui lex Campana (sic enim II ad Att. 18 dicitur, quae aliis Iulia appellatur) summopere displicuit, de ea saepissime iniicit mentionem. Sed prae ceteris laciniam epistolae ad Att. II, 16 hic inserendam censui. *Cenato mihi & iam dormitanti prid. Kal. Maii epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. Quid quaeris? primum ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit, sed id cogitatione magis quam molestia. Primum ex eo quod superioribus literis scripseras, ex familiari te illius audisse, prolatum iri aliquid, quod nemo im-*

pro-

Digitized by Google

probaret ; maius aliquid timueram : hoc mihi eiusmodi non videbatur . Deinde , ut me ego consoler , omnis expectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur esse derivata : qui ager , ut dena iugera sint , non amplius hominum quinquemillia potest sustinere : reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur necesse est . Praeterea si ulla res est quae bonorum animos , quos iam video esse commotos , vehementius possit incendere , haec certe est , & eo magis quod portoriis Italiae sublatis , agro Campano diviso , quod vectigal supereſt domesticum praeter vicesimam ? quae mihi videtur una vonciuncula clamore pedissequorum nostrorum esse peritura . Insignis sane locus ad agri Campani praestantiam demonstrandam , quo diviso , nullum supereſſe vectigal domesticum praeter *vicesimam libertatis* Cicero exclamat . Sed est quod Ciceroni dicam impingat Casaubonus ad Suetonii Iulium cap. 20 qui agri Campani modum incompertum Ciceroni fuisse expostulat (6) . Nam quem agrum vix quinquemillibus suffecturum Tullius putabat , is xx millibus reipsa divisus fuit , quod est ex historia notissimum . Neque vero id mihi in praesentia sumo Ciceronem gromaticam tenuisse . Dicam tamen , omissis rebus aliis , quae pro Cicerone reponit Casaubonus , quae causa eum impulerit , ut de quinque millibus faceret mentionem . Meminerat summus orator , unum inter Agrariae legis , quam contra Rullum suo consulatu disuaserat , capita hoc fuisse , ut Capuam quinque millia civium R. transcriberentur , singulisque agri Campani dena , Stellatis duodena jugera dividerentur (ut ex orationibus agrariis patet) idcirco , non dum lege Iulia promulgata , totidem tantum colonos agrum Campanum sustinere posse suspicabatur , vel si dena tantum jugera singulis darentur . Accedit , quod in Rulli lege hoc quoque continebatur , ut agri a Sullanis possessoribus coëmerentur (ut ex supra recitatis II Agrariae verbis liquet) qui plebi dividerentur , fortasse quod publicum agrum non suffecturum credidissent .

XX Sed & Velleius , cum esset origine saltem Campanus , non hoc silentio praeterivit : itaque lib. II cap. 44 haec posuit : *In hoc consulatu Caesar legem tulit , ut ager Campanus plebei divideretur , suasore legis Pompeio . Ita circiter xx millia civium eo deducta , & jus ab his (7) restitu-*

(6) Plinius XVIII , 11 agri Campani modum XL. millibus passuum definit , quod quemadmodum sit accipiendum dicetur notatione 24.

(7) Puteanus , Vrsinus aliique , *ius civitatis* legendum putant . Nam ius civitatis , quod adepti fuerant , quando , ut loquitur idem Paterculus I , 14 *Sp. Postumio , Veturio Calvino Cos. Campanis data est civitas* , id , Punico altero bello devicta a Romanis Capua & in praefecturae formam redacta , amiserant : quod demum illuc deducta colonia recuperarunt . Lipsius , quamquam Puteani emendationem maxime probat : tamen sola particula *Ab* deleta , legi posse ait , *jus his restituturum* . Nam postquam in praefecturae formam redacta fuit , ius apud eos nullum , aut iurisdictio manſit , sed petebant Romae . Livius lib. 26 *Ceterum habitari tantum tanquam urbem Capuam , frequentariique placuit : corpus nullum civitatis , nec senatum , nec plebis consilium , nec magistratus esse . Praefectum ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros.*

Hanc Lipsii interpretationem , reiectis aliis , unice probo . Pac vero maxime ratione permoveor , quod si *ius civitatis* secundum Puteani emendationem legerimus , erroris manifestus erit Paterculus , neque enim verum est tum demum , cum

ſtitutum poſt annos circiter CLII, *quam bello Punico ab Romanis Capua in formam praefecturae redacta erat.*

XXI Idem paullo poſt cap. 45 de Ciceronis exilii calamitate narrans: *Non caruerunt*, inquit, *ſuſpicione oppreſſi Ciceronis Caeſar & Pompeius. Hoc ſibi contraxiſſe videbatur Cicero, quod inter* XX-*viros dividendo agro Campano eſſe noluiſſet.* Nimirum Caeſar ad totam novorum conſiliorum molitionem, qua ſibi gratiam imperiorumque perpetuitatem parabat, occulendam, id agebat, ut optimum quemque agris dividendis admoveret, ut non tam ſua quam eorum auctoritate res geri videretur. Contra vero M. Cicero minime ſervile nactus ingenium, rem indecoram eſt arbitratus alienae dominationi velificari: quod ei exitio fuit. At vero P. Clodius cum unus ex illis XX-viris eſſe cuperet, non eſt aſſecutus: unde eſt egregius ille Ciceronis ad Att. II, 7 σαρκασμὸς: *Subcontumelioſe*, inquit, *tractatur noſter Publius: primum, qui cum in domo Caeſaris quondam unus vir fuerit* (quod pertinet ad Bonae Deae ſacra contaminata) *nunc ne in viginti quidem eſſe potuerit.* Sed & epiſtola 6 eiusdem libri meminit quoque XX-virorum: nec non IX ad Att. 2 ubi de repudiato olim a ſe XX-viratu ait: *Repudiari ſe totum magis etiam, quam olim in* XX-*viratu putabit* (Caeſar) *ac ſolet, cum ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me ſibi fuiſſe inimicum, ut ne honorem quidem a ſe accipere vellem.* Meminit & Dio lib. XXXVIII iſtorum XX-virorum. Verum illud incommodat, quod in or. de prov. conſ. n. 17 eum honorem V-*viratum* appellat, itemque II ad Att. 7 ubi poſt ſcomma illud in Clodium iactum, paullo poſt ait: *Illud quid ſit, ſcire cupio, quod iacis obſcure, iam etiam ex ipſis quinqueviris loqui quosdam.* In quem locum Manutius *vigintiviris* legi poſſe affirmat, quod

C & ego

cum lege Iulia eo deducta colonia eſt, ius civitatis Campanos recuperaſſe. Iam ante id recuperarunt anno DLXIV, niſi me fallit Livius lib. 37 (an 38.? non enim memini) Nobiliore & Vulſone Coſ. *Cum Campani*, inquit, *ubi conſerentur, ſenatum conſuluiſſent* (*nam antea incertum hoc fuerat*) *decretum, ut Romae cenſerentur.* Tum anno DLXV Maſſalla & Salinatore Coſ. haec refert Lib. XXXVIII, 36 *Campani, cum eos ex S. C. quod priore anno factum erat, Cenſores Romae cenſeri coëgiſſent* (*nam antea incertum fuerat, ubi cenſerentur*) *petierunt, ut ſibi cives Romani ducere uxores liceret, & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas; & ante diem nati, quos iuſti ſibi liberi haberi poſſent: utraque res impetrata.* Romae a Cenſoribus R. cenſeri, matrimonia cum civibus R. iungere. & quae inſuper adiicit Livius, omnino ſunt civium Romanorum. Quare quod viri docti notarunt multas civitates municipia ſimul eaſdemque praefecturas exſtitiſſe: nihil video, quominus de Capua id potiſſimum ſit capiendum. Accedit quod ex lege Iulia de civitate Italis danda (quae lata eſt anno DCLXIII) urbes ferme omnes Italicae iure ferendi ſuffragia & adipiſcendorum magiſtratuum donatae fuere, hoc eſt in totidem municipia evaſerunt, ius civitatis aſſecutae.

Ergo cum hoc tempore ius civitatis Campani recuperaſſent, tamen non dum IVS iis reſtitutum ait Paterculus, quia adhuc praefecturae forma retinebatur. Et quanquam per extrema praefecturae Campanae tempora aliquid Capuae *Conventus* (is erat praefectorum veluti ſenatus) poterat, nam, ut in Sextiana num. 4 legitur, Ciceronem ſibi patronum adoptavit, eundem ex or. in Piſ. inaurata ſtatua donavit: tamen non dum ſuus magiſtratus Campanis erat, qui IVS diceret, ſed cum quotannis ab Roma accipiebant. Hoc demum per legem Iuliam obtinuerunt, quando, ut ait Velleius, IVS AB HIS RESTITVTVM: etenim illud AB, quod Lipſius expungit, non video quin retineri poſſit, ut τὸ AB HIS aut ad Caeſarem & Pompeium, alterum latorem, ſuaſorem alterum legis referatur, aut ad illos XX. millia deductos.

Digitized by Google

& ego ſequi malim: nam & quem locum modo ex IX ad Att. 2 recitabam, in eo alii v-*viratu*, alii xx-*viratu* habent, credo ob veterum librorum diſcrepantiam. (8)

XXII Hinc vero maxime patet magnitudo Capuenſis coloniae, quod cum ad ceteras triumviri crearentur, in hac deducenda xx-viri adhibiti fuere, qui xx millibus civium deductorum veluti reſpondebant. Ceterum qui iſti xx-viri fuerint, difficile eſt divinare, praeter paucos quos teneo. (9)

XXIII

(8) Alibi tamen Manutius ad Velleium difficilem hunc nodum putat, & iudicium aliis permittit. Plerique viri doctiſſimi, qui in or. de prov. conſ. illud v-*viratum* & II ad Att. 7 illud *quinque viris* retinent, ita v-viros a xx-viris diſtinguunt, ut hi aeſtimando agro Campano, illi dividendo curatores comparati fuerint. Sed hoc diſcrimen, quod ſibi ſumunt, nullam ſibi a vetere ullo ſcriptore praeſidium adſciſcit: imo aperte huic diſcrimini Plinium refragari video, qui lib. VII, cap. 52 ait Varronem xx-virum agros diviſiſſe Capuae, in quem locum vide not. ſequentem.

Equidem etiamſi illa v-*virorum* aut v-*viratus* proba ſit lectio: putarim inter xx-viros quinq. fuiſſe ceteris praeſtantiores, in quibus ipſe Cicero, qui eum tamen honorem repudiavit, Craſſus, Pompeius, Piſo &c. Aliquam enim lucem vel ipſe Cicero porrigit or. de prov. conſ. num. 17 *Me ille* (Caeſar) *ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus ſibi coniunctiſſimis conſularibus eſſe voluit*. Qui ſunt vero iſti? Pompeius, Piſo, quorum hic ſocer, ille gener Caeſaris fuit (vel, ſi lubet, pro Piſone Craſſum reſtitue) tertius vero Cicero. Maiorem etiam Ciceronis iocus, quem ſupra commemoravi, affert ad Att. II, 7 ubi de Clodio in hunc modum: *Qui cum in domo Caeſaris quondam unus vir fueris, nunc ne in viginti quidem eſſe poſueris*. Quaſi ſi dixiſſet, qui quondam *Vnus*, nunc non modo in v-viris, ſed ne in xx quidem.

Verum nihil iſtis argutationibus opus eſſe arbitror; ac nihil verius puto, quam corruptos eos eſſe locos, quibus v-*viri* aut v-*viratus*, pro xx *viris* & xx-*viratu* legitur. Neque id mirum, nam cum librariis hic xx-viratus eſſet inauditus, eum apud alios etiam praeter Ciceronem auctores, ſubſtituto III-*viratu*. expunxerunt. Apud Frontinum pro eo quod recte legitur: *Capua muro ducta . . . a* xx-*viris eſt deducta*: eſt ubi in MSS. legatur *a* III *viris*. Varro I de R. R. 2 (editionis Aldinae) de Tremellio Scroſa ait: *Triumvir qui fuit ad agros dividundos Campanos*: nec dubito, quin xx-*vir* legi oporteat. Nihil ergo mirandum ſi uno alterove Tullii loco v-*viri* pro xx-*viris* irrepſerint.

(9) Duos ex his xx-viris debeo Franciſco Fabricio in hiſtoria Ciceronis ad annum DCXCIV, Coſconium & Cn. Tremellium Scroſam. Sed ex his eximendus eſt Coſconius (quem eum C. Coſconium eſſe putat Manutius, qui Cicerone Coſ geſſit praeturam) quia morte praeventus eum honorem non geſſit, in eiuſque locum ſuffectus eſt Cicero qui id repudiavit. *Coſconio mortuo*, inquit Tullius II ad Att. 19, *ſum in eius locum invitatus. Id erat vocari in locum mortui. Nihil me turpius apud homines fuiſſe: neque vero ad iſtam ipſam ἀσφάλειαν quidquam alienius. Iuns enim illi apud bonos invidioſi: ego apud improbos meam vetinuiſſem invidiam, alienam aſſumſiſſem*. Reſtat Scroſa Tremellius, de quo haec habet Varro I de R. R. 2 (editionis Aldinae an. 1533 quam habeo ad manus) *Alterum collegam ſuum, triumvir qui fuit ad agros dividundos Campanos, video huc venire Cn. Tremellium Scroſam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur* Sed ſine controverſia xx *vir*, non *triumvir* legendum puto, etiam ſi libri veteres non adſtipulentur: nam hiſtoria quidem certe, quae apud me plus ſexcentis codicibus poteſt, xx-*vir* requirit. Sed & hunc ipſum M. Varronem, quem modo teſtem produxi, unum e xx-viris fuiſſe didici e Plinio VII, 52, ubi ait: *Varro quoque auctor eſt*, xx-*viro ſe agros dividente Capuae, quendam, qui efferretur, foro domum remeaſſe pedibus*. Atque ita hunc locum ab Harduino e veterum omnium, ut ipſe teſtatur, librorum conſenſu reſtitutum video: cum antea in editis legeretur xx-*viris agros dividendis*. Quamquam ante Harduinum eodem modo correxiſſe e vetere libro Pintianum invenio, quem laudatum ab Harduino oportuerat. Praeterea Pompeium & Piſonem in xx-viris numerandos certiſſimum habeo, tum ob arctiſſimam Caeſaris affinitatem, tum etiam quod ambo primum Capuae duumviratum geſſere. His Craſſum etiam accenſere licet, nam is quoque non minus, quam Pompeius, legis Iuliae ſuaſor fuit, ut ex Appiano & Dione intelligimus, & erat tum uterque Caeſari coniunctiſſimus, unde celebris illa a Varrone per luſum ſcripta *Tricipitina* quam omnes norunt: ac praeterea Dio initio lib. XXXVIII cum dixiſſet Caeſarem ſeſe e xx-virorum numero exemiſſe, diſerte ait: *Aperte autem Pompeio, Craſſo aliiſque gratificabatur*: unde nihil dubium Craſſum non minus quam Pompeium e xx-viris fuiſſe. Ad haec de M. Atio Balbo Auguſti avo materno invenio apud Suet. cap. 4 *Functuſque honore praeturae, inter* xx-*viros agrum Campanum plebi Iuliae legi diviſit*. Demum ex his

Digitized by Google

XXIII Pergamus vero Campanae ἀποικίας testes producere: Suetonius in Iulio cap. 20: *Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet, qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tempore omnia in rep. & ad arbitrium administravit, ut nonnulli urbanorum, cum quid per iocum testandi gratia signarent, non Caesare & Bibulo, sed Iulio & Caesare Cos. actum scriberent. Bis eundem praeponentes nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi versus:*

Non Bibulo quidquam nuper, sed Caesare factum est;
Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Campum Stellatem maioribus consecratum, (10) *agrumque Campanum ad subsidia reip. vectigalem relictum divisit extra sortem* (11) *ad* XX *millibus civium, quibus terni pluresque liberi essent.*

his quae idem Suetonius in Iulio cap. 81 de L. Cornelio Balbo Maiore refert, eum etiam inter XX-viros fuisse possumus suspicari: *Sed Caesari,* inquit, *futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata est. Paucos ante menses cum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni, ad exstruendas villas sepulcra vetustissima dissicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant: tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuae sepultus, inventa est, conscripta literis verbisque graecis, hoc sententia. Quandoque ossa Capys detecta essent, fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur, cuius rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus familiarissimus Caesaris.* Balbus hic Maior cum & Caesaris amicitia maxime floruerit, & eius prodigii testis producatur a Suetonio, nihil propius est, quam ut inter XX-viros fuerit: accedit etiam quod hunc Campani patronum sibi asciverunt, ut ex elogio quod Capuae in foro exstat, intelligitur, quod sic habet:

L. CORNELIO. L...
BALBO COS. PATR...
D. D

Quod etiam indicio est eum fuisse inter XX-viros. [Ac sane animi pendeo utrum de hoc Balbo Cornelio, an de Balbo Atio videatur Ciceronis locus accipiendus II ad Att. 12 *Iurabo,* inquit, *Gneum nostrum, collegam Balbi Atii mihi narrasse, &c* Nulli dubium quin collegam in XX-viratu intelligat. Qui Atium Balbum designari heic putant μυκτηριζόν in eo notant, quod hominis ignobilis collega Pompeius fuerit. At Atius Praeturam gesserat. Quanto ignobilior Cornelius, homo peregrinus, & nullis, quod sciam, gestis honoribus?] Praeter hos septem, quos expiscati sumus, Tremellium Scrofam, M. Varronem, Pompeium, Pisonem, Crassum, duosque Balbos M. Atium & L. Cornelium (etsi hunc postremum conjectura tantum assequimur) ceteros nondum teneo.

(10) De agro Stellate, quem Suetonius *dividendo* fuisse ait, Cicero vero hominum usibus expositum in orationibus agrariis non obscure significat, difficilis sane quaestio viros eruditos exercet: dum alii quibuscumque modis inter sese conciliare duos nobilissimos scriptores studeant: alii vero aut hunc aut illum ignorantiae arcessunt. Quas ego potissimum partes amplectar, non est huius temporis exponere, prolixiorem enim digressionem, quam prae hac operarum festinatione expostcret. Vide interim, an non illud *Maioribus consecratum* Suetonius ob iter tantum & ἐκ παρέργου dixerit, quasi haec sit sententia: *Agrum Stellatem* (*quem, ut obiter dicam, maiores consecrarant, postea vero cultui rursum restituerant*) *divisit &c.* Sic nihil erit inter Ciceronem ac Suetonium dissidii.

Notasse vero hic proderit Suetonium unum, ac praeterea neminem, de agri Stellatis divisione meminisse: hoc ideo, quia ceteri satis habuerunt agrum Campanum memorare, cuius ager Stellatis pars esse videbatur.

(11) Extra sortem idcirco addidit, quia duo prae ceteris fuere legis huius Iuliae agrariae capita, quantum e Graecis scriptoribus Appiano, ac potissimum Dione cognoscimus: unum, quo egenae plebi, cuius infinita vis Romae, agri alibi assignabantur: alterum, quo trium liberorum patribus eximius ille Campanus ager divideretur.

(12)

Digitized by Google

XXIV Appianus lib. 11 bell. civ. p. 433 ait : *Cumque ſerio paci ſtudere videretur* (Caeſar) *incauto nec praemuniente ſe altero* (Coſ. Bibulo) *ut qui nihil dum eorum quae agitabantur ſuſpicaretur, magna occulte manu comparata, & rogationes in ſenatu tulit in favorem egenorum, & agros eis diſtribuit : & agrum Campanum longe omnium fertiliſſimum trium liberorum patribus, ita ut publico tenerentur, elocavit.* (12) *Cuius mer-*

(12) Aliter haec doctiſſimus interpres Gelenius verterat in hunc modum : *Et agrum Campanum longe fertiliſſimum ex publico dilargitus eſt trium liberorum patribus*. Nae ille non tam ad Graeci ſcriptoris fidem quam ceterorum hiſtoricorum, qui vulgo agrum Campanum diviſum aut datum (ἐδόθη, inquit Dio) tradiderunt, ſic eſt interpretatus. Graece vero Appianus ſic habet : Καὶ τὰν ἀφορισμὸν αὐτοῖς μάλιστα περὶ Καπύην ἐκ τῶν κοινῶν διεμισθώτο τοῖς ὑπ πατράσι παίδων τριῶν. Compoſitum iſtud Διαμισθῶσαι, quod non alibi fortaſſe legas, haud dubium quin ſimplicis Μισθῶσαι ſignificationem ſequatur, cui praepoſitio Διὰ nihil aliud quam diſtribuendi vim addit. H. St in theſauro Μισθόω & Μισθώσαι cum ſuis compoſitis ita diſtinguit, ut illud ſemper locandi, hoc vero conducendi ſignificationem habeat. Sed vel hic Appiani locus docere poteſt Μισθῶσαι etiam locandi notionem habere, apud quem Διαμισθώσασθαι in lubie *Diſcere* (ut αὐτολεξεὶ dicam) ſignificat. Contra & activam vocem pro *Conduco* reperiri poſſe Theodorus Gaza evincet, qui (apud H. St. in Ἀπομισθόω) illud Theophraſti Τὰς γεωγίας ἀπομισθοῦντες, *Mercede conducentes* interpretatur Et, ut vera ſit H. Stephani verſio, qui *Ablocantes* mavult reponi, tamen perſuaſum Gazae fuit id verbum mediae ſignificationis fuiſſe. Sane vero & apud Favorinum in voce Ξενοδοκεῖν ſic reperio ; qui cum hac voce & eum qui recipit & qui recipitur hoſpitio ſignificari dixiſſet, aliquibus interjectis ſubjungit : Ἐπῳκίσθησάν τε καὶ μισθοῦσθαι καὶ μισθοῦσαι οἶκον, ὅπερ Ἡρόδοτος ἐνοικίσαι καλεῖ. Experimento didici omnia, quae in hoc doctiſſimi epiſcopi lexico leguntur, e veteribus lexicographis aut ſcholiaſtis deſumta.

Quod ſi tamen adhuc διαμισθῶσαι ἀντὶ τοῦ διεμισθῶσαι dici non poſſe pertendis: legeſis in Appiano διαιδόθη, aut διεμίσθωσε : nam certe & ex dandi caſu cui conjungitur, & ex illo ἐς τὰ κοινὰ (quod peſſime Gelenius vertit *ex publico*) apertiſſime colligo Appianum de locatione locutum : ac de eo locationis genere accipiendus, de quo lib. primo dixerat agrum hoſticum modo diviſum colonis fuiſſe, modo elocatum. Quod ſi agrum Campanum vere largiebatur lex, non vero tantum elocabat, fuerit hoc ſane Appiani σοφιστὸν ἁμάρτημα, qualia non pauca & in hoc & in aliis deprehendas.

Quid ſi Appiani dictio ſit magis ex hiſtoriae fide ?. Nam vide quae collegerim, quae eius ſcriptoris *fidem* iuvare poſſint. Nam primum & ex aliis auctoribus, & ex Dione potiſſimum ſcimus, Caeſarem ita legem compoſuiſſe, nihil ut eſſet, quod improbari poſſet : id quod ſummopere Ciceronem mordebat, ut ex II ad Att. 16 intelligimus, ubi hoc legitur : *Primum ita me pupugit, ut ſomnum mihi ademerit . . . . quod ſcripſeras . . . . prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret*. Atqui ſi ager Campanus, qui ad reip. ſubſidia relictus fuerat. ita dividendus fuiſſet, nihil ut inde inferretur in aerarium populi R. non video quid lex habuerit, quo probari poſſet. Nunc vero ut ſua probabilitate lex ſe omnibus commendaret, locationem propoſuit, qua efficiebatur, ut decumae quotannis populo R. perſolverentur. Et hoc a more deducendarum coloniarum non abhorrebat, de quo idem Appianus (lib. 1 bel. civ. p. 353 ideſt ſtatim poſt prooemium) docuerat, agrum hoſticum, ſi cultus eſſet, modo diviſum colonis fuiſſe, modo iiſdem venditum aut elocatum. At enim, inquies, cur Cicero II ad Att. 16 conqueritur agrum Campanum e vectigalibus auferri? Fortaſſe, inquam, quia, cum ante legem Iuliam toti proventus eius agri populo R. redirent (teſte eodem Tullio Philip. II num. 39 *Quandoquidem*, inquit, *hae quondam arationes Campana & Leontina in populi R. patrimonio grandi foenore & fructuoſae ferebantur* : & Suetonio, qui *agrum Campanum ad ſubſidia reip. relictum* olim fuiſſe affirmat) poſtea cum ſolae decumae fructuum eſſent penſitandae, auferri iam totum videbatur.

Sed miſſis coniecturis, quin potius Dionem in medium affero ? cuius initialis ἀντιλογία non de nihilo eſt. Is poſtquam initio lib. XXXVIII dixerat lege Iulia cautum fuiſſe, ut ex agris dividendis ager Campanus ſuae praeſtantiae cauſſa eximeretur, demum in eius narrationis fine ait, *praeterea decretum, ut ager Campanus ternorum aut plurium filiorum patribus daretur*. Haud enim ſcio an ager Campanus, quem exemtum antea dixerat, ea conditione datus fuerit, ut decumae nomine aliquid perſolveretur. Graeca Dionis ſic habent : Καὶ πρόσθε καὶ ὁ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τοῖα τε πλείω τε ἔτη τέκνοις ἔχουσιν ἐδόθη. Vide autem an non δεδόσθαι hic apud Dionem idem ſit quod μισθῶσαι : nam certe is quem ſupra produxi, Favorinus ἐνδεδόσθαι apud Herodotum idem ſignificare ait quod μισθῶσαι : & exemplum ſtatim hoc affert : Ἐμισθώθη παρ' ἐκείνου τὴν αὐλήν. Quare mea ſententia aut ἐνεδόθη apud Dionem legatur, aut δεδόθη idem quod ἐνεδόθη valet. Atque haec pro Appia-

Digitized by Google

mercede gratiae ingentem multitudinem obnoxiam ſibi fecit: viginti enim millia plane extierunt, ii dumtaxat qui tres filios alerent. (13) Quid vero

no imo & Dionis ſententia habui dicere: quae coniectura tantum loco habeantur per me licebit. Ceterum difficile eſt Latinorum Scriptorum auctoritates eludere, qui de diviſione, non vero locatione agri Campani ſermonem habent. Accedit, quod ante centum amplius annos ager Campanus iam fuerat elocatus, teſte Livio lib. XLII, 19 *Eodem*, inquit *anno* (is eſt annus V. C DLXXXI) *quia per recognitionem Poſtumii coſ. magna pars agri Campani, quem privati ſine diſcrimine paſſim poſſederunt, recuperata in publicum erat, M Lucretius tribunus plebis promulgavit, ut agrum Campanum cenſores fruendum locarent. Quod factum est annis poſt captam Capuam non fuerat, ut in vacuo vagaretur cupiditas privatorum.* Cum tanto ante ager Campanus elocatus fuiſſet: quid reliquum Caeſari fuit, niſi ut eundem maximo cum aerarii incommodo (id quod optimus quiſque civis expoſtulabat) a reip. vectigalibus abſtractum colonis a ſe deductis divideret? Niſi vero legem illam Lucretiam de agro Campano locando promulgatam tantum, non etiam perlatam contendimus: Livius quidem certe promulgationis tantum commeminit.

(13) Haec quoque, quae paullo aliter Gelenius expreſſerat, propius ad Graeci auctoris ſententiam hic poſui. Peccatur autem ab Appiano graviſſime, quod eos tantum conſcriptos affirmat, quibus nec plures nec pauciores ternis liberis eſſent. Primum haud facillimum fuiſſet viginti millia huius tantum generis ἀνδρῶν (qua voce is utitur) invenire: deinde lex fuiſſet iniuſtiſſima, ut plurium liberorum patres, quibus potiſſimum fuerat ſuccurrendum, excluderentur. Demum refragatur apertiſſime Suetonius, cuius verba paullo ante recitavi, & Dio mox proferendus, qui ternorum pluriumve filiorum patribus agrum Campanum diviſum ſtatuunt.

Verum re melius perpenſa, nihil diverſus a ceteris hiſtoricis Appianus abit; qui ſuam reſpiciebat aetatem, qua *jus trium liberorum* habere dicebantur, ſive qui ternos, ſive qui plures filios alerent, uti ex Plinii epiſtolis, & aliis conſtat. Cum ergo Appianus ait agrum Campanum elocatum τοῖς ὅσοι κατοικοῖεν τριῶν, hoc vult, nullum a Caeſare colonorum numerum praeſtitutum, ſed quotquot *trium liberorum jure* fruerentur (ut Appiani aetate loquebantur) invitatos. Rurſuſque cum ait *viginti millia exſtiterunt οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι*, vult viginti millia eius tantum generis inventos eſſe, *qui tres filios alerent*, non qui tres tantum, ſed ſive ternos ſive plures; quia ſub Caeſaribus plurium etiam filiorum parentes recepta conſuetudine *trium liberorum patres* dicebantur, quod *jure trium liberorum* gauderent. Vt altius repetam: urbe civili bello exhauſta, Caeſar πολυανθρωπίας ἄδην ἐνεθύμει, uti loquitur Dio lib. XLIII p. 226 quae renovavit Auguſtus apud eundem Dionem lib LIV, p. 531 (ea eſt lex Iulia *de maritandis ordinibus*) & lege Papia Poppaea iam ſenex confirmavit, ut innuit Tacitus III an. 25 Praemia parentum haec fuere, ut mariti & parentes in honoribus capiendis praecederent, Gell. II, 15 ut honoratius in ſpectaculis ſederent, Suet. Aug. 44 ut heredes ex teſtamento pro ſolido fierent, cum contra plane exciderent coelibes, orbi ſemiſſem caperent, paullo plus ſolitarii patres. Praecipua autem dignatio eorum fuit, qui ternos ſaltem filios ſuperſtites haberent: hi pleniſſimum ius conſequebantur, quod *trium liberorum* dicebatur: quod tamen procedente tempore etiam ad infecundos, aut infelices maritos indulgentia principum eſt propagatum. Hinc Martialis lib. II, 91

Quod fortuna negat fieri, permitte videri,
Natorum genitor credar, ut eſſe trium.

Videatur Paullus lib. IV recept. ſent. tit. 9 Extr. & Plinius II epiſt. 13 qua ſignificat ſe Voconio id ius impetraſſe: tum X epiſt. 2 ipſe Plinius eo iure donatus Traiano gratias agit. Demum eodem lib ep. 95 Suetonio Tranquillo idem ius ab eodem principe petit, *rarum felix matrimonium* eum expertum eſſe cauſſatus. Vide quoque Cellarium ad eas epiſtolas, & Lipſium in Taciti annales. Verum de his ſatis.

Hinc Campanae coloniae frequentiam licet intelligere: nec enim facile numeroſiorem invenies. Sane cum olim colonia Carthaginem decreta fuiſſet, Graccho & Fulvio Flacco ad eam deducendam delectis: *Adſcripti ſunt*, inquit Appianus lib. I bel. civ p. 364, *eo ſexies mille, ſupra lege praeſtitutum numerum*: pauciores ergo quam ſex millia, lex eius coloniae definiverat. Si tam pauci in Carthaginienſia latifundia deducendi erant, nihil eſt quod numeroſiores ceteras deductiones ſperes.

Iam vero ſi XX millia colonorum, totidem uxores, ac ternos tantum liberos in unam ſummam colligas, centum millia conſtent. Multis tamen deni, duodeni aut fortaſſe plures erant liberi. Sic facile CL milia minimum evadent. Adde his ſervitia, quae, ut illa tempeſtate, etiam tenuiores fortunae homines alebant: vix effugies quin ducenta millia, eoque amplius ad incolendam tum Capuam venerint. Veteribus vero Campanis quid fiet? neque enim [his alio demigrandi neceſſitas imponebatur, cum deduceretur Colonia (Cic. lib. II in Ver. cap 50 *Cum Agrigentinorum duo genera ſint, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius Praetor ex S. C. . . . . deduxit Agrigentum; eautum eſt in Scipionis legibus, ne plures eſſent in Senatu ex colonorum numero, quam ex vetere Agrigentinorum*: pluribus exemplis ſuperſedeo);] & certe plures ter altero tanto fuiſſe mihi perſuadeo, qui ſciam in frequentiſſimas alio-

vero turbarum Caesaris rogatio exciverit, ubertim eodem loco exsequitur Appianus; quorum summam tantum rerum huc adscribam. Cum rogationi consulis multi obsisterent, Caesar vehementer stomachatus proripuit se e curia, nec toto anni tempore senatum habuit: tantum pro rostris concionabundus Pompeium Crassumque praesentes rogitabat, ecquid leges placerent: quibus approbantibus, plebes occultis sicis armata vocabatur ad suffragia. Ex adverso Bibuli alterius consulis in forum irrumpentis sicarii fasces perfregerunt: dumque ille nudatum praeberet iugulum, ut morte saltem sua invidiosum faceret collegam, in proximum sanum reluctans ab amicis subductus est. Sed & Catone bis in forum irrumpente, atque incassum vociferante, tamen eo semel atque iterum exturbato, nihilominus consul leges suas pertulit, iuratis in eas non solum plebeiis, sed etiam patribus; nam quamvis hi recusarent, metu tamen capitalis poenae iurarunt. Interea Vetius quidam e plebe, strictum cultrum ostentans, quasi Bibuli, Ciceronis, Catonisque mandato Caesarem Pompeiumque confossurus, procurrit in medium. Quo facto ambiguae per se suspicionis, quodque alii aliter interpretabantur, Caesar ad exasperandam multitudinem usus, effecit ut populus ei permitteret, ut ab insidiatoribus se defenderet. Tum omissa in reliquum anni a Bibulo in universum reip. tractatione, Caesar omnia pro arbitrio moderabatur, qui alias insuper leges tulit, quibus aut gratiam sibi aut imperia comparavit.

alioqui civitates quam pauci coloni conscriberentur, praeut Capuam conscripti fuere. Adde & servos eorum & ancillas [de quorum incredibili olim multitudine consule, si lubet, Pignorium praef. praeclari operis de servis]. Adde vero iam gladiatorum ingentem manum ibidem commorantium, *quos ibi Caesar in ludo habebat . . . & circum familias conventus Campani custodiae caussa distribuit*, ut ipsemet 1. de bel. civ. 14 testatur. Hos autem gladiatores XL saltem millia fuisse, ex VII ad Att. 14 colligitur: *Gladiatores*, ait ibi Cicero, *Caesaris, qui Capuae sunt . . . sane commode Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum. Secutorum in ludo* I∞ *fuerunt*. Si hos patres familias de XX-millibus colonorum lege Iulia deductorum tantum accipias: tamen efficientur XL millia gladiatorum. Quid si veteres etiam Campanos patres familias intelligas? quid enim vetat? Adhaec praeter illos gladiatores, binos singulis patribus familiarum, distributos, *secutorum in ludo* inquit Cicero, I∞ (ideſt quinquemilia) *fuerunt*. Quae quidem lectio quid caussae est quamobrem a Lipsio XI Sat 7 sollicitetur, ita ut illas numerales notas in ∞ ∞ hoc est duo millia commutet? *Quis enim*, ait ibi vir summus, *crediderit quinque millia gladiatorum Capuae fuisse, & quidem Secutoriana, ideſt unius armaturae?* Hoccine incredibile putat Lipsius; cum tamen praeter hos quinquemillia secutores, quos ludus capere potuisset, innumeri praeterea aliorum generum gladiatores, iique minimum ad XL millia, distributi per domos detinerentur? Hosce gladiatores, ut obiter dicam, bello civili a Lentulo armatos Caesar narrat eodem loco: nimirum quia, uti Cicero eadem epistola fatetur, Campani coloni parum prolixe delectui responderent; quod, credo, Caesari magis favebant, a quo deducti. Ad rem vero: quid de advenis & peregrinis dicam, quos undique amoenissima luxurians ac desidiosa civitas arcessebat?

Ita Campanam coloniam si a decies centenis millibus fuisse inhabitatam dixero, parcissime me puto definituruin. Nam & Cicero cum Philippica XII, n. 3 de Capua ait: *Quae temporibus his Romae altera est*, etiam urbis frequentiam videtur contemplatus. Lege parumper, quae de Romanae urbis incolarum multitudine Lipsius III de magnit. 3 II. Vossius, Bergierius aliique scripserunt: tum profecto intelliges non paradoxa, sed minora veris me protulisse.

Et tamen Octavianus ter quoque ejus coloniae supplementa conscripsit, atque ita magna, ut alii coloniam ab eo deductam prodiderint. Quid porro mirum si Strabo, si Velleius, si alii, quos alibi opportunius congeremus, tam magnifice de Campana colonia locuti fuerint? Quibus omnibus accedit amphitheatri Campani magnitudo, quod minimo intervallo a Titiani dimensionibus abest. Amphitheatra vero pro urbium frequentia extruebantur.

Digitized by Google

vit. Deinde mota illa in Ciceronem tempestas, quae illum exilii causa solum vertere coëgit. Atque haec fere Appianus.

XXV Sed nemo accuratius Dione Cassio statim ab initio libri XXXVIII hanc totam historiam illustrat, qui & illam Caesaris calliditatem aperit: qui cum revera plebis sibi animos adversus optimates conciliatos hac lege cuperet, auctoritatem tamen optimatum, consensumque in speciem requirebat praeferebatque, tota molitione ita dispositа, ut ne occasio quidem contradicendi iis afferretur. Nam ita de agro dividendo legem tulit, ut ne minimum quidem in ea reprehendendum inveniretur, ob eas causas quas initio lib. XXXVIII Dio exequitur. Quid autem illud est, quod Dio subiungit? *Omnem autem*, inquit, *regionem, quae publica populi R. erat, excepto agro Campano (hunc reip. exemtum ob praestantiam censuit relinquendum) divisit &c.* Turbat enim vero hic Dio, atque ipse etiam sibi in fine huius narrationis contradicit, ubi diserte agrum Campanum patribus ternorum pluriumve liberorum datum tradit. Sed quo pacto nec aliis Dio, nec sibi porro ipse adversetur, praeter ea quae nota 12 monui, dicam etiam suo loco deinceps. Goësium vero censorem sane quam morosissimum quo pacto excusabimus? qui cum legis Iuliae Agrariae capita sibi colligenda sumsisset, primum quidem caput sic posuit, ut ager Campanus exciperetur, nec vero unquam deinceps de eius divisione meminit: imo & XX-viros ceteris agris, excepto agro Campano, dividendis adhibet: quae sunt ἀσύστατα. Vide auctores rei agrariae p. 350.

XXVI In eius legis rogatione etiam de divisoribus adiectum fuisse caput Dio affirmat, quos viginti numero esse iubebat, ut plures in honoris partem venirent: a quorum numero sese exemit, ne quid sui ipsius causa decernere putaretur. Ergo cum patres probe iam perciperent, ac vererentur quorsum eius legis exitus evaderet, nimirum ad dominationem Caesari comparandam; tamen ne hiscere quidem audebant: & hoc ipsum ante alia indignabantur, quod lex ita esset composita, nulla ut ejus invadendae ansa daretur. Et M. quidem Cato cum legem a se non reprehendi quidem diceret, negaret tamen quidquam esse novandum; iussu consulis e senatu abreptus, in carcerem trusus est; unde vix ob liberam M. Petronii Catonem in carcerem prosequentis vocem est liberatus: cum quidem Caesar indignabundus dictitaret, se non amplius ad senatum, sed recta ad populum tum de hoc, tum de omnibus relaturum (14). Id quod constantissime fecit, instructis duobus legis suasoribus Pompeio atque Crasso, quibuscum depositа simultate, omnia tum in commune agebat: quae res multis optimatum fraudi fuit, qui non dum eos rediisse in gratiam resciverant. Quare cum Caesar, nihil Bibulum legi oblatrantem

(14) Hinc opportune Caesarem eo nomine carpit Plutarchus, quod in lege agraria perferenda, non consulis, sed tribuni plebis officio functus videretur.

Digitized by Google

tem moratus, certam diem legi perferendae praestituisset, noctuque iam forum plebs occupasset; Bibulus quidem contra niti aggressus, per gradus deiectus est, & fasces eius fracti; lex vero est perlata, omnibus in eam iuratis optimatibus, praeter Metellum & Catonem & M. quendam Favonium; qui & ipsi tamen multa deterriti, postea iurarunt.

XXVII Totam vero narrationem, quae apud ipsum auctorem fusius exposita legi potest, his verbis Dio concludit: *Sic tandem ea lex perlata est: PRAETEREAQVE decretum, ut ager Campanus iis, qui ternos plureſve liberos haberent, daretur. Atque ita tunc primum Capua inter Romanorum colonias relata est.* Quae verba pugnare videntur cum iis quae initio recitavi, ubi dixerat Dio agrum Campanum fuisse exceptum. Sed in speciem tantum pugnant: nam satis ab inconstantiae reprehensione vocula unica προσέτι caviſſe sibi Dionem Casaubonus ad Suetonii Iulium cap. 20 affirmat. Nimirum initio aliis agris, qui egenae plebi dividerentur, propositis, ager Campanus expresse ob sui praestantiam excipiebatur: postea vero etiam Campanus ager tres liberos alentibus datus. Ego vero nescio quomodo in ea, quam nota 12 proposui, huius solutione ἀντιλογίας mihi magis placeo: ex qua id etiam commodi percipimus, quod ita demum Dio cum ceteris scriptoribus conciliabitur. Nam alii omnes statim initio propositam de agro Campano rogationem testantur: imo huius tantum & Stellatis agri Latini auctores meminerunt, de ceteris agris ne verbum quidem fecerunt. Quae quidem ita ex Appiani & Dionis sententia accipienda censeo, ut ceteri quidem agri ex lege Iulia egenis civibus ἁπλῶς distribuerentur: ab ea vero penitus immuni assignatione ager Campanus ob sui praestantiam eximeretur, qui ea conditione divisus fuit, ut tamen coloni publico tenerentur, decumasque frugum persolverent: quam propterea divisionem Appianus locationem appellavit. Lege totas Appiani & Dionis supra positas narrationes, ac praeterea decimam secundam notationem nostram.

XXVIII Quid illud vero est, quod idem in extremam narrationem coniecit? *Tunc primum*, inquit, *Capua inter Romanorum colonias relata est*, an non saepius ante Caesarem deducta eo colonia fuerat? ita sane: sed earum deductionum non est habita ratio, quasi tum primum ea colonia Romana fuerit.

XXIX Deinceps vero Dio Cassius tum alia Caesaris facta exequitur, tum quomodo Clodium adversus Ciceronem instruxerit, ut eum in exsilium pelleret. Neque enim quisquam veterum scriptorum est, qui non ad Caesarem totam illam Tullii calamitatem auctorem refundat.

XXX Et quoniam in maximi illius oratoris exilii saepe incidimus mentionem, non dissimulabo Campanos decuriones, Cn. Pompeio, qui tum duumviratum Capuae gerebat, maxime agente, primos omnium decrevisse, ut Romam concurrerent ad Ciceronem restituendum: quo veluti

Digitized by Google

nti signo dato, ceterae Italiae civitates idem fecerunt: ut non immerito Italiae humeris restitutus, ut loquitur Tullius, fuisse videretur. Testatur hoc ipsemet M. Cicero in Miloniana n. 15 *Cn. Pompeius*, inquit, *auctor & dux mei reditus, illius* (Clodii) *hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam, & ornatissimam secutus est: qui populum R. cohortatus est, qui CVM DE ME DECRETVM CAPVAE FECISSET, ipse cunctae Italiae cupienti, & eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent.* Testatur & in or. in Pisonem n. 11, ubi de Campanis ait: *Me inaurata statua donarant: me patronum unum adsciverant: a me se habere vitam, liberos arbitrabantur: me & praesentem contra latrocinium tuum suis decretis legatisque defenderunt, & ABSENTEM, principe Cn. Pompeio referente, & de corpore reip. tuorum scelerum tela repellente REVOCARVNT.*

XXXI Iam vero quod dixi eo anno quo Cicero est revocatus, Lentulo & Metello Cons. qui fuit tertius postquam Capua colonia fuerat constituta, Pompeium adhuc Capuae duovirum gessisse, vel ex hoc loco patet: neque enim, nisi summo in magistratu esset, DECRETVM CAPVAE facere potuisset. Et ceteroqui Pompeii Campanus duumviratus luculentissime constat ex or. post red. in sen. n. 11 ubi de eadem re orator sic loquitur: *Qui* (Pompeius) *in colonia nuper constituta cum ipse gereret magistratum, in qua nemo erat emtus intercessor* (sicut AElius Ligur a Clodio emtus, ut legi de Cicerone revocando intercederet) *VIM ET CRVDELITATEM privilegii* (Clodii legem, qua Cicero pulsus, privilegium appellat) *auctoritate honestissimorum hominum* (Campanorum) *& publicis literis* (idest decreto, de quo in Milonianae loco modo recitato) *consignavit, princepsque Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putavit?* Ex quo intelligimus in DECRETO CAPVAE legem Clodiam tanquam violentam & crudelem fuisse taxatam.

XXXII L. etiam Pisonem eodem tempore summum magistratum Capuae cepisse affirmat idem saepe in partes vocatus M. Cicero in Sextiana oratione, & in Pisonem n. 11: *Seplasia mehercle, ut dici audiebam, te, ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit . . . Gabinium denique si vidissent duumvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent: erant illi comti capilli &c.* Cur vero Seplasia Pisonem repudiaret, declarat in Sextiana: *Capillo*, inquit, *ita horrido, ut Capua, in qua ipse* (Piso) *tum imaginis formandae causa* (idest ut colonia Capua ad reip. R. imaginem formaretur) *duumviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videbatur.*

XXXIII Ex quibus summi Oratoris locis aliisque & primum Campanorum duumvirum collegium assequimur, Pisonem & Pompeium, il-

Digitized by Google

lum Caesaris socerum, hunc vero generum, & alia nonnulla mihi minime praetereunda. 1 Ac primum hi summi reip. R. viri non in speciem solum, utque eum honorem coloniae tribuerent, colonicum magistratum inierunt, sed re vera Capuae degentes duumviros se gesserunt. Hinc II ad Att. 19 cum Diphilus tragoedus in Pompeium petulanter inveheretur, *Nostra*, inquiens, *miseria tu es Magnus*, & cetera in eandem sententiam: *Literae*, inquit Cicero, *Capuam ad Pompeium volare dicebantur*, nimirum duumviratu ibi fungentem. Et opportune Lipsius *var. lect.* 1 *cap.* 11 aut errasse Valerium & Macrobium, cum scribunt intentis in praesentem Pompeium manibus ab histrione ista dicta, aut certe historiam specioso mendacio ornare voluisse affirmat. 2 Haud temere vero Pisonem Tullius Campanum consulem saepenumero appellat: aut enim per ludibrium sic illum vocat, aut ad Campanorum simul fastum alludit, quo se olim Praetores compellari iubebant. Atque haud scio an re vera & serio per illa coloniae initia consules nuncuparentur; cum praesertim coloniam Capuam Romam alteram idem orator non raro appellarit. Sane or. post red. in sen. n. 7 serio ista in Pisonem iaciuntur: *Capuae ne te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, CONSVLEM ESSE, SICVT ERAS EO TEMPORE, an Romae, in qua civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt?* Multa hic haberem, quae de municipalibus, & praesertim de Campanis consulibus dicerem: sed ea ad aliud Campanum monumentum de TVRCIO COS. id est consule Campano, ut interpretor, illustrandum alias σὺν Θεῷ afferemus. Ceteroqui scimus Lanuvii & alibi summum magistratum dictatoris nomine appellatum: quidni Capuae consules & duumviri promiscue dicerentur?

XXXIV 3 Tempus Campani consulatus sive duumviratus (eadem de ceterarum coloniarum duoviris difficultas) quamdiu perdurarit, difficile est definire. Primum illud duumvirum par Piso atque Pompeius Caesaris consulatu magistratum inierunt, eoque, nonnisi post biennium saltem exactum, abiisse putandum est: nam & quo anno Piso cum Gabinio consul processit, tamen & Capuae idem ille consul erat: & Pompeius, cum de revocando Cicerone, Lentulo & Metello Cos. decretum Capuae fecit, ibidem summo in magistratu erat. Ideone, quia ad formandam coloniae πολιτείαν eosdem duumviros in annum alterum, & fortasse etiam tertium refici opus fuerit? an vero consuetum eius magistratus tempus diuturnius annuo fuerit? Enim vero memini etiam virum summum Card. Norisium, cujus ad cenotaphia Pisana commentarium diu est cum evolverem, de tempore gesti duumviratus addubitare. Et sub Augusto saltem principe incertae diuturnitatis fuit, quantum ex bene longo Campanorum fastorum fragmento, quod Gruterus pag. 299 ex Apiano habet, & Pighius ad annum V. C. DCCXIX, perspicimus: ubi modo

modo ad sex menses, modo breviore aut longiore spatio Campani duumviri eo honore usi comperiuntur.

XXXV Sed antequam manum de tabula: Iuliam hanc coloniam civilem, non militarem fuisse saepissime dixi. Dubitationem tamen nonnullam possit Plutarchus in Cicerone iniicere, apud quem inter Tullii sales hoc reperio: *Cum Caesar legem tulisset de agro Campano MILITIBVS* (graece τοῖς στρατιώταις) *dividendo, multis res in senatu displicuit: L. autem Gellius, qui fere natu erat maximus, hoc se vivo negavit futurum. Hic Cicero, expectemus, ait; haud longam dilationem postulat Gellius.* Plutarchûmne Graecum hominem indiligentiae accusabis, qui ad consuetas Augusti aliorumque militares colonias aspiciens, hanc etiam militarem putarit? Etiamne vero M. Ciceronem sive ignorationis sive supinitatis arcesses, qui in altera Philippica n. 39 Antonium coloniam Capuam ex integro deducere conatum infectans, inter cetera hoc ait: *Agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur, ut MILITIBVS daretur, tamen infligi magnum reip. vulnus putabamus, hunc tu compransoribus tuis & conluforibus dividebas, &c.* Ac fuit, cum illud MILITIBVS ad Antonium ipsum referrem, ut haec esset sententia: Etiam si agrum Campanum MILITIBVS, uti tu quidem praetexebas, divisisses, tamen infligi magnum reip. vulnus putavissemus: propterea quod is ager colonis olim a Caesare elocatus (uti notatione 12 dictum) nunc e vectigalibus per tuam gratuitam assignationem eximeretur: nunc vero cum compransoribus & conluforibus eundem distribuas, non est ferendum. Sed tamen propendebat magis animus, ut ad Caesarianam assignationem referrem, prius etiam quam Plutarchi locum animadvertissem. Nec illud obest, quod de Campani agri e vectigalibus exemtione Cicero conqueritur, quem tamen agrum fuisse potius elocatum alibi coniecimus: nam potest responderi in hanc sententiam: magnum enim reip. vulnus Caesar inflixit, qui, cum solidi ex eo agro proventus antea reip. redirent, fecit ut decumae tantum persolverentur, eoque tam grandes agri Campani fructus e vectigalibus exemit. Illud vero quod non civibus, sed MILITIBVS DATVM ait (& vide an non τὸ DARETVR eadem *locandi* significatione a Cicerone sit dictum, qua ἐδόθη apud Dionem, ut not. 12 explicui) nihil civili coloniae incommodat: nam cives illi deducti, iidem milites emeriti fuere. Scitissima sunt haec Lucani 1, 344:

Quae sedes erit emeritis, quae rura dabuntur,
Quae noster veteranus arat, quae moenia fessis?

Brutus in concione post oppressum Caesarem apud Appianum in 11 bell. civ. p. 516: *Idemque* (olim populus) *hostes victos non omni agro, sed parte multabat, in eamque EMERITOS deducebat, ut essent quasi hostium, quos devicissent, custodes.* Ecce civium colonias: deinceps militares depingit: *Sylla vero*, inquit, *& Caesar, quod patria armis occupata, cu-*

Digitized by Google

stodibus & satellitibus adversus eam egerent . . . . . agros sogiorum Latini nominis diviserunt, & vos in eos frequentes sub signis & ordinibus deduxerunt. Ac de discrimine inter civiles militaresque colonias vide Goëšii antiquitates agrarias cap. 3 qui militares eas demum esse definit, quae iure militari, ideſt vi & armis sunt deductae: ut sint eaedem quas deductas a dictatoribus scribit Hygimus. Nam si militaris ea sit, in quam miles veteranusve mittitur, multae ante Syllam dictatorem militares invenientur; veluti cum in Frontino legitur veteranis lege Sempronia, quae Syllae dictaturam anteceſſit, assignatum agrum Abessinensem, & Ferentinensem: & ceteroqui negari non potest non minus militem, quam alium civem Senatus auctoritate, aut plebiscito deduci in colonias potuisse. Atque haec de colonia Iulia. Ceterum quarto post eam deductam anno, Marcellino & Philippo cos. de ea colonia infirmanda in senatu est actum. Vide quae in eam sententiam narrat Freinshemius in supplem. Liv. lib. CIV, cap. 88, quae quia nullo teste adhibito affert, non huc adtexui: nam in or. de aruſp. resp. quae ad oram libri a viro magno citatur, nihil tale invenitur. Epistolae potius Ciceronis Freinshemio citandae fuerant, tum I ep. fam. 9 tum etiam II ad Q. Fr. 1 Quae iam loca hic recitari operae pretium fuerit.

XXXVI Primus, quem invenio de agro Campano retuliſſe, fuit Rutilius Lupus trib. pl. Lentulo & Metello cos. extremo anno: qua de re haec habet Cicero II ad Q. Fr. 1 *Sane frequentes fuimus, omnino ad ducentos*: (hunc numerum Asconius in frequenti senatu requirit: Dio tamen Augustum sanxisse ait, ut a paucioribus, quam quadringentis S. C. fieri possent, cum antea quadrigenti ipsi requirerentur. Pergit vero Cicero) *Commorat expectationem Lupus: egit causſam agri Campani sane accurate. Auditus est magno silentio. Materiam rei non ignoras. Nihil ex nostris actionibus praetermisit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Caesarem, contumeliae in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio. Causſa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, ne quod onus simultatis nobis imponeret. Ex superiorum temporum conviciis, & ex praesenti silentio, quid senatus sentiret, se intelligere dixit. Milo coepit dimittere. Tum Marcellinus, noli, inquit, ex taciturnitate nostra, Lupe, quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, iudicare. Ego, quod ad me attinet, idemque arbitror ceteros, idcirco taceo, quod non existimo, cum Pompeius absit, causſam agri Campani agi convenire. Tum ille se senatum negavit tenere.*

XXXVII Anno sequente, Marcellino & Philippo cos. iterum eadem res agitata, decretumque uti Cicero frequenti senatu de agro Campano referret. Testis ipse Cicero I ep. 9 Lentulo sic scribens: *Quin etiam Marcellino & Philippo cos. nonis Aprilis mihi est senatus assensus, ut de agro Campano frequenti senatu idibus Maiis referretur*. Quo tamen die relatum non esse scribit ipse ad fratrem lib. II ep. 7 *Quod*, inquit, *idibus & po-*

Digitized by Google

postridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri, non est actum. Nimirum quod sententiam Cicero mutasset, Pompeio gratificaturus, quemadmodum etiam eadem ad Lentulum epistola declaratur; statim enim subiicit Cicero Cn. Pompeium cum Q. fratre Ciceronis ita egisse, ut de agro Campano a Cicerone non referretur: ac demum subjungit: *Haec cum ad me frater pertulisset, & cum ante tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut integrum mihi de caussa Campana ad suum reditum reservarem: collegi ipse me .. ut officium meum, memoremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei praestarem &c.* Paulus Manutius commentario in hanc epistolam, duas fuisse agri Campani partes existimat, unam publicam, quae Caesaris consulatu divisa fuerit, alteram a privatis possessam, quam emi pecunia publica, & plebi item dividi Caesar voluerat: unde lib. altero ad Att. ep. 17 legitur: *Quid ager Campanus, quid effusio pecuniae significant?* Ac de hac demum agri Campani parte, ad quam dividendam publica pecunia requireretur, referendum a Cicerone in senatu fuisse Manutius affirmat. Eandem agri Campani partem ante civile bellum negat divisam vir doctus, cum Coelius Ciceroni belli civilis initio scribens *actiones C. Curionis de agro Campano* memoret: imo nec ante Caesaris quidem necem hanc divisionem factam putat, probatque epistola D. Bruti post Caesaris interitum scripta, in qua legitur: *Quatuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Sullanis, & agro Campano.* Atque in eum, quem dixi, modum agri Campani caussam Manutius interpretatur.

XXXVIII Verum nihil caussae esse video, quamobrem hoc tantum legis Iuliae agrariae caput de Campanorum privatis possessionibus coëmendis ac dividendis (si modo id inter capita illius legis erat) oppugnare in animo habuerit Cicero. Imo quae eadem epistola nona ad Lentulum Cicero subiungit de Pompeii cura, qua *egisset saepissime de actis Caesaris* (supple non rescindendis) cum Q. fratre Ciceronis, caussamque ac dignitatem Caesaris M. Ciceroni commendatam vellet: ea, inquam, non obscure significant, de colonia ipsa Capuam deducta abolenda, agroque Campano, quem Caesar suo consulatu diviserat, ad ius publicum revocando agendum fuisse. Eoque spectant illa paullo ante recitata: *Num potui magis in arcem illius caussae invadere &c.* Nam de Campanorum quidem privatis agris dividendis nego tum Caesarem fuisse sollicitum, qui cum abesset, nihil ex illa divisione gratiae aucupari posset; Pompeium multo minus, quem in frumento ad urbem undique convehendo occupatum cavere cum primis oportebat, ne publica pecunia, quae in rem frumentariam unice tum erat insumenda, in agros coëmendos insumeretur.

Digitized by Google

III *Vnde Felicis nomen Capuae obvenerit.*

XXXIX FELIX) Hoc etiam Capuensis coloniae nomen absque hac inscriptione ex Frontino iam notum erat, qui eam *Iuliam Felicem* dictam fuisse testatur. Sed unde ei hoc cognomen obvenerit, merito quaeri possit. Scio non defuturos, qui, quod *Campaniae Felicis* ea esset metropolis, idcirco *Felicem* agnominatam statuant. Verum haec conjectura vel pluma levior est: tum quod aliquas extra Campaniam colonias *Felices* appellatas in marmoribus deprehendimus: tum vero quod cognomen FELIX, quod nunc vulgo Campaniae tribuitur, χθὲς κ' πρώϊω in ἐπωνυμίαν transiit, ut optime animadvertit Peregrinius p. 484 & 485. Nam olim ἁπλῶς Campania dicebatur. Nec Plinius lib. III, cap. 5, cum ait: *Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, &c.* proprium aliquod eius regionis cognomen tradere, sed solum a felicitate, hoc est fertilitate illam celebrare in animo habuit: quomodo etiam de eadem Strabo lib. v dixit, πεδίον εὐδαιμονέςατον τῶν ἁπάντων, *solum omnium felicissimum*. Itaque a Campania hoc cognomen in metropolim coloniam corrivare stultissimum fuerit.

XL Dicam tamen quid de eo cognomine suspicer. Coloniarum nomina vel a deducente, vel a deductis legionibus plurimum sumi solebant. Sic ne a nostra discedam, Iulia ob legem Iuliam dicta fuit: & eadem Augusta ob deductam ab Augusto coloniam. Quis igitur vetat hanc nostram a tribus celeberrimis deductoribus tria sua nomina hausisse, & *Felicem* idcirco dictam, quia olim a Sylla Felice fuerat constituta colonia? Idem de Nola dicendum, quam a Sylla coloniam institutam nemo ignorat, qui Frontinum legerit; atque ob hanc caussam *Felicem* appellatam coniicio: sic etiam invenio apud Grut. p. 1085 n. 14 COL. FEL. AVG. NOL. Ad haec cum Samnites olim acerrime contra Syllam stetissent, verisimile est Beneventanos agro fuisse multatos, adscriptamque eo coloniam: unde in inscriptione, quae Caudii exstat, quam refert Peregrinius in Camp. Fel. p. 745 FELIX ea quoque appellatur in hunc modum: COLONIA. IVLIA. CONCORDIA. AVG. FELIX. BENEVENTVM.

XLI Huic tamen suspicioni duo maxime posse incommodare video. Vnum quod Sigonius in III de antiquo iure Italiae cap. 4 ait: *Est autem verisimile, cum alia Syllae acta post mortem eius rescinderentur, hanc quoque deductionem* (coloniae Capuae) *esse labefactatam*. Alterum quod illud *Felix* Capua commune cum aliis quibusdam coloniis habeat, quas nunquam, quod quidem sciatur, Sylla deduxerit.

XLII Quibus tamen respondere non est difficile. Nam primum, quod Syllae acta rescissa post mortem ait Sigonius, hoc neque apud Plutar-

Digitized by Google

tarchum in Sylla, neque apud Appianum in primo bellorum civilium, nec dum apud alium auctorem inveni. Nisi quod Iulius Exsuperantius de bellis civ. cap. IV ait: *Huius* (Syllae) *ACTA cum conatur Lepidus in suo consulatu SVBVERTERE, contra collegam Catulum civile proelium gessit, & VICTVS EST. Nam congregatis iis in quorum possessiones novos colonos de suis militibus Sylla victor immisit: pollicendo, si vicissent, se bona patria restituturum &c.* Sed Lepidi molitio conantis Syllae acta rescindere, & veteribus possessoribus agros restituere infelicem exitum habuit, ut ex eiusdem Exsuperantii narratione constat, & ex Plutarcho & Appiano. Atque ex Appiano iam ut hauriam adeo Syllae acta eversa non sunt, ut regio plane funere elatus fuerit. Scio de honore funeris fuisse disceptatum: & vicit ea sententia, qua funus longe sumtuosissimum ei apparatum fuit, ita ut senatoribus succollantibus in campum Martium illatus fuerit, ubi solos reges sepelire mos erat. Verum quod propius Colonias a Sylla deductas spectat: Appianus lib. I p. 418 testatur, revertentes ab exsequiis consules Lepidum & Catulum mutuis convitiis fuisse altercatos, divisa in eorum favorem urbana multitudine. Nam Syllae infestissimus Lepidus redditurum se veteribus possessoribus agros iactabat, quos Sylla ademtos militibus assignarat. Ceterum senatus ambos consules iureiurando obstrinxit, ne bello rem decernerent, ac decreta Lepido provincia Gallia transalpina, bellum tamen dilatum, non restinctum fuit. Nam cum Lepidus, quem bellum iam meditari palam esset, revocatus a patribus urbi copias admovisset, suosque ad arma capienda incitasset: idem faciente Catulo, non longe a campo Martio confligitur: qua pugna Lepidus victus traiecit in Sardiniam, ubi tabe periit. Sertorius & ipse Syllanis adversus, cum per aliquot annos in Hispaniis, tanquam in suo regno, fuisset dominatus, tandem a Perpenna per proditionem occubuit: nec diu post, Perpenna sublato, omnes illius incendii favillae penitus sunt restinctae. Ita nec Syllae acta quando abrogata fuerint percipio. Imo Cicero or. pro do. n. 30 affirmat sua etiam aetate ratum mansisse, quod Sylla dictator tulerat de agris municipiorum, eorum nimirum quae contra se steterant, adimendis, & colonias potissimum ab eo constitutas quod attinet, nunquam milites ab eo deducti ab assignatis sibi possessionibus sunt deturbati. His accedit, quod cum Rullus novam deductionem Capuam moliretur, inter legis illius capita hoc erat, ut agri a Sullanis possessoribus emti novis colonis dividerentur. Testatur hoc Cicero in II Agraria n. 36. *Vt*, inquit, *invidiosos agros A SVLLANIS POSSESSORIBVS . . . EMTOS, quanti velletis, populo Romano induceretis*. An non intelligis Sullanos milites servasse semper possessiones suas: ac ne tum quidem, cum Rullus, qui se Marianum esse iactabat, alios colonos inducere aggrederetur, hoc pertendisse, ut agri Sullanis adi-

adimerentur, sed ut ab iis potius redimerentur? Estque in eam sententiam tota tertia Tullii agraria oratio conscripta, cum ei criminationi responderent, qua Quiritium animos mentesque Rullus occuparat, Ciceronem, quod Sullanarum assignationum possessoribus gratificaretur, agrariae legi obsistere. Cui sic respondet orator, ut in ipsa orationis propositione ostensurum se dicat, lege Rulli agraria *non modo non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed etiam genus id agrorum certo capite legis impudentissime confirmari atque sanciri*. Huc accedit, quod neque Caesarem, cum agrum Campanum publicum populi R. assignavit, quidquam in Syllanorum possessiones molitum reperimus; nec eas demum Augustus invasit, cum undique agros in hac regione conquireret, quos suis veteranis largiretur: sed satius habuit publicos Campanae coloniae agros, data vicissim nostris terra Gnosia & aqua Iulia, militibus assignare. Et ecce Frontinus lib. de coloniis tres illas deductiones quasi ratas enumerat: *Capua*, inquit, *muro ducta, colonia Iulia Felix. Iussu imp. Caesaris a* XX-*viris est deducta. Iter populo debetur pedibus* C. *Ager eius lege Sullana fuerat assignatus. Postea Caesar in iugeribus militi pro merito dividi iussit*.

XLIII Accedit hoc etiam, quod cetera quoque a Sylla hic ordinata, postea manserunt. De Calatia Frontinus: *Calatia oppidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus* LX *coloniae Capuensi a Sulla Felice cum territorio suo adiudicatum olim ob hosticam pugnam*. Calatiam Capuae Sylla adiudicarat, idque Frontini adhuc aetate mansit, ut eius verba demonstrant. De utra ex duabus Calatiis (15) Frontinus sit accipiendus, non omnino certum. Item colonia Vrbana, quae ab Sylla quondam deducta fuerat, Plinii adhuc aetate id nomen tuebatur: sic enim lib. XIV, cap. 6 *Falernus ager a ponte Campano laeva petentibus Vrbanam COLONIAM SYLLANAM, nuper Capuae contributam incipit*. Nam mitto ceteras colonias a Sylla olim deductas, quarum tanquam manentium ac ratarum meminit Frontinus. Si tot coloniae ab eo constitutae perstiterunt: si Calatia Capuae a Sylla contributa, etiam sic postea mansit: imo si Syllani milites ab eo Capuam deducti, suas semper possessio-

(15) Duas fuisse Calatias, unam quae trans Volturnum posita, hodieque inter non obscuras urbes numeratur, alteram quae iamdiu interiit ad viam Appiam prope oppidum Magdalonum, & Peutingeri tabulae demonstrant, & Peregrinius in descriptione Campaniae luculenter evincit. Frontini locum de transfluviana Calatia cepisse videtur noster Peregrinius in *Camp. Fel.* p. 273 nam in indice quidem certe geographico ad hodiernam id Calatiam refert. Equidem de cisfluviana viae Appiae adfita facilius eum locum perceperim: nam, illa altera incertum ad Campaniam ne, an ad Samnium per Syllana tempora pertinuerit; & erat multo, quam haec, remotior, &, in quo caput est, cum Romani semper montibus ac fluminibus veluti a natura positis terminis, non agrorum tantum, sed & imperii limites definirent, hanc potius eis Volturnum, quam alteram trans flumen & montibus impositam, a Sylla Capuae contributam crediderim. Accedit quod quam Calatiam Festus inter Romanas praefecturas accenset, credibile est fuisse illam celebriorem Transtifatinam. Ergo quae ad viam Appiam posita, ea demum Capuae adiudicata fuit, idest una fuit e Campanis praefecturis, de quibus priore auctario agitur.

Digitized by Google

siones, uti modo demonstrabam, insederunt: & hoc ergo in praeclaro Sigonii opere suadeo, corrigatur, quod ait rescissis Syllae post mortem actis, eiusdem Campanam deductionem fuisse labefactatam. Nam & Syllanam agri nostri assignationem non fuisse abrogatam satis docui: nec vero, quod caput est, Syllae acta unquam fuere rescissa, quae si fuissent rescissa, etiam eius statua, quae pro rostris erat, deiecta fuisset. Nunc vero tempore Pharsalicae pugnae adhuc stabat, teste Dione lib. XLII; ac tum demum deiecta fuit, cum Caesari stetisse victoriam, certus nuntius est allatus: *Posteaquam tandem creditum est*, inquit Dio, *id tantum egerunt, imagines Pompeii Syllaeque, quae pro rostris stabant, deiecere. Et erant complures, qui ne hoc quidem faciendum putarent.* Quid hoc clarius? Accedit quod eo ipso anno quo Caesar occubuit, cum tribunal e medio foro in alium transtulisset: *restitutaeque sunt*, inquit Dio lib. XLIII, *iuxta illud tribunal Syllae ac Pompeii statuae: qua re laudem Caesar invenit.*

XLIV At enim, inquies, si Syllanae deductioni robur suum mansisset, quo pacto eam Caesar denuo deducere potuisset, cum Cicero in II Philippica n. 40 neget eo deduci posse coloniam, quo auspicato esset ante deducta? *Deduxisti*, inquit, *Coloniam Casilinum, quo Caesar ante deduxerat.* (16) *Consuluisti me per literas de Capua tu quidem: sed idem de Casilino respondissem: posses ne, ubi colonia esset, eo coloniam novam iure deducere. Negavi in eam coloniam, quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis, coloniam novam iure deduci: colonos novos adscribi posse rescripsi: tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis ante annis deducta, ut vexillum videres, & aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti, ut florenti coloniae territorium minueretur.*

XLV Cui exceptioni promtissimum est reponere, M. quidem Bruti ἀποινίαν non diu stetisse INCOLVMEM (hac enim ipsa voce modo Tullius utebatur) fuisse enim a Sylla dictatore sublatam, ac fortasse ne AVSPICATO quidem deductam; cum in II agraria n. 34 Tullius *omina illa M. Bruti atque auspicia* ponat ob oculos, ut Rullum *a simili furore* deterreat: ita impedimento non fuisse, quin nova illuc colonia decerneretur. Syllanam vero deductionem nihil admodum in huius urbis politia immutasse: nec vero aliud cum coloniis habuisse commune, quam agri novis colonis assignationem: ceterum mansisse eandem praefecturae formam, quae antea fuisset supra p. 10, n. XI, est demonstratum: ubi & eam dubitationem inieci, an commune hoc fuerit militaribus plerisque coloniis, ut excepta agri divisione, nihil praeterea mutaretur, quamobrem reip. R. imaginem urbs illa referret. Ita nec Bruti nec Syllae co-

(16) Caesar confectis bellis civilibus dictator ius una parte legitur: CAES. DICT. PERP. in coloniam Casilinum deduxit. Et exstat nummus altera vero: TI. SEMPRON. GRACCHVS. Q. apud Goltzium in Thesauro p. 238, & 256, cu. DESIG. ITER. COL. CASILIN.

Digitized by Google

lonia impedimento fuit, quin Caesar novam transcriberet. Post legem vero Iuliam, cum iam iustae coloniae forma hic esset constituta, non licuisse Antonio iterum deducere Cicero pronuntiavit, nisi solum supplementum, sive novos colonos inducere.

XLVI Nec illud magnopere reformido (quod alterum fuit eorum, quae mihimet supra obieceram) nonnullas alias inveniri praeterea colonias cognomento Felices. Quis enim vetat, cum longe plurimas colonias per Italiam olim Sylla Felix statuisset (nam in Epitoma Livianorum LXXXIX de Sulla legitur, XLVII *legiones in agros captos deduxit, & eos iis divisit*; & Appianus CXX millia hominum a Sylla esse deducta tradidit) pleraque earum in eo sibi cognomento placuisse? Sane cur Nola, uti supra monebam, FELIX AVG. fuerit appellata, quid aliud causae assignare potes, quam quod eam Sulla Frontino teste deduxerit? De Benevento quoque suspicabamur a Sulla fuisse deductam, a quo Samnites sibi infestos agro fuisse multatos est verisimile: atque idcirco inter eius nomina etiam illud FELIX invenitur.

XLVII Tres praeterea, nec amplius FELICES, imo IVLIAS FELICES inveni. Vna est ap. Grut. p. 1093, 8, ubi legitur quidam AEDILIS. COLONIA. IVLIA. FELICI. CLASSICA. SVESSA. Altera apud Fabrettum p. 106, n. 211, ubi est: COL. IVL. FELICI. LVCOFERonensi. Tertia ibidem n. 252, ubi legitur: COLONIAE. IVL. FELIC. PISAVR. Quas etiam coniicio, a Sylla Felice, primum, tum etiam ab Iulio fuisse deductas, atque idcirco *Iulias Felices* audivisse. Scio Dionem lib. LIX queri sua aetate colonias suo sibi arbitrio nominum catalogos contexere, cum antea non nisi ex auctoritate id senatus liceret. Sed de sua id aetate expostulat. Quid his commune cum Nola atque Capua, quas certo scimus ab Sylla olim deductas? Atque idcirco *Felices* tum has potissimum duas, tum quatuor alias Beneventum, Suessam, Lucum Feroniae, ac Pisaurum appellatas non absurde coniectavimus. Nam & hoc quoque Syllae felicitati possumus adscribere, quod hae per illum institutae coloniae (17) in eo sibi nomine tanto opere placerent.

XLVIII Ac mihi sane videtur non ob aliam causam de Syllae assignatione meminisse Frontinus, quam ut eius cognominis rationem afferret.

(17) Erunt & aliae forsan plures a sex illis, quas recensivi, coloniae FELICES, quas veterum lapidum inopia ignoramus: nam in vetustis duntaxat titulis omnia coloniarum nomina ostentari solent, quae a scriptoribus plerumque tacentur. Quid quod ne in cippis quidem assumta a coloniis nomina ubique enuntiantur, ac saepenumero vetera tantum urbium nomina exprimuntur? Ac ne a domesticis exemplis discedam: in hoc primum, quo de commentamur, Campanum marmor incurri, quod Campanae coloniae nomina complectitur: in ceteris omnibus, quae quidem exstare sciam, CAPVA sine ullo additamento scriptum deprehenditur, praeter unam illam Septimio Severo dicatam basim, quae in foro Campano visitur eodem loci, quo hunc amphitheatri titulum ab illustrissimis Capuae seviris collocatum iri sentio; qua in basi cum solo praenomine COLONIA CAPVA appellatur: quam epigraphen alias cum ceteris dabimus. Et certe apud Spanhem. De Praest. & usu num. pag. 373 edit. secundae occurrit in nummo COL. IVL. AVG. FEL. BERytus; & apud Plin. V, 20 *Berytos Colonia, quae Felix Iulia appellatur.*

Digitized by Google

ferret: *Colonia*, inquit, *Iulia Felix iussu imp. Caesaris a* XX *viris est deducta*: en cur *Iulia* diceretur. *Ager eius*, inquit, *lege Sullana fuerat assignatus*: en cur *Felix* cognominaretur. Pergit vero: *Postea Caesar* (supplendum fortasse *Augustus*, ex libro qui *Frontini Siculi* inscribitur) *in iugeribus militi pro merito dividi iussit*: ecce demum, cur *Augustae* etiam cognomen accederet. Vt non immerito suspicer Frontinum quidem ipsum sic scriptum reliquisse: *Colonia Iulia Felix Aug.* prorsus ut in nostro monumento legitur: quippe cum appareat eum singulorum nominum veluti reddidisse rationem: sed postea librariorum culpa illud *Aug.* deperiisse, quod a Frontino fuisse omissum non est verisimile. Accedit ad hanc firmandam coniecturam, quod ordo deductionum, quas hic recitat Frontinus, seriei trium illorum nominum exacte respondet: alioqui temporum potius rationem tenuisset, ac prius de Syllana, tum de Iuliana, demum de Augustea deductione meminisset: nunc prorsus alium ordinem insistit, ac prius de Iulio, tum de Sylla, demum de Augusto docet, non aliam utique ob causam, quam ut trium illorum nominum rationem afferat *Iulia Felix Augusta*. (18) Sed postea, ut coniiciebam, librariorum incuria, aut sciolorum putantium illud *Aug.* (quod fortasse *Augusti* interpretabantur) esse supervacaneum, ea vox intercidit, uti paullo post demonstrabitur.

XLIX Atque haec dicta sint, ut intelligatur a vero non abhorrere nostram coloniam a Sylla potissimum *Felicis* invenisse cognomen. Ceterum nihil adfirmate de hoc definio: & fieri potest, ut FELIX in his idem sit quod *frugifera*, ut apud Grut. p. 362, n. 2 COLONIA. CONCORDIA. VLPIA. TRAIANA. AVG. FRVGIFERA. HADRVMETINA: aut omnino ad felicitatem suam notandam illud epitheton fuerit usurpatum.

(18) Atque hinc illa criminatio depellitur, qua contra hunc de coloniis libellum Goëfius in notis est usus, quo eum librum a Frontino abiudicaret. Meum non est cum viro docto, quo hoc opusculum Frontino afferam, magnopere dimicare: praesertim cum saltem e Frontino exceptum Goëfius consentiat. Sed absurda prorsus est illa cavillatio: *'Omisso*, inquit, *quod hic* (auctor) *rationem temporis neglexerit, atque Sullae praeposuerit Caesarem*. Falsa, inquam, accusatio, tum quia nominum magis seriem *Iuliae* & *Felicis*, quam temporum secutus videtur Frontinus, tum etiam quia satis sibi a Goëfii criminatione caverat auctor illis verbis FVERAT ASSIGNATVS, quae longe remotius tempus significant, praeut de Caesare dicitur EST DEDVCTA.

Sequitur altera Goëfii reprehensio: *Deinde nec verum est*, inquit, *ante hanc deductionem* (C. Iulii) *agrum Campanum fuisse assignatum*. Vera accusatio, si de agro Campano, qui publicus erat populi R. Frontinum intelligas; nam hunc quidem Caesar primus assignavit. Verisimilius est Capuam potius agro multatam, ac partem agri decisam, qui sive publicus urbis Capuae, sive privatus Campanorum fuisset. Nam ait recte Frontinus: *Ager eius lege Sullana fuerat assignatus*. Agrum Capuae, non agrum Campanum populi R. publicum intelligit. Quod vero subiicit Goëfius partem agri Campani *novis in vicinia colonis* a Sulla videri assignatam: id ei non possum assentiri: nec quidquam causae est, cur Goëfio magis credam, quam Frontino, qui de Galatia scriptum reliquit, fuisse id oppidum *COLONIAE CAPVENSI cum territorio suo adiudicatum olim ob hosticam pugnam*. Hinc enim & Coloniam Capuensem a Sulla deductam apparet, & iis demum colonis agrum Campanum a Sulla assignatum, quibus Calatinum etiam territorium adiudicavit. Sed tertiam Frontiniani hujus loci a Goëfio oblatam criminationem, eamque non contemnendam, in excursu quodam, qui adnecteretur huic capiti, depellemus.

Digitized by Google

IV *De Campanae coloniae ſupplementis ab Octaviano conſcriptis.*

L. AVGVSTA) Ita ὁλογραμμάτως in marmore fuiſſe ſcriptum (non vero AVG. ut initio poſui) ſextus verſus a fine longiuſculus, uti poſtea animadverti, omnino evincit. *Auguſtae* cognomentum, in quo potiſſimum ſibi Capuam placuiſſe mihi perſuadeo, abſque hoc marmore eſſet, ignoraremus: nam ſive librariorum ſupinitate, aut eius qui Frontinum in epitomen contraxit (nam excerpta tantum Frontiniana de coloniis habere nos putat Goëſius) ſive ab ipſomet Frontino omiſſum fuerit: in libello certe de coloniis, quem terimus, *Iulia Felix* tantum, non etiam *Aug.* legitur. Sed placet hoc magis, Frontinum quidem non omiſiſſe τὸ *Aug.* ſed eorum potius, qui iſta deſcripſerunt, culpa, tres illas literas deſiderari. (19) Cur autem hoc nomen Campana colonia nacta fuerit, ſaepe iam monui: quia ab Octaviano etiam Auguſto non ſemel eſt, ſive iterum deducta colonia, ſive vetus renovata.

LI Senatus conſulto ad id opus fuiſſe, ut Capua Auguſtae cognomen conſequeretur, ut tum ea ferebant tempora, Dio lib. LIV nos affirmare cogit. Ibi de Paphiis haec habet: *Paphiis terraemotu afflictis pecunias largitus eſt, ac permiſit ut ex ſenatus conſulto urbem Auguſtam nominarent.* Illud *ex ſenatus conſulto* a Xylandro omiſſum Leunclavius reſtituit: nam graece eſt κατὰ δογμα ἐπέτρεψε. Pergit vero idem hiſtoriographus: *Id non eo a me refertur, quaſi non aliis quoque urbibus multis prius, ac poſtea in ſimili infortunio Auguſtus, ac Senatores auxilium tulerint; quas ſi quis omnes enumerare velit, res in infinitum ſe extenderit: ſed quod cognomina etiam urbibus honoris cauſſa ſenatus impoſuit, aliter ac modo fit, cum plerunque ſinguli nominum catalogos ipſi ſibi conficiunt, quibus uti volunt.* (20)

LII Ter autem ab Octaviano Caeſare militum coloniam huc adſcriptam comperio: ſemel ex lege triumvirali, iterum ipſius Octavii iuſſu poſt devictum Sex. Pompeium, Lepidumque in ordinem redactum, ac tertio poſt victoriam Actiacam. De ſingulis ordine dicam. Sed de Fron-

(19) Variis quippe modis librarios in hunc locum video graſſatos. Eſt ubi pro XX *viris* ſubſtitutum inveniatur III *viris*: hoc ideo quia non de Iuliana, quando per XX *viros* res eſt tranſacta, ſed de Auguſtea colonia per III *viros*, opinor, deducta intellexerunt, falſi utique illa ſyllaba *Aug.* (quam a Frontino poſt *Felix* poſitam mihi perſuadeo) quam cum *Auguſti* non *Auguſtae* illi interpretarentur, referrentque ad ſequentia hoc modo, *Colonia Iulia Felix, Auguſti iuſſu imp. Caeſaris*; idcirco etiam III *viros* in locum XX *virorum* ſuffecerunt. Sed quid opus argutationibus, cum in altero de coloniis libro qui *Iulii Frontini Siculi* inſcribitur, qui parum ab alio celebri Frontini differt, & ab eo certe manavit, ſic legatur: *Capua muro ducta colonia Felix, lege Iulia iuſſu imperatoris Auguſti a* XX *viris eſt aſſignata &c?* Nonne vides eam deductionem ſciolos non ad Iulium, ſed ad Auguſtum retuliſſe? Quam putas ob cauſſam, niſi quia in Frontino antea legebatur *Felix Aug.* ſemidocti vero ſyllabam ad ſequentia referentes, ut concinnius dicerent, tranſcerunt, atque *imperatoris Auguſti* repoſuerunt?

(20) Poſtrema haec verba ad fidem Graeci ſcriptoris optime Leunclavius emendavit: nam Xylander paullo aliter verterat in hunc modum: *Ipſae ſibi nomina quotquot vellent delegerunt.* Verum in Dione legitur αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἕκαστοι &c. ſupple πολῖται. Ipſos ſibi cives nominum catalogos ſibi confeciſſe ait.

Digitized by Google

Frontino prius monendum. Is poſtquam de colonia Iulia dixerat: *Iuſſu imperatoris Caeſaris a.* XX *viris eſt deducta*: & de Felice, *Ager eius lege Sullana fuerat aſſignatus*: demum de Colonia Auguſta monet, *Poſtea Caeſar in iugeribus militi pro merito dividi iuſſit*. Quae verba de Caeſare filio intelligenda eſse multa mihi perſuadent: primum quod MILITI non Iulius, ſed Octavianus agrum Campanum aſſignavit, nam colonia Iulia civilis fuerat: deinde quod in altero huius libelli de coloniis exemplari, quod *Iulii Frontini Siculi* inſcribitur, corrupte quidem, ſed tamen ſic legitur: *Ager eius lege Sullana fuerat aſſignatus a Ceſare Auguſto in iugeribus: ſed poſtea militibus dividi iuſſus eſt pro merito*. Ex quibus proniſſima eſt coniectura ita recitatum Frontini locum poſse reſtitui: *Poſtea Caeſar AVGVSTVS in iugeribus &c.* Bis ergo apud Frontinum τὸ AVG. reſtituendum cenſeo, ſemel initio eius loci in hunc modum: *colonia Iulia* Felix *AVG.* (vide pag. 36. & not. 19.) iterumque in fine ſic: *poſtea Caeſar AVG. in iugeribus &c.* uti modo eſt dictum.

LIII Statim poſt initum triumviratum cum ampliſſima praemia militibus alliciendis promitterentur, XVIII coloniae iis oſtentantur, inter quas Capua eminebat. *Et quo alacrior* (inquit Appianus in IV bell. civ. in fine p. 590) *redderetur exercitus, poſt propoſita victoriae praemia, praeter alia donativa promiſsae ſunt eis coloniae* XVIII *Italicarum urbium tam opibus, quam agri bonitate ac aedificiorum pulchritudine praecellentium, quarum urbana ac ruſtica praedia non ſecus quam bello capta dividerentur. Inter has eminebant Capua, Rhegium, Venuſia, Beneventum, Nuceria, Ariminum, Vibona. Atque ita pulcherrima Italiae pars militibus adſcripta eſt*. Id promiſsum in cauſsa fuit, ut plurimi paſſim ex iis XVIII civitatibus ad victoriae triumviralis praemium deſtinatis (quae civitates, ut ait Appianus, id ferebant aegerrime) ad Vetulini proſcripti, qui circa Rhegium bellum movebat, ſigna concurrerent, teſte Appiano IV civ. p. 604: rurſumque p. 638 idem tradit plurimos etiam ex iiſdem civitatibus, quibus nihil erat abominatius triumvirorum victoria, quando poſt hanc praemia victoribus ipſae deſtinabantur, profugos e ſuis patriis quas deploratas habebant, ad Sex. Pompeium, qui tum primum Sicilia potitus erat, apud omnes eo tempore gratioſum confugiſse. Sed & poſt agros aſſignatos multo tum plures, imo ii fere omnes, qui agris fuerant ſpoliati, eidem Sex. Pompeio ſe adiunxerunt, ut enarrat Appianus V civ. p. 685. Et eodem lib. pag. 686, bello Perusino inter Lucium Antonii fratrem, & Caeſ. Octavium erumpente, earundem civitatum, quae id infortunii iam ſubierant, ſtudia erga Lucium commemorat. Iam enim poſt Philippenſem pugnam agri earundem XVIII civitatum, quarum primam fuiſſe Capuam diximus, aſſignati militibus fuere. Quod quemadmodum geſtum ſit, brevi exſequamur.

LIV Bruto Caſſioque Philippenſi pugna devictis, haec ſubjungit Appianus V civ. p. 672: *Monque ad perſolvenda praemia profectus eſt dux*

Digitized by Google

vius alter (Octavius) *in Italiam, ut agros militibus divideret, ipſoſque in domos adſcriberet : hoc enim elegerat propter valetudinem .* Cumque Brundiſii gravius aegrotaſſet , ut ſe recreavit , ſtatim ad diviſionem ventum fuit , quae graphice ab Appiano deſcribitur , quem latine loquentem audire operae pretium fuerit . Sed tamen eum locum , quod erat longiuſculus , conieci in ſubiectam notationem . (21)

LV Ex qua narratione percipimus Octaviano quidem datum fuiſſe negotium , ut colonias deduceret , eumque iam diviſionis munere perfunctum : ſed enim interveniſſe Lucium Antonii fratrem , ac perviciſſe , ut Antonianae ſaltem legiones a Lucio deducerentur . Itaque iure quaeri poteſt , uter tum Capuam coloniam deduxerit , Caeſarne Octavius , an Lucius : tum Caeſarisne , an Antonii legiones huc adſcriptae fuerint . Et

(21) Appianus v. civ. p. 678 „ Deducenti autem milites in colonias , & agros dividenti „ magna difficultas obiecta eſt : milites enim petebant optimam quamque urbem tota Italia , „ ut ante bellum ſelectae fuerant : contra civitates illae poſtulabant , ut univerſa Italia diviſioni huic adhiberetur , aut ſortito deducerentur „ coloniae : & agrorum pretium repetebant ab „ imperatoribus deficiente aerario . Conveniebantque agminatim in urbem promiſcue iuvenes „ pariter ac ſeniores , mulieresque cum parvis „ liberis , & per fora templaque coetus faciebant „ lamentabundi , conquerentes nullo ſuo peccato „ ſe homines Italici nominis pelli agris ſociſque , „ tanquam iure belli captos . Quapropter populus „ condoſebat & illacrymabat eorum calamitatibus , „ praeſertim dum reputant non pro republica , „ ſed pro libidine aliquot civium bellum id geſtum ad mutationem ſtatus publici , & nunc „ reddi victoriae praemia , ut deductis coloniis „ poſthac nequeat caput attollere reſpublica , dum „ coloni hac mercede obſtricti , parati ſunt principibus ad omne obſequium . Ibi Caeſar civitatibus neceſſitatis rationem exponebat , & ne ſic quidem ſatis fore , nec fuit , ita uti vicini opprimerentur a militibus limites contumaciter „ tranſeuntibus , & plus quam conceſſa uſurpantibus , & potiora praeripientibus , dum nec „ iurgiis Caeſaris a malefacio deterrentur , „ nec deliniuntur aliis largitionibus : quandoquidem principes , ut opis ſuae ad confirmandam „ dominationem egentes , facile contemnebant . „ Iam enim inſtabat finis huius quinquennii , & „ utriſque ad ſecuritatem opus erat favore mutuo : imperatoribus , ut per milites principatum „ confirmarent : militibus ut accepta retinerent , „ manente penes auctores eius donationis imperio , quos neceſſaria benevolentia vel propter „ ſeipſos proſequebantur . Quin & aliis largitionibus egenos milites ſolabatur Caeſar , e fanis „ mutuo ſumens pecunias : quo facto conciliavit „ ſibi eorum animos , prompta erga largitorem „ gratia . cui agros , urbes , pecunias acceptas referebant , invidioſe acclamantibus qui ſpoliabantur , illo vero fortiter hoc ferente in gratiam „ militum .

„ His animadverſis Antonii frater Lucius , tunc „ coſ. & eiuſdem uxor Fulvia , & qui abſentis „ bona procurabat Manius , ne Caeſaris videretur „ totum hoc beneficium , neve ſoli deberetur „ gratia , & alter imperator fraudaretur favore „ militum , vaframentis agebant , ut coloniarum „ deductio differretur in adventum Antonii . „ Quod cum impoſſibile videretur propter feſtinationem militum , petebant a Caeſare , ut „ Antonianos ipſi deducerent in colonias , quamvis ex pacto id munus Antonius ſoli Caeſari „ ceſſerat , quod tamen conceſſum negabant : „ productaque ad exercitum Fulvia cum parvis „ Antonii liberis , invidioſe ſupplicabant , ne paterentur illum fraudari ſua gloria , ſimul occaſione referendae ipſis gratiae . Et erat tum inclytum Antonii nomen & apud milites & apud „ ceteros : nam Philippenſis victoria , propter „ adverſam Caeſaris valetudinem , tota videbatur „ unius Antonii . Caeſar , quamvis non ignarus „ pacta violari , ceſſit tamen in gratiam Antonii , atque ita legiones Antonianae in colonias „ deductae ſunt , nimia militum deductorum licentia , dum ne videretur Caeſar beneficentia „ vincere , minus cohibentur a maleficiis . Fuerunt „ & aliae civitates vicinae his , quarum agri militibus diviſi ſunt , multas ab eis iniurias paſſae , quae clamabant in Caeſarem , inquiores „ coloniarum deductiones nunc eſſe , quam proſcriptiones ante fuerant , tunc enim inimicos „ mulctatos , nunc vero innoxios . Et Caeſar intelligebat quidem iniuriam , ſed mederi non „ poterat : nam neque pecuniam habebat , unde „ pretium agrorum veteribus poſſeſſoribus redderet , neque victoriae merces differri propter inſtantia bella poterat , Pompeio maris tenente „ & Vrbi famem intentante , interclusis commeatibus , Ahenobarbo etiam Marcoque claſſem „ aliam & exercitum colligentibus : militibus vero ſegniorem operam praebituris , niſi accipiant „ debita victoriae praemia . Et ferme iam iam „ exierat quinquennium , ut rurſum opus eſſet „ exercitu benevolentia : quamobrem dicere tuta „ diſſimulabatur militaris inſolentia .

Digitized by Google

Et equidem perſuaſiſſimum habeo Caeſarem ipſum, non vero L. Antonium Capuam tunc coloniam adſcripſiſſe. Nam primum ante Lucii expoſtulationes revera, Appiano teſte, deducendarum coloniarum negotio Octavius ſeſe immiſcuit: & neceſſe fuit, eum ab omnium praeſtantiſſima Capua, quam idcirco Appianus primo loco nominavit, incepiſſe: praeſertim quod *milites*, inquit Appianus, *petebant optimam quamque urbem tota Italia, ut ante bellum ſelectae fuerant*. Accedit ſtudium Campanorum in Caeſarem, & animorum averſio ab Antonio, quem Capuam deducere coloniam olim conantem Campani paene occiderant, ut alibi dictum. Octaviani vero ſtudioſiſſimi erant, propterea quod ab eius patre Iulio veteres coloni tranſcripti fuerant. Demum *Caeſar*, inquit Appianus v civ. p. 685, *Capuae quatuor legiones habebat*, veluti in ſibi obſtrictiſſima civitate. Quae omnia argumento ſunt Octavium ipſum per id tempus tunc tranſcripſiſſe coloniam, & quidem e ſuis legionibus, non vero Antonii fratrem. Itaque non eſt dubitandum, quin Caeſar Octavianus Capuam ex lege triumvirali deduxerit, idque poſt quinquennium ab inito triumviratu, coloniiſque promiſſis, eodem Appiano teſte.

LVI Sequitur iam altera deductio, quae Octaviano Caeſari unice eſt adſcribenda, qui cum bellum adverſum Sex. Pompeium aggrederetur, ad deliniendos militum animos, conſueta iis agrorum praemia prolixe eſt pollicitatus. Pompeio mox devicto, Lepidoque exauctorato, atque in ordinem redacto, milites ſtatim tumultuantes promiſſa ſibi exhiberi vociferabantur. Quam ſeditionem ſatius erit ex Appiano condiſcere: cuius ſane locum paullo prolixiorem, ne totis auctorum chartis infarciendis lectori incommodem, contuli in ſubiacentem notam. (22)

LVII

(22) Appianus v civ. p. 744. „ Huic tantae felicitati fortuna invidit: nam exercitus, praeſertim ipſius proprius, ſeditionem movit, miſſionem flagitans, & praemia, qualia Philippenſi praelio victores acceperant: & quamvis hoc certamen non conferendum videretur cum altero, promiſit tamen accepturos digna praemia una cum his, qui tum ſub Antonio militabant, quando ille redierit: quantum autem ad militiam, minaciter admonebat ſacramenti diſciplinaeque. Quumque in contumacia perſtarent, remiſit minas, ne quis tumultus ab exercitibus deditiis accederet: promiſitque ſe cum Antonio diuturum eos ſuo tempore: nunc uſurum opera eorum ad bella non civilia, quando Deo fortunante defierint: petiturum enim Illyrios & ceteras gentes barbaras, pacem vix bene firmatam labefactantes: ex qua militia percepturos lucra uberrima. Denegarunt illi operam. ni praeteritorum laborum repraeſentarentur ſibi praemia honoreſque. Reſpondit honores ſe non differre, ſed praeter iam datas, alias coronas legionibus ſe addere, & praetextas tribunis ac centurionibus, ſenatoriamque dignitatem cuique in ſua patria. Dum haec aliaque benigne offert, exclamavit tribunus Ofilius: corollis & praetextis delectari pueros, milites agris & pecuniis: id dictum approbante multitudine, Caeſar indignatus diſceſſit e tribunali, qui vero proximi tribuno ſtabant, laudabant hominem, & ceteris qui ſe ad eos non aggregarent convitiabantur: reſpondit ille, ſe ſolum ad tuendam tam iuſtam cauſſam ſufficere. His dictis ſequenti die nuſquam comparuit, nec ſciri potuit quid illi acciderit. Milites vero non amplius ſinguli propter metum, ſed gregatim uno ore vociferabantur, miſſionem poſtulantes. Horum praefectos Caeſar variis molliebat alloquiis: eis vero, qui ad Philippos & Mutinam meruerant, ut diuturniore militia defunctis miſſionem conceſſit: dimiſſoſque mox ablegavit ex inſula, ne contagione ſeditionis ceteros corrumperent: hoc tantum ad Mutinenſis belli veteranos effatus, quamvis ſic dimiſſis, redditurum ſe tamen pollicita. Alios vero pro concione alloquens, teſtes faciebat periurii diſcedentium, non dimiſſorum ex imperatoris ſententia: ipſos vero laudabat, brevi ſecuturae miſſionis ſpem faciens: foreque ut nec officii quenquam poeniteat, & dimittantur ditati; nunc addere ſe viritim quingenos ſeſtertios.

Digitized by Google

LVII Seditionem militum, quae huic celeberrimae deductioni occasionem dedit, ex Appiano didicimus : de deductione vero ipsa nihil ibi tradit is scriptor : neque id mirandum, neque enim eo temporis articulo agrum Campanum iis est dilargitus, sed tum quidem promissis agris, paullo post id tempus agrum Campanum iisdem divisit, ut deinceps e Dione discemus. Sed noster tamen Paterculus, & Dio Cassius magnifice de Capua per hanc occasionem, militum colonia iterum instituta, loquuntur. Velleius lib. II, cap. 81 ait : *Subita deinde exercitus seditio (qui plerunque contemplatus frequentiam suam a disciplina desciscit, & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet) partim severitate, partim liberalitate discussa principis. Speciosumque per id tempus adiectum supplementum Campanae coloniae. Eius relicti erant publici pro his longe uberiores reditus duodecies H-S in Creta insula redditi, & aqua promissa, quae hodieque singulare & salubritatis instar, & amoenitatis ornamentum est.*

LVIII Dio vero lib. XLIX & seditionem copiose narravit, & de Campano agro adiecit. De seditione parum ab Appiano diversus abit : quare eius narrationem praetereo, quam apud ipsum Dionem legere quivis potest. De colonia vero haec subiicit : *Atque ita milites tunc quidem composuit, & argentum statim, agros non multo post iis dedit. Quoniam enim publici, qui tunc erant, non sufficiebant, etiam alios satis multos emit a Campanis illis qui Capuam incolunt, quorum urbs multis colonis indigebat : iisque tum aquam Iuliam, qua maxime omnium gaudent, tum terram Cnosiam, qua etiam nunc fruuntur, (23) eorum loco dedit.*

LIX Porro aqua Iulia, cuius a Velleio & Dione fit mentio, non alia sane fuit, quam flumen illud (quo enim alio utar nomine?) aquae Car-

(23) Non temere est, quod apud Gruterum p. 1090, 10, Gortynae, quae est Gnoso contermina, graeca inscriptio reperitur Anicio Basso Campaniae proconsuli (de novo hoc titulo, cum ceteri consulares aut correctores dicerentur, nihil in praesentia disputo) posita. Quae omnino necessitudo Cretensibus esse potuit cum rectore illo Campaniae, nisi forte haec, quod regionem ibi Campani possiderent? Nam quod idem Anicius Bassus in altera inscriptione apud Reinesium VI, 4 dicitur fuisse Praefectus urbi, nihil interest; cum in hac quam sum productus, proconsulatus tantum Campaniae contemplatione videantur ei Cretenses illum honorem adhibuisse. Inscriptio sic habet :

ΑΝΙΚΙΟΝ. ΒΑΣΣΟΝ ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΚΑΜΠΑΝΙΑΣ ΔΟΓΜΑΤΙ
ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ
ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ. Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ
ΥΠΑΘΗΚΟΣ. ΤΗΣ. ΚΡΗΤΩΝ
ΕΠΑΡΧΙΑΣ. ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Anicium Bassum V. C. proconsulem Campaniae, decreto conventus totius provinciae Oecumenius Dositheus Asclepiodotus V. C consularis (nam versu pen. legendum ΥΠΑΤΙΚΟΣ, uti de eodem est eadem p. n. 11, & p. 1094; ex qua etiam docemur in tota inscriptione non Σ sed C fuisse, ut illa aetate, scalptum) *provinciae Cretae erexit*: id est statuam Anicio Basso excitavit : hoc enim significare videtur, quod in inscriptionibus legi solet, ἀνατῆσαι τὸν δεῖνα. Verum quae hactenus notavi, cave aliter quam tenuis conjecturae loco habeas.

Digitized by Google

Carminianae, qua nunc Neapolis universa perluitur. Ad eam huc e longinquo perducendam aquaeductus ad orientem veteris Capuae adhuc conspiciuntur. Aqua haec Iulia non est confundenda cum aqua Augusta: illam in Campanorum, hanc in Romanorum commodum in Marciae rivum opere subterraneo, uti testatur Frontinus de Aquaed. corrivavit Augustus. De hac memini me legisse legem quamdam in cod. Theod. ubi aqua Augustea appellatur non sine mentione Campaniae. Verum ne forte propter Campaniae mentionem aquam Augusteam cum Iulia Campana permisceas: scito Campaniam Romanam in ea lege esse capiendam, cuius posteriore aetate frequens appellatio fuit. De agro vero populi Campani publico, quem Caesar divisit, quod Velleius ait: *Eius relicti erant publici*, doctissimi viri illud *Relicti* non intelligentes, in *Reliqui*, aut tale aliquid mutare voluerunt. Sed non est ea lectio sollicitanda: nam sic etiam Suetonium in Iulio cap. 20 locutum esse video: *Agrumque*, inquit, *Campanum ad subsidia reip. vectigalem RELICTVM divisit*. Estque omnino verbum agrarium, ut ager *relictus* is sit, qui non est *assignatus*, quae duo sibi invicem adversantur. Id quod etiam in fragmento legis agrariae legitur apud Grut. p. 202, linea XI, ubi ADSIGNAVERVNT. RELIQVERVNT tanquam invicem sibi adversantia ponuntur: & saepissime in eandem sententiam apud scriptores agrarios: ut mirer de ea voce apud Velleium viros doctissimos tantopere sollicitos. Atque haec altera fuit ab Octaviano hic instituta colonia.

LX Sed cum non dum per id tempus Caesar esset Augusti cognomen consecutus: necesse est & tertiam comminisci post pugnam Actiacam, cum iam Augustus diceretur. Alioqui quo pacto Capua *Augusta* esset ab eo cognominata? Scio responderi posse Capuam, cum fuisset olim ab Octaviano deducta, tum demum *Augustae* cognomentum arripuisse, cum Caesar ipse Augustus dici coepisset. Sed hoc mihi non fit verisimile, nec vero Sigonio, qui lib. III de iure Italiae cap. 4 colonias cognomento Augustas non ante Actiacam pugnam fuisse adscriptas putat: cuiusmodi per Italiam plurimas Augustus constituit: *Vrbe*, inquit Suetonius, *urbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero a se deductarum frequentavit*. Hae solum, censeo, post victoriam Actiacam deductae, eae demum Augustae audiebant: nam si cum praecedentibus etiam Augustae cognomen communicare perges, vix ulla profecto invenietur urbium Italicarum, quae non Augusta diceretur.

LXI Verum quid ego iam ratiocinatione opus habeo, cum veterum possim auctoritate pugnare? Alter de coloniis libellus, qui *Iulii Frontini Siculi* inscribitur, etsi habet quaedam depravatissima, est tamen ubi ferat percommode is quoque suppetias. Nam cum in altero magis trito de coloniis libro diceretur: *Postea Caesar in iugeribus militi pro merito dividi iussit*: primum incertum erat de patrene, an de filio ser-

Digitized by Google

mo esset, tum, si de Caesare Octavio, dubitari poterat utrumne ante, an post adeptum principatum ea esset transacta assignatio. Ecce autem in altero, quem supra commemoravi, libello inepte quidem Syllanae res cum Augusti commiscentur, sic tamen, ut intelligas ad Augustum esse aliquam assignationem referendam. Sic enim habet: *Ager eius lege Sullana fuerat assignatus a Caesare Augusto in iugeribus: sed postea militibus dividi iussus est pro merito.*

LXII Atqui ficulnea istaec omnia argumenta censebis prae auctoritate Plinii, quam subiungo. Is lib. XVIII, cap. II, cum alicae omnium probatissimae, quae a Campanis fiebat, modulum rationemque praescriberet, haec ait: *Postea (mirum dictu) admiscetur creta, quae transit in corpus, coloremque & teneritatem affert. Invenitur haec inter Puteolos & Neapolim in colle Leucogaeo appellato. Exstatque DIVI AVGVSTI decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, COLONIAM DEDVCENS CAPVAM. Adiecitque causam afferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse.* Adversus tam luculenta Plinii verba quid magnopere afferri potest, contra tertiam hanc ab Augusto deductam coloniam? Nisi hoc fortasse respondeas, Plinium quidem Octavianum voluisse dicere, qui quoniam suo iam tempore Augustus appellabatur, idcirco prolepsi usum, Augustum eum nuncupasse. Sed si verba Plinii attentius intueare, non hîc anticipationi locus invenietur. Primum cum ait, *Exstatque Divi Augusti decretum*, eius decreti epigraphen expressisse videtur, quam inter decreta eius principis in unum volumen post eius mortem compacta is legerit: nam consecrati iam principes non alio quam Divi praenomine decorabantur. Deinde illud *e fisco suo* (quae verba videtur quoque Plinius fideliter e decreto exscripsisse) quo pacto potest in Octavianum ante Actiacam victoriam convenire? Nam ante illud tempus etsi omnia pro sua voluntate moderabatur, tamen, quod nondum monarchiam esset adeptus, fiscum nondum habere dicebatur. Accedit hoc etiam quod ab Octaviano tot bellis ante conflictum Actiacum distento aliena prorsus videtur haec περιεργία de alica cogitandi, ac de Leucogaeo colle Campanis tribuendo, quo alicam possent conficere. Demum si hanc a Plinio indicatam coloniam cum praecedenti confundendam putas: cur Velleius, cur Dio, qui de illa proxime superiore tam curiose scripserunt, ut etiam ad terram Gnosiam & aquam Iuliam memorandam stilum demitterent, nullam tamen ibi de colle Leucogaeo mentionem adiecerunt?

LXIII Haec demum tertia Octaviani iam Augusti appellati est assignatio, a qua nostra colonia ex S. C. Augustae cognomen est assecuta: quod cognomen, uti dicebam, absque hoc amphitheatri nostri titulo esset, adhuc ignoraretur. Et cum superiores duae ab Octaviano deductae coloniae militares fuissent: tertia militarisne, an civilis fuerit, haud fa-

Digitized by Google

facile dixerim. Si ad eos ſpectes, qui ſunt deducti, magis eſt ut militarem appelles, quia veteranis praemia per eam coloniam perſolvebantur. Sed tamen militarium civiliumque diſcrimen magis a deducendi modo, quam ab iis, qui tranſcribebantur, dependebat.

AVCTARIVM PRIVS.

De Campana pertica, eiuſque praefecturis.

LXIV Pertica, quae & Vniverſitas appellatur, verbum eſt agrarium, atque univerſum coloniae territorium, quod colonis aſſignatur, ſignificat: hoc vero differt a praefectura, quod haec id demum eſt, quod, deficiente coloniae territorio quod novis colonis aſſignetur, ex alterius oppidi finibus decidatur, ac perticae id eſt primae aſſignationi applicatur. Hyginus in Gromatico de limitibus conſtituendis: *Quibuſdam deinde coloniis perticae fines, hoc eſt primae aſſignationis, aliis limitibus, aliis praefecturae continentur.* Sic enim hunc locum legit Salmaſius in Solinum p. 673 D. Ex quo intelligitur primam aſſignationem perticam fuiſſe appellatam: dein quidquid huic ex vicinia adiunctum, id fuiſſe praefecturam. Frontinus de limitibus agrorum p. 43 edit. Goëſ. *Solum autem quodcumque coloniae eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur. Quidquid huic univerſitati applicitum fuerit ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum ſive cultellatum fuerit, praefectura appellatur.* Nec pluribus exemplis, quae ſunt apud agrarios ſatis obvia, neceſſe exiſtimo. Niſi quod diagramate rem illuſtravi, quod in tabula invenies.

LXV Illud quoque ſcitiſſimum eſt primarios perticae, id eſt agri colonici limites, a quibus ceteri dependerent, fuiſſe duos, Kardinem & Decumanum, quorum ille in ſeptentrionem id eſt mundi cardinem, unde & nomen invenit, hic in orientem dirigebatur: atque ab his duobus limitibus normaliter ſe diſſecantibus tota limitatio inchoabatur, poſita in medio groma, quo etiam loco, & coloniae foro (ſi quidem civitas exſtruenda eſſet) locus deſignabatur. Nam iterum dico: civitas cum circumiacente territorio id totum Pertica, Vniverſitas, ſive Colonia appellabatur. Vide interim in tabula Kardinis & Decumani typum.

LXVI Quorſum haec? inquies: nimirum ut intelligatur quid illud ſit quod in Hygini libro de limit. conſt. p. 153 edit. Goëſ. legitur: ſic enim habet: *Quidam agri longitudinem ſecuti, & qua longior erat fecerunt Decumanum: quidam in totum converterunt, & fecerunt Decumanum in meridianum, & Kardinem in orientem, ſicuti in agro Campano, qui eſt circa Capuam.* Prope eadem, atque Hyginus, habet fragmentum de limitibus p. 215 in hunc modum: *Kardo nominatur, quod directim*

Digitized by Google

ad cardinem caeli est. Nam, sine dubio caelum vertitur in septentrionali orbe. Postea hoc ignorantes nonnulli aliud secuti sunt, ut quidem agri magnitudine, qua longior erat, fecerint Decumanum. Itaque nostram quidem plagam spectant, sed ita adversi sunt, ut sint contra septentrionem: ut in agro Campano, qui est circa Capuam, ubi est Kardo in oriente, & Decumanus in meridiano.

LXVII Qui duo auctores hoc inter se habent commune, quod, cum in ceteris coloniis Kardo ad boream, Decumanus ad orientem solem converteretur, contrariam in agro Campano, aliisque nonnullis adhibitam rationem affirmant. Ceterum hoc inter sese diversi abeunt, quod Hyginus Campani agri limitatores iis accensere videatur, qui longiorem fecerint Kardinem, quam Decumanum: contra fragmenti auctor hoc illos secutos ait, quod & alii nonnulli, ut Decumanum eo direxerint, quo maior longitudo sese diffunderet. Itaque secundum fragmenti auctorem ager Campanus magis ad polos mundi sese porrigebat: at vero secundum Hyginum in orientem magis ager Campanus, quam in aquilonem patebat. Vtra ex his dictio verior? Equidem nullus dubito, quin fragmenti huius agrarii verior ῥῆσις exsistat. Nam etsi, ut veteris Capuae positus satis declarat, a septentrione Tifata arctabant (neque enim, ut opinor, trans ea iuga Capua ante Octaviani assignationes suum territorium continuabat, quando Transtifatinus ager Saticulae ibi a Peregrinio positae, aut certe alteri oppido assignandus mihi videtur) tamen in meridiem longissime is ager explicabatur. (24) Contra vero altera ab occidente in orientem dimensio fuit brevior, cum ex una parte Casilini, ex altera Calatiae ad viam Appiam adsitae territorium coërceret. Ita Campanus ager scamno, quam strigae, quae sunt merae voces agrariae, propior fuisse videbitur.

LXVIII

(24) Plinius lib. XVIII, cap. II de amplitudine agri Campani haec habet: *Campus est subiacens montibus nimbosis, totis quidem XL M. passuum planitie.* Nulli quidem dubium, quin neque longitudo neque latitudo agri Campani, sed planities seu area in passibus quadratis ab eo isto modo definiatur. Sed vel ex eo tamen intelligas longissime eum agrum in meridiem patuisse. Quod quidem πλάτος in hunc modum demostro.

Si ponamus agri Campani planitiem, quae milliaria XL quadrata, teste Plinio, colligebat, fuisse omnino quadratam, aequalibusque lateribus terminatam: necesse erit agrum Campanum sex milliaria cum semisse in longum totidemque in latum numerare; nam huius numeri XL non alia radix quadrata, ut arithmetici loquuntur, invenietur, quam ferme VI S. id est milliaria sex & semissis. Quare cum longe minus quam milliaribus VI S. ab occidente in ortum is campus pateret, quippe quem ex una parte Casilinensis, ex altera Calatinus coërceret: hinc fit in meridiem longissime fuisse protensum. Et quidem Laboriae, quae pars fuit Campani agri praestantissima, Cumas, Puteolosque propius, quam Capuam, pertingebant. *Finiuntur* (ait ibidem Plinius.) *Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis, & quae a Cumis Capuam ducit.* Verum quid his immoror cum apertissime idem accuratissimus Scriptor lib. XXXV, cap. 15 agrum Campanum in Leucogaeos usque colles continuet? *In Italia quoque* (ait ibi Plinius de sulphure) *invenitur in Neapolitano Campanoque agro, collibus qui vocantur Leucogaei.* Idcirco in Neapolitano Campanoque agro eos colles posuit Plinius, quia utrumque agrum contingebant. Ceterum ad utros eorum is collis pertineret, paullo post explicabitur. Imo ad mare usque ager Campanus diffundebatur, uti constat e Livio XXVIII, 46 tradente partem agri Campani a fossa Graeca ad mare fuisse divenditam.

Digitized by Google

LXVIII Quae cum ita sint, videndum porro, utrum Hygini sententia commoda explicatione iuvari possit, & cum fragmenti auctore conciliari. Et ita prorsus necesse est, si accuratius illius verba perpenderis: & verba illa *quidam in totum converterunt* perspicuitatis gratia intra parenthesim legas in hunc modum: *Quidam agri longitudinem secuti, & qua longior erat, fecerunt Decumanum (quidam in totum converterunt, & fecerunt Decumanum in meridianum, & Kardinem in orientem) sicuti in agro Campano qui est circa Capuam.* Sensus est, quosdam maiori longitudini accommodasse Decumanum, sicut in agro Campano, quosdam vero IN TOTVM CONVERTISSE, id est non solum Decumanum ad meridiem direxisse, quando maior eo longitudo protendebatur, sed semper Decumanum meridiano aptasse. Eaque verissima demum est Hygini sententia.

LXIX Sed spinosiora ista decempedatoribus relinquamus, & Frontinum potius lib. de coloniis idem testimonium perhibentem audiamus: *Ager*, inquit, *Campanus limitibus Gracchanis in iugera N.* ec. *Kardo in orientem, Decimanus in meridianum.* Quis non statim videt Frontinum de eodem agro Campano locutum, de quo Hyginus, de quo fragmenti agrarii auctor dixerant Kardinem in orientem, Decumanum in meridianum misisse? Et tamen ille acerrimus aliorum insectator Goësius in indice geographico, ad agrum Campanum nescio quem in Brutiis, quem nemo hactenus ne fando quidem audivit, eum Frontini locum refert. Scio quid virum doctum transversum egerit; viderat in Frontino titulum paullo ante praefigi in hunc modum: PROVINCIA BRVTIORVM, hinc quae subiiciuntur omnia relegavit ad Brutios. Quae ratio si valeret, etiam *Ager Beneventanus* &c. qui statim sequitur, ad Brutios esset reiiciendus.

LXX Age vero qui sunt in Frontino *limites Gracchani?* An Gracchus omnium primus Capuae coloniam collocavit? Lauredanum quidem ita sentientem supra p. 7 refutavimus, quod Appianum auctorem produceret, qui nunquam tale aliquid somniavit. Fortasse tamen viro docto Frontini locus animo insederat, pro quo Appianum laudavit, quod hic copiose Gracchanam scripsisset historiam. Sed cum de constituta hic a Graccho colonia nemo alius testis adstipuletur, quidvis potius de *limitibus Gracchanis* cogitandum puto. Satis fortasse fuerit nonnullam nostri agri laciniam fuisse per Gracchana tempora praecisam: iustam vero coloniam ab eo hic constitutam, id vero nego.

LXXI Ac de Campana pertica hactenus. Nunc praefecturas aggrediamur. Quarum nonnullas veteres nos scriptores docebunt: unam vero potissimum adhuc inedita inscriptio suppeditabit: reliquas, si quae fuerunt, obscura nox premit. De Calatia Frontinus: *Calatia oppidum . . .*

colo-

Digitized by Google

coloniae Capuensi a Sulla Felice cum territorio suo adiudicatum olim ob hostilem pugnam. Ecce Felix ille Sulla, cum agrum Campanum ad reip. subsidia relictum assignare nefas putasset, satius habuit Calatiam (eam, opinor, quae viae Appiae adiacebat, uti supra notatum, nam altera Calatia Transtifatina una fuit e praefecturis R. quas Festus recenset) cum suo territorio Capuensi coloniae ab se deductae adiudicare. Atque ea una fuit e Campanis praefecturis.

LXXII Quid porro Octavianus? ter huc transcripta colonia, an glebam unam agri Campani ab eo inventam putas, quam militibus assignaret, cum ante eum una paterna assignatio totum Campanum, insuper & Stellatem exhausisset? Itaque, quod reliquum fuit, e vicinorum oppidorum finibus decisas lacinias Campanae perticae haud dubie applicuit, quas Campanas praefecturas appellatas oportuit. Idem infortunium Mantuae, Servio teste, obvenerat: nam cum Cremonensis ager veteranis illuc ab Augusto deductis non sufficeret, e Mantuano territorio pars decisa, & Cremonensi perticae applicita, praefecturae Cremonensis nomen invenit: unde poeta conqueritur:

Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.

Scimus ab Octavio publicum reip. Campanae agrum coëmtum, quem assignaret: sed quantulum id fuit prae tam frequentibus legionibus huc deductis? Quare fieri non potest, quin multas huiusmodi Augustus praefecturas constituerit. Ex iis unam Plinio debemus, qui lib. XIV, cap. 6 ait: *Falernus ager a ponte Campano, laeva petentibus Vrbanam coloniam Syllanam, nuper Capuae contributam, incipit*. Plinianum istuc NVPER noster Peregrinius in Campan. Fel. p. 465 ad Plinii refert aetatem: a quo ego dissentio. Quid enim? an Flaviis imperantibus, Capuam iterum deductam coloniam comminiscemur? Neque enim alia causa esse potuit, cur Vrbana cum suo territorio Capuae attribueretur. Quare vide an non illud NVPER ad ultimam Augusti coloniam, de qua idem Plinius XVIII, 11 meminerat, sit referendum: NVPER autem de Augusti aetate idcirco usurparit, quia *coloniam Syllanam* tanto antiquiorem Augusto proxime nominarat. Et ceteroqui Cicero adverbium NVPER pro multo longiore temporis intervallo posuit (25), praeut ab Augusto ad Plinii aetatem: sic enim ille in 1 de Divinat. *Neque ante philosophiam patefactam, quae nuper inventa est, hac de re communis vita dubitabit*. Verum nihil est necesse Plinianum NVPER ad Augustum referre, cum proxime ante Plinium Nero nostrae coloniae supplementum adiecerit; uti patet ex Tacito XIII annal. 31 quem locum exposui

p. [illegible]

(25) [Hinc intelligitur, quam immerito Manutius commentario epist. 3 lib. IV ad Att. *nuper* de quinquennio, quod inter Lentuli, & Pompeii consulatus interceſſit, vetet intelligi illis verbis Milonianae orationis: *Haec eadem fere longo intervallo conversa rursus est in me, nuper quidem, ut scivis, ad Regium puero confecit*. At idem Cic. *Nuper* de longo intervallo interpretabatur].

Digitized by Google

p. 15. Senſus ergo Plinii hic eſto: Vrbanam antea quidem fuiſſe a Sylla conſtitutam coloniam, id eſt: (κατὰ τεχνικὴν γλῶτταν) perticam, recens vero Campanam evaſiſſe praefecturam, quia Capuae a Nerone contributam. Deſiit eſſe colonia ſtatim ut alterius coloniae facta eſt praefectura.

LXXIII. Cum autem Vrbana cum ſuo agro Capuae contributa eſſet, an putas interiacentem interim coloniam Caſilinum immunem ab eo infortunio fuiſſe? Atqui ei oppido, ſi cui alteri, Virgilii decantatiſſimum illud accommodari poteſt:

Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae.

Quin potius, inquies, milites ſuos Octavius ac Nero Vrbanam aut Caſilinum deduxiſſent, quam earum agros in Campanas praefecturas redegerint? Nimirum quia modo ex Appiano didiceramus, inter cetera tumultuantis exercitus poſtulata hoc fuiſſe, ut in optimas ac florentiſſimas quiſque urbes deducerentur: Vrbana vero & Caſilinum obſcuriores erant, quam ut inter octodecim promiſſas militibus civitates numerarentur. Caſilino autem non ſolum vicinia nocuit, verum etiam quod eo paullo ante, omni coloniarum iure turbato, coloniam tranſcripſerat hoſtis Octavii Antonius, ut ex altera Philippica cognoſcimus. Itaque nihil ille habuit antiquius, quam ut Caſilinenſi agro Capuae adiudicato eam coloniam labefactaret. Atque eam potiſſimum ſuiſſe cauſſam exiſtimo, cur Caſilinum in dies magis magiſque decreſceret, ita ut a Plinio lib. III, cap. 5. non alio plane nomine, quam *morientis Caſilini reliquiae* appellentur. Idem & Vrbanae, idem & Calatiae ad viam Appiam poſitae uſuvenit, quae, ex quo Campanae evaſerunt praefecturae, peſſum ivere; ita ut vix quem locum inſederint, nunc demum ſciamus.

LXXIV. Hae ſunt in Campana colonia praefecturae ad orientem & occaſum poſitae. Ad meridiem vero etſi longiſſime ad mare uſque pertica pertinebat, & ad colles uſque Leucogaeos, uti ſupra, auctore Plinio XXXV, 15 tradidimus [ubi idem ager Neapolitanus ſimul & Campanus dicitur (V. locum);] tamen ea quoque parte aliqua acceſſio facta tum, cum Auguſtus coloniam deducens Capuam, collem Leucogaeum Capuae attribuit. Id quod ex alibi recitatis Plinii verbis planiſſime percipio. Dixerat XVIII cap. XI. in alica conficienda cretam adhiberi, quae in eo colle effoditur: tum ſubiicit: *Exſtatque Divi Auguſti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis PRO EO* (ſupple colle Leucogaeo) *numerari iuſſit e fiſco ſuo, coloniam deducens Capuam.* Satis ex hoc percipitur collem ipſum, non tantum effodiendae cretae poteſtatem, Campanis contributum; quoniam PRO EO annua vicena millia iuſſit annumerari. Pergit vero Plinius: *Adiecitque cauſſam afferendi, quoniam negaſſent Campani alicam confici ſine eo metallo poſſe.* Ad quem locum ingenioſe, uti ſolet, Pintianus ait: *Si verbum afferendi Plinianum eſt, quod dubito, magis eſt ut legatur auferendi.* Nihil verius; nam ſoni affinitas duorum elemen-

mentorum V & F fecit, ut alterum pro altero irreperet; & *cauſſam auferendi* (a Neapolitanis collem Leucogaeum, eundemque Campanis attribuendi) ſtatim ſubiungit Plinius: *Quoniam negaſſent Campani &c.*

LXXV Poſſem & alias praefecturas ſuſpicione adipiſci. Sed quid magnopere lucri in meris coniecturis aucupandis? Itaque ad arctoam plagam tranſeamus, & praefecturam hanc cum publico communicemus: quam ex inedita inſcriptione, quae in Ponte Latronis (an Latonae?) in agro Calatino exſtat, modo expiſcabar: quam epigraphen vir amiciſſimus Silveſter a S. Ioanne nuper ad me tranſmiſit. Eſt autem talis:

D. M. S
C. TERENTIO
C. F IL. PAL
CARINO
PR. I. D. MONTIS
DIANAE. TIF
C. TERENTIVS
HYPERCOMPVS
FILIO. BONO
CONTRA VOTVM

Clauſula illa CONTRA VOTVM, ut ab extremo ordiar, hanc habet ſententiam, quod pater filio ſuperſtes monumentum poneret, id contra votum cecidiſſe: cum contra optandum fuiſſet, ut patri filius parentaret: qui affectus eſt in ſepulcralibus titulis non infrequens. Iam vero quod patri graecum cognomen (idque plane novum, quod hominem iactabundum notat) filio latinum: quod hic in Palatinam tribum adſcriptus fuerit, pater non item: indicio eſſe poſſunt patrem libertinae fuiſſe conditionis. Nam, ut alibi dicam, raro liberti in tribum relati inveniuntur, libertorum vero filii paſſim, ac fere in Palatinam, ut in hoc marmore. Verum haec obiter.

LXXVI Illud vero, quod maxime ad rem noſtram pertinet, quod Carinus ille Hypercompi filius dicitur PR. I. D. ideſt *Praefectus iuri dicundo* MONTIS. DIANAE. TIFatinae: ex eo duo maxime percipimus. Primum ignoratum antea oppidum, ſive pagorum congeries ea fuerit, prodit in lucem, cui olim MONS DIANAE TIFATINAE fuiſſe no-

Digitized by Google

nomen haec epigraphe docet: sed per Theodosiana tempora, quando Peutingerianas tabulas confectas viri doctissimi suspicantur, *Addiana* appellebatur. Sic enim in IV segmento eius tabulae invenio. Ibi montes, qui Capuae imminent, sunt indubie Tifata. Quem montem transgresso statim occurrunt laeva *Addiana*, dextra *Iovis Tifatinus*, retro *Castra Aniba*. Vnde intelligimus Dianae Iovisque fana non obscuris sive oppidis, sive pagis dedisse originem. In aliis quoque Campanis inscriptionibus pagi IOVEI mentionem factam deprehendi. Cumque in ea tabula trans Tifata, & cis Volturnum duo haec oppida ponantur, crediderim eodem loci, non vero, quod vulgo sibi persuadent, citra eum montem Dianae Tifatinae celebre fanum exstitisse (idemque de Iove Tifatino dicendum) maxime cum Dianae Tifatinae aedem XXX a Capua stadiis removeat Pausanias V, 12, cui, utpote αὐτόπτῃ magis credo, quam male intellecto Leonis Marsicani testimonio (26).

LXXVII [Nec temere hoc est, quod ea tota regio *Addiana*, & qui imminet MONS DIANAE TIFatinae sit appellatus: nam ex nostro Velleio II, 25 discimus totam eam regionem Numini Dianae sacratam h. e. ἱερὰν καὶ ἄτυλον in eundem modum, quo (ex Spanhem. de praest. & usu num. pag. 781 med.) non tantum Dianae Ephesinae templum, sed & adiacens regio (cuius fines saepe immutatos tradit Strabo lib. XIV) ἱερὰ καὶ ἄτυλος fuit. Sic apud Sp. pag. 782 fin. ΠΕΡΓΑΙΑΣ. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. ΑΣΥΛΟΥ. &c. Crediderim in haec *sacrata* loca undique concurrisse ἀτυλίας caussa: hincque oppidum *Addianae* coaluisse]

LXXVIII Ecquid vero iam vetat, quin oppidum [*Addiana*, sive] MONTIS DIANAE TIFatinae una cum suo territorio (ubi hodie *Sarzano* appellant) una fuerit e Campanis praefecturis? Nam etiam absque hoc marmore, satis loci vicinia suaderet, totum eum tractum perticae Campanae fuisse applicitum. Nunc cum epigraphe dicat Carinum fuisse ibi *praefectum iuri dicundo*, dubitamus adhuc, quin ea fuerit una e nostris praefecturis? Ecce vero Siculus Flaccus, qui aliis Saeculus appellatur, rerum agrariarum scriptor haud poenitendus, & haec inscriptio mutuam sibi lucem afferunt: colonicas enim praefecturas inde appellatas Flaccus affirmat, quod in eas praefectos iuri dicundo coloniae magistratus mitterent: quem Siculi locum cum mire ab aliis vexatum comperiam, bene est quod inscriptione nostra illustrior evadet.

LXXIX Proderit autem integrum Siculi locum huc adscribere ex pag. 21. edit. Goës. *Illud praeterea*, inquit, *comperimus*, *deficiente numero militum veteranorum agro*, *qui territorio eius loci continetur*, *in quo*

G vete-

(26) Leo Chron. Cas. I. 37 ait, ecclesiam S. Angeli ad Formam antea dictam fuisse *Ad arcum Dianae*. *Quia*, inquit, *templum eiusdem Dianae inibi fuit*. Quod intelligendum, in vicinia id templum fuisse: alioqui non *Ad arcum Dianae*, sed *Ad Dianae* sive *Ad Dianam* ibi dictum fuisset.

Digitized by Google

veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis (conditores) *divisisse & assignasse. Horum etiam agrorum, qui ex vicinis populis sumti sunt, proprias factas esse formas . . . . Quae singulae praefecturae appellantur ideo, quoniam singularum regionum divisiones alii praeferunt* (27) *VEL EX EO QVOD IN DIVERSIS REGIONIBVS MAGISTRATVS COLONIARVM IVRISDICTIONEM MITTERE SOLITI SVNT* (28). *Attamen omnes quarum coloniarum cives acceperunt, eius perticae appellabuntur* (veluti quod de agro Mantuano deciditur, ut colonis Cremonam deductis dividatur, praefectura Cremonensis, non Mantuana id dicitur). *Ergo praefectura illa dicitur, cuius* (29) *territorio ager sumtus finierit perticam illam, tanquam coloniam illam, ubi civis deductus fuerit* (30). Quem sane locum non eo fusius exscripsi, quod eo integro magnopere indigerem: sed partim ut a pravis emendationibus vindicaretur, partim etiam ut praefecturae notio, quam supra tradidi, melius perspiceretur. Ceterum ea solum quae grandioribus literis exhibui, ea maxime rem nostram contingunt.

LXXX Verum is, quem toties laudavi, Wilelmus Goësius Antiq. agrar. cap. 12, p. 111, & 112 verba illa Siculi maioribus a me literis modo exarata: *QVOD IN DIVERSIS REGIONIBVS MAGISTRATVS COLONIARVM IVRISDICTIONEM MITTERE SOLITI SVNT*, Siculi non esse arbitratur. Imo eo etiam confidentiae evasit, ut in Siculi textu p. 21 eum locum, veluti *γοθείας* manifestum, duobus uncinis coërcue-

(27) Etymon praefecturae, quod tradere vult Siculus, hanc dictionem in mendo cubare satis arguit. Goësius rescribit *praefecerunt*, & praefecisse idem vult esse, quod praetexere, quod nemini puto probatum iri. Verisimilius Salmasius ad Sol. sic restituit: *quoniam singularum regionum divisioni alii praefuerunt.*

(28) Rigaltius in notis hunc locum sola *τῦ Ad* adiectione sic restituit: *Ad iurisdictionem mittere* &c. Verum quod id ad eas refert praefecturas, in quas praefectos ab Roma mitti Festus ait, fallitur, uti postea dicam. Salmasius ad Sol. rescribit: *Quod in diversis regionibus magistratus coloniae iuri dicundo mittere solitae sunt.* Quam correctionem probarem, nisi a textu longius abiret. Sed tamen nihil mutari velim: nam etiam sic, ut in vulgatis legitur, sensus sibi optime constat, etenim *Iurisdictio* eos etiam notare possit qui iure dicundo praesunt. Quemadmodum apud inferioris aevi scriptores *Iustitia* pro *iudice* usurpatur, cuius rei exempla vide apud Cangium in glossario. [In actis sinceris SS. Epipodii & Alexandri apud Ruinartum n. IV *Potestas eos increpat*, &c. id quod hodieque Itali dicimus *il podestà* pro eo qui iudicandi habet potestatem.] Et innumerabilia porro apud melioris aevi scriptores sunt istiusmodi abstracta pro concretis, ut *servitia*, *opera*, *ministeria*, *auxilia*, *custodiae*, *vigiliae*, *excubiae*, & alia in eundem modum. Eadem ratio est vocabuli *officium* apud veteres iureconsultos, quod pro officialibus, quos vulgo dicimus, saepissime ponitur, uti sunt illae locutiones, *deponere apud officium*, *cavere officio*, *vel apud officium*. Suetonius in Vespasiano cap. 21: *Perlectis epistolis, officiorum omnium breviariis.* Mitto quod in libris legum *officium* modo pro irenarchis sumitur, modo pro apparitoribus, aut ministris magistratuum ac praesidum: unde *officium praesidale*, *cohortale*, *comitianum* &c. Haud absimilis esto hic *iurisdictionis* notio. Ergo *iurisdictionem mittere* apud Siculum idem esto, si me audis, quod *praefectos iuri dicundo mittere*. Ita, opinor, *ἰδιοτικῶς* dicebatur. Nam, quantum perspicio, agrariae rei scriptores non alia quam idiotica utuntur dialecto.

(29) Nescio cur istud *cuius* conflarit Goësius in voces duas in hunc modum *cum alterius*. Cui bono?

(30) Postrema etiam haec Siculi verba nescio cur Goësius vitiosa putet. Sensus est: Praefectura est, e cuius territorio ager sumtus finierit, id est applicatur perticae, seu coloniae. Nam synonyma haec esse, perticam & coloniam initio dicebam.

Digitized by Google

cuerit. Putat ergo vir doctus praefecturas, de quibus Siculus, nihil praeter nomen habuisse cum praefecturis iuri dicundo, de quibus loquitur Festus, commune: ac Turnebi etiam 1 Adverſ. cap. 11 auctoritate ſe tuetur: qui liber mihi non eſt ad manus. Sed falli Goëſium noſtra haec epigraphe declarat, qua Carinus ille dicitur praefectus iuri dicundo montis Dianae Tifatinae, ideſt eius regionis, quae cum antea fortaſſe ad Saticulam in eo tractu poſitam pertinuiſſet, poſtea in Octaviani aſſignationibus, deficiente territorio, perticae applicita atque aſſignata fuerit: atque ob eam cauſſam praefectura appellata; quia a coloniae Campanae magiſtratu, ut Siculus docet, iuriſdictio, ſeu praefectus iuri dicundo eo mittebatur. Vera ergo eſt Siculi Flacci originatio, quam Goëſius uti ſpuriam expungit: praeſertim cum nullum is veterem librum producere poſſit, a quo exſulent ea verba. Vt omittam quod Goëſiana praefecturae etymologia eſt, ſi quod aliud, ineptiſſima: praefecturam vult ita appellatam, quod perticae praeficiatur, ideſt praetexatur, ſeu praetendatur: & nullo adhibito teſte novam nos eius verbi ſignificationem docet: quae ſunt aegri ſomnia.

LXXXI Colonicae iſtius modi praefecturae diverſae prorſus ab iis ſunt, in quas ab Roma praefecti mittebantur, quarum catalogum nobis Feſtus contexuit, & quarum una quoque olim Capua fuit: & tamen ad earum ſimilitudinem ſunt appellatae, & vero etiam fuere. Nam cum coloniae per omnia principem urbem imitarentur: hinc factum, ut, ſicut in civitatem agro multatam praefecti ab Roma mittebantur, ſic in ea oppida, cuius ager alteri coloniae eſſet adiudicatus, eiuſdem coloniae magiſtratus iuriſdictionem, ut ait Siculus, ſeu praefectos iuridicundo mitteret. Eoque etiam trahi poſſe videtur inſcriptio Gaditana apud Grut. p. 195, 4:

L. FABIVS. L. F. GAL. RVFFINVS
II. VIR. PRAEF. IVR. DIC. AB. DE
CVRIONIB. CREATVS. D. D

Non enim in hoc epigrammate duumviratus & praefectura iuri dicundo unus fortaſſe idemque ſunt magiſtratus: nam nec facile *II. VIR. PRAEFectus Iuri Dicundo* coniunctim legitur: nec alii erant II-viri, qui non iure dicundo praeeſſent, ad quorum diſcrimen hoc additamento opus eſſet. Sunt ergo fortaſſis duo diverſis temporibus geſti honores: & a maiore ſemper ordiri ſolent inſcriptiones, & gradatim ad minores deſcendere, ſicuti hic prius de duoviratu (31), poſtea de praefectura fit mentio.

(31) Ciceronis aetate quatuorviri Gadibus ſummo iure praeerant: nam in Aſinii Pollionis epiſtola ad M. Tullium x ep. fam. 32 comperio Balbum minorem cum alia multa ibi flagitioſe feciſſe, tum vero *quatuorviratum* ſibi in ea urbe prorogaſſe. Sed poſtea mutatum haec inſcriptio docet: ſicuti & Capuae fuit cum quatuorviri pro duoviris eſſent: & alibi etiam id uſuveniſſe puto, ut quandoque ad IIII-viros, alias ad II-viros rerum ſumma perveniret.

Digitized by Google

tio. Et quidem municipium, non colonia Gades fuit, idque longe florentiſſimum, ut Strabonis aetate quingenti in ea equites numerarentur. Et anguſto a Gadibus freto Peraea Gaditanorum in continente regio ſeiungebatur: cuius regionis oppida Pomponius Mela, qui inde domo erat, non pauca prodidit. In ea ſuae ditionis oppida a Gaditanis decurionibus more Romano praefectos iuri dicundo miſſos mihi perſuadeo. Vnus ex iis praefectis fuerit forſan olim L. hic Fabius Ruffinus: & quidem, ut inſcriptio praefert, a decurionibus creatus: qui deinde etiam ad Gaditanum duumviratum perrepſit.

LXXXII Iam vero Salmaſius ad Solinum p. 673. etſi traditam a Siculo Flacco praefecturarum a praefectis iuri dicundo etymologiam non improbat: turbat tamen immenſum, quod hoſce praefectos iuri dicundo ab ea civitate, cuius ager ille erat, antequam vicinae coloniae adiudicaretur, miſſos putat. Sed fallitur. Nam primum ſaepiſſime ipſa etiam oppida vicinae coloniae adiudicabantur, ut de Calatia & Vrbana Capuae contributis modo demonſtrabam. Et quod praefecturam eam, in qua tamdiu verſamur, Montis Dianae Tifatinae, ſeu Addianae pertinet: quis ſibi perſuaſerit, cum fanum Dianae Tifatinae Campanorum civium eſſet, cuius fani tot veteres ſcriptores meminerunt, tamen praefectos, qui in eo tractu ius dicerent, non etiam Capua miſſos? Sed ex verbis veteris legis, quam recitat Hyginus, refellitur planiſſime Salmaſius. Lex vero in hunc modum habet: *Quos agros, quae loca, quaeve aedificia, intra fines puta illos, & intra flumen illud, intra viam illam dedero, aſſignavero, in eis agris iuriſdictio coërcitioque eſto coloniae illius, cuius civibus aſſignabuntur*. Quo quid clarius poteſt excogitari?

LXXXIII Dices fortaſſe in inſcriptione dici *Praefectum I. D. Montis Dianae Tifatinae*: at vero montem illum aſſignatum colonis non videri, neque enim ſeri potuiſſe, cum ne nunc quidem ſeratur. Ex quo ſequitur illud PR. I. D. quod in marmore legitur non pertinere ad agrarias praefecturas. Sed & hic ſcrupulus facillime evellitur: nam Frontinus is, cuius verba huius auctarii initio ſunt recitata, lib. de limitibus praefecturam in hunc modum definit: *Quidquid huic univerſitati* (ideſt perticae) *applicitum fuerit ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum ſive cultellatum fuerit, praefectura appellatur*. Cultellatum vero de montibus dici in confeſſo eſt (32). Cum ergo Frontinus cultellatum a praefectu-

(32) Cultellandi verbum agrarium eſt, quod Salmaſius ad Solinum, Goëſius, Voſſius in etymol. aliique ſic exponunt, ut ſit agri inaequalitatem ad perpendiculum exigere, ita ut mente non re ad planitiem redigatur. Fuit enim antiquis perſuaſum, quod eſt veriſſimum, non plus frugum aut arborum in acclivi conſeri poſſe, quam in ſubiecta planitie, quam cognitione comprehendimus. Hinc cultellare dicebatur decempedator, cum acclivis ſoli ſuperficie neglecta, ſubiacentem aream horizonti parallelam praeceptis ſuae artis aſſequebatur. Origo vocabuli fuiſſe putatur, quod *culter* genus fuit vomeris, teſte Plinio XVIII, 18, qui rectus terram ſcindebat, relinquebatque inciſuras, *quas reſupinus in arando mordeat vomer*, ut ait Plinius. Vnde apud Vitruvium in cultro collocare, eſt ad perpendiculum ſtatuere: & *cultellare* apud ſcriptores agrarios eſt, ope per-

fecturis non excluserit: ecquid nos montem Dianae Tifatinae Campanis praefecturis accensere dubitabimus? Imo ex inscriptione, cui tamdiu immoramur, intelligimus montem illum, aut saltem tractus eius montis molliter cubantes & reclinatos fuisse tum temporis cultos. Nam cetera montis pars magis praerupta & ardua ilicetis, opinor, occupabatur, quae hodieque alicubi perseverant: a quibus illicetis suum Tifata nomen acceperunt teste Festo (33). Ac de praefecturis Campanae perticae applicitis haec, quae raptim peregi, sufficiant.

AVCTARIVM ALTERVM.

De Campanae coloniae terminis litteratis.

LXXXIV Fines perticae seu colonici territorii inscriptis cippis fuisse definiendos docet Hyginus his verbis: *Certis locis aras lapideas* (34) *ponere debemus, quarum inscriptio ex uno latere perticae applicito finem coloniae demonstrat, ex altero, qua foras exit, affines.* [Tacitus XII Annal. 24: *Quod pomoerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor. Igitur a foro boario . . . . : sulcus designandi oppidi coeptus*, &c. *inde certis spatiis interiecti Lapides*, &c.] Apud Gruterum p. 174, 6 Beneventi lapidibus pluribus sic dicitur inscriptum:

COLONIA
BENEVENTANI

Fortasse tamen COLONIAE. BENEVENTANI, vel COLONIAE. BENEVENTANE. in lapidibus illis invenietur. Ad rem vero quod attinet: Beneventani viderint utrumne in aversa illorum lapidum parte affines demonstrentur. Apud eundem Grut. p. 199, 4: HEINC. PACENSES. & in

perpendiculi agri nunc depressi nunc assurgentis libratam planitiem explorare. Sed videndum quoque an non cultellare in montibus hoc sit, eius acclivitatem in plures parvulas planities diffinderе, ac montem, ut culturae reddatur idoneus, gradatim complanare. Nam ut omittam (quod in libris agrariis saepe legitur) cultellare idem esse quod ad planitiem redigere: quid recitato Frontini loco fiet, apud quem duo haec *sive solidum sive cultellatum* tanquam sibi invicem adversantia ponuntur? quae verba qui paullo attentius inspexerit, nae is intelliget cultellatum idem videri esse, quod gradatim sectum, quod solido opponitur; quia quae inde confiunt areolae, non unam continentem ac *solidam* reddunt superficiem. sed diversae prorsus atque interruptae conspiciuntur. De qua tamen coniectura virorum doctorum esto iudicium.

(33) Festus voce *Tifata* ait: *Tifata ilicetа Romae autem Tifata Curia. Tifata etiam locus iuxta Capuam.* Quo loco illud *Tifata Curia* clarissimus Peregrinius in Campan. Fel. p. 365 de Romana aliqua curia intellexit, quae *Tifata* diceretur. Sed sine ulla controversia *Tifata Curia* apud Festum idem sunt quod iliceta Curii (fortasse illius celeberrimi viri vitae rusticae addictissimi, ducisque omnium strenuissimi) nam apud eundem Festum quo loco legitur *Mancini fana*, Scaliger e veteri editione *Mancini Tifata* rescribendum docet. Ergo ob eandem rationem in voce *Curii* pro eo quod legitur *Curii fana*, legendum *Curii Tifata*, ut idem prorsus hic sint *Curii Tifata*, quod altero illo loco, quem supra posui, *Tifata Curia*.

(34) Ara lapidea apud Hyginum aliud nihil est, quam cippus in arae modum excisus, cuiusmodi & sepulcrales cippos quotidie inspicimus ex una parte urceolum, ex altera pateram insculptam habentes; quos aras fuisse appellatos ex vetustis titulis est compertissimum.

Digitized by Google

& in oppoſito latere: HEINC. EBORENSES. [Vetuſtiſſimus is mos fuit terminos utrinque inſcribendi, a Plutarcho in Teſeo, & ante hunc a Strabone lib. III, p. 171 memoratus. Refert enim tum Ionas e Peloponneſo exactos, tum illos, qui Peloponneſum occupaverunt communi opera columnam in iſthmo Corinthiaco ſtatuiſſe ex una parte inſcriptum:

Τὰ δ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

Non hic Poloponneſus, ſed eſt Ionia.

ex altera vero parte:

Τὰ δ' ἔστι Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Hic Poloponneſus eſt, non eſt Ionia.]

LXXXV Verum ne a propoſito divagemur, quatuor Campanae coloniae terminos litteratos hactenus inveni, quorum duo Capuae, ad S. Bartholomaei unus, ad S. Germani alter proſtant, tertius apud Capuam veterem in aedibus nobilis viri Ioannis Baptiſtae de Baucio oſtii antas communit, quartus Martianiſii viſitur. Vna omnium eſt inſcriptio in hunc modum:

IVSSV. IMP. CAESARIS
QVA ARATRVM DVCTVM
EST

Et cum omnes hi parieti ſint affixi, numquid in averſo ſuo latere ſcriptum gerant, ignoramus. Vtinam vero locum, ubi quiſque effoſsus fuerit, teneremus: profecto colonici territorii fines compertos aliqua ex parte haberemus. Et inveni Tarracinae apud Gruterum p. 199, 5 cippum iisdem prorſus verbis inſcriptum, niſi quod alio poſitu lineae hoc modo procedunt:

IVSSV. IMPERATORIS
CAESARIS
QVA. ARATRVM
DVCTVM. EST

Nihil praeterea tale neque in Grutero, nec Reineſio, aut Fabretto legi.

LXXXVI Offert ſe vero hic haud levis dubitatio, ad Caeſaremne patrem, an vero ad filium noſtrates hi cippi ſint referendi: ſive, ut idem aliter efferam, utrumne Campanam perticam, an praefecturas definiverint. Rigaltius in notis ad hunc Hygini locum pag. 204 edit. Goeſ. *Menſura*, ait ibi Hyginus, *territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti, QVA FALX ET ARATER IERIT*: in notis, inquam, ad eam legem Rigaltius nihil de FALCE quid ibi ſignificet ſollicitus (35), tan-

(35) FALX in ea lege non meſſoria mihi videtur intelligenda: non enim dicere vult Hygipus eas tantum ſoli partes eſſe metiendas, quo falx ad demetendum immittitur, & aratrum ad ſcindendam terram, id eſt tantum cultas ſoli partes: hoc ſi lex innuiſſet, prius de aratro, tum de falce meminiſſet, cum ſtultiſſimum ſit eo falcem immittere, ubi non ante ſeveris: tale ὕστερον πρότερον lex haud facile admiſerit. Vt omittam quod *ire falcem*, ſi meſſoriam intelligis, eſt ἄκυρον, quod

tantum recitat veterem modo allatam inscriptionem, quam ex linearum positu, quo eam exhibet, ut etiam ex voce IMPERATORIS ὁλογραμμάτως scripta, apparet esse Tarracinensem. Ex quo intelligitur virum doctissimum ad Caesarem filium eam epigraphen retulisse. Ad haec nunquam satis commendatus Camillus Peregrinius in Camp. Fel. p. 722 is etiam de filio Octavio interpretatur, quia Iulio patri in primo eius consulatu, quando deduxit coloniam, illud IMP. CAESAR convenire nullo modo potest: imo, quod mirere, etiam illa Frontini verba, *Capua muro ducta, colonia Iulia Felix, a* xx-*viris* IVSSV IMP. CAESARIS *est deducta*, de Caesare filio intelligit: quamquam non negat de patre percipi posse, si dicamus illum a Frontino per prolepsim IMP. CAESAREM appellatum.

LXXXVII Equidem hoc primum statuo, Iulium Frontinum sine ulla controversia Caesaris patris deductionem verbis illis fuisse complexum. Nam primum est ibi xx-virorum explicatissima mentio, per quos lege Iulia Capua est instituta colonia. Nam quod aliquos manu exaratos codices III-*viros* pro xx-*viris* habere obtendit Peregrinius, vix alicuius haud

cum *immitti falcem* veteres dixerint. Mihi prorsus hoc loco FALX non aliud videbatur, quam Culter aratorius, qui rectus incedens incisuras faciebat, quas postea resupinus mordebat vomer, teste Plinio lib. XVIII, cap. 18 ubi ait: *Vomerum plura genera: culter vocatur praedensam, prius quam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia praeferibens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare*, &c. Cum vomer resupinatus iret, ergo culter rectus incedebat: unde apud Vitruvium *In cultro collocare* idem est, quod *ad perpendiculum*. Ergo cum eius cultri cuspis quidem recta, manubrium vero reclinatum traheretur; recurvum fuisse cultrum oportuit, non repandum, eoque falcem imitabatur, imo & FALX dicebatur. Atque ea quidem mihi videbatur verissima legis illius explicatio. Verum cum a variantibus Plinii lectionibus traditae falcis cultrique notioni maius aliquid praefidii quaererem; percommode cecidit, ut, quod dicitur, una fidelia duos parietes dealbarem, & legem ex Plinio certissime illustrarem, Plinioque vicissim verissimam lectionem assererem. Nam ad recitatum Plinii locum notat Pintianus, in antiquo exemplari addi dictionem *Infelix* in hunc modum: *Culter vocatur infelix, praedensam* &c. Ex quo scribi posse ait: *Culter vocatur in filicem*, vel *Culter vocatur difficilem praedensam* &c. Et Pintiani quidem correctio nemini, puto, probabitur: a Plinio vero sic arbitror scriptum fuisse: *Culter vocatur, sive falx, praedensam* &c. Librarii qui vocem FALX ab eo loco alienam putarent, nescio quibus gradibus ad illud *Infelix* pervenerunt, tum & hoc omnino expunxerunt. [Porro huius sive cultri sive falcis typus exstat in vetere semisse, quem affert Vaillantius in gente Curtia num. 2 in hunc modum:



in cuius nummi antica parte Iuppiter laureatus comparet cum nota semissis S & cum hac epigraphe CN. DOMI. In postica vero is, quem dixi typus (in quo quidem, utpote novo, aqua haeret Vaillantio; falsoque temonem esse decernit (quid enim temoni simile?) & in uno latere M. SILA. in altero Q. CVRTI. Eadem tria nomina insculpuntur in duobus sequentibus nummis, quos idem Vaillantius num. 4 & 5 affert; ut suspicari liceat triumviros istos non monetales, sed coloniae alicuius deducendae fuisse, cuius coloniae symbolum culter ille recurvus mihi quidem videtur].

In pertica definienda sic aratrum circumduci consueviſſe lex illa Augusti nos docet, ut falx sive culter praecederet, cuius vestigia aratrum postea legeret; idque ob duas causas, primum ne vomer exorbitaret, deinde propterea quod saepe per incultum ac praedurum solum essent agendi limites, quod ne attentare quidem, non modo perstringere, nisi praecedentibus incisuris, vomer posset.

Digitized by Google

haud probi codicis ea est depravatissima lectio, quam ad oram Frontini Scriverius adtexuit. Ceterum Rigaltius & Goësius xx-*viros* non solum, uti par erat, in textu retinuerunt, sed ne in notis quidem hoc monendum putarunt, quod in aliquo veteri libro III-*viris* legatur. Deinde quis sibi persuaserit a Frontino tanta supinitate haec fuisse narrata, ut celeberrima C. Iulii colonia praetermissa, Octavii supplementa dumtaxat, & Syllanam assignationem commemoraret? Accedit & illa ratio, quam supra exposui, quod cum hanc coloniam *Iuliam Felicem*, ac fortasse etiam *Augustam* appellasset, necesse erat singulorum nominum causas tradidisse, ac de C. Caesaris primum colonia, tum de Syllae, demum Augusti singillatim docere. Est hoc igitur extra controversiam positum illud *iussu imp. Caesaris* de patre non de filio apud Frontinum capiendum.

LXXXVIII Quod vero obiicit Peregrinius, Iulium tum, cum adhuc consul I esset, non potuisse imperatorem Caesarem appellari: eandem criminationem & in Goësio reperies; qui initio notarum ad eum Frontini librum, cum totus in eo esset, ut eum libellum ab alio quopiam e Frontini libris excerptum ostenderet, hoc in primis caussatur, *Quod*, inquit, *assignatio per* xx-*viros facta sit non iussu, sed lege Caesaris, & non imperatoris, sed consulis*. Quamquam vero vel una prolepsi satis se Frontinus tuebitur: tamen & aliam praeterea responsionem paullo post adhibebimus. Nam nunc quod instat cippos nostros aggrediamur.

LXXXIX In iis vero nostrae coloniae terminis litteratis, fateor, aqua mihi haeret. Nam iure hoc negat Peregrinius non potuisse inscribi lapidibus IVSSV IMP. CAESARIS, cum primum gereret consulatum. Sed ne ad Caesarem quidem filium eosdem cippos facile referendos putarim. Nam Caesarem Octavium apud scriptores quidem CAESAREM sine alio additamento saepi appellari videas, quia in perpetua oratione ex antecedentium aut consequentium serie ambiguitas summovetur: in lapidibus vero nunquam, quod meminerim, CAESAR ἁπλῶς dicitur, sed sive CAESAR. DIVI. F. sive, si post conflictum Actiacum, CAESAR. DIVI. F. AVG. vel brevius CAESAR. AVG. ut in inscriptione Venafrana, quam inter schedas habeo brevi cum aliis edendam:

IVSSV. IMP. CAESARIS
AVGVSTI. CIRCA. EVM
RIVOM &c.

Vbi additamentum AVGVSTI facit, ut ad Divi filium pertineat. Et in hac ipsa re terminali apud Grut. p. 196, n. 3 IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. . . . EX. S. C. TERMINAVIT. Et pagina 199, 2: IMP. CAESAR. AVG. . . . . TERMINVS. AVGVSTAL. &c. Itemque p. 200, 1: ID. QVOD. INTRA. CIPPOS. AD. CAMP. VERSVS. SOLI. EST. CAES. AVGVST. REDEMTVM. A. PRIVATO. PVBLI-

Digitized by Google

BLICAVIT. Eadem pag. n. 3 : CAESAR. AVG. . . . . A. PRIVATO. IN. PVBLICVM. RESTITVIT. &c. Rurſus p. 187, 9: CAESAR. AVGVSTVS. EX. S. C. P. CCXL. Si extra vero rem terminalem velim excurrere, infinitus ſim : neque enim Caeſarem filium IMP. CAESAREM ſine alio additamento nuncupatum legi, niſi in longioribus elogiis, in quibus ubi ſemel IMP. CAESAR. DIVI. F. aut tale aliquid poſitum fuit, poſtea ἁπλῶς CAESAR appellatur.

XC Adhaec ex tribus huc ab Octavio adſcriptis coloniis illa, quam Velleius aliique referunt poſt Sex. Pompeium ſuperatum, fuit omnium celeberrima: & tamen Velleius *coloniae ſupplementum* appellat. Subdubito autem, an in huiuſmodi ſupplementis ſollemnis ille ab Etruſcis acceptus ritus aratrum circumducendi perageretur. Et Cic. Phil. 2, n. 40 videtur contrarium ſuadere, nam cum antea docuiſſet potuiſſe ſolum novos colonos Caſilinum induci, quo fuerat ante adſcripta colonia; tum reprehendit Antonium, quod aratrum circumduxiſſet &c. Quamquam hoc nihil moror.

XCI Vereor igitur, ut ad Caeſarem patrem ii termini magis appoſite revocari poſſint. Etſi autem in hac re hominum iudicia reformido: dicam tamen, quae ſi minus id ſuadeant, at dubitationem tamen iniiciant, dentque anſam amplius cogitandi. Ac primum, cum eos cippos in vicinia repertos coniiciam (neque enim arbitror maiores noſtros harum rerum minime curioſos voluiſſe tam grandes lapides e longinquo domum comportare) perticae potius ideſt primae aſſignationis Iuliae, quam alicuius praefecturae ab Octavio adiunctae terminos eos fuiſſe ſuſpicor. Tum hi tam curioſe inſcripti termini vix aliam deductionem, quam illam celeberrimam auctore C. Iulio redolent.

XCII Praeterea, cum extra controverſiam ſit ob allatas ſupra rationes, Frontinum de Iulia deductione locutum, cum ait IVSSV IMP. CAESARIS &c. quae cauſſa Frontino fuit Imperatoris praenomen Caeſari primum conſuli tribuendi, niſi quod ad noſtras haſce epigraphas reſpiceret iisdem plane verbis conceptas? Alioqui, ſi accurate de primo Caeſaris conſulatu loqui voluiſſet, illud IMP. ei expungendum fuiſſet. Noſtros, credo, terminos viderat, ſive de iis inaudiverat, aut omnino in reip. tabulariis eos legerat Frontinus: idcirco tempore deductae coloniae ſuſque deque habito, IMP. CAESAREM dixit: in quo erravit ille quidem, nam non eo ipſo tempore, quo eſt deducta colonia, ſed poſt confecta demum bella civilia hoſce litteratos terminos IVSSV IMP. CAESARIS defixos neceſſe eſt, ſi quidem ad C. Iulium patrem eos referre lubet. Nam etſi Caeſarem Octavium nondum adeptum monarchiam, ideſt quinto eius conſulatu *Imperatoris* praenomine donatum invenio apud Grut. p. 226, n. 5 & in aliquibus nummis M. Antonii III-viri apud Spanhemium legitur IMP. ANTONIVS : tamen C. Iulium primo ſuo

Digitized by Google

consulatu IMP. CAESAREM dictum fuisse vix puto. Confectis vero civilibus duellis tum demum Imperatoris praenomen obtinuit, teste Suetonio cap. 76 & Dione lib. 43; isque primum hac notione Imperator est appellatus: cum ante C. Iulium dictatorem illud IMP. tantum uti cognomen victoriam adeptis ducibus tribueretur. Quod tamen praenomen vix ille, opinor, adhibuit: neque enim aliud marmor inveni, quo C. ille Iulius IMP. CAESAR nuncupetur: quo maius his cippis, atque illi Tarracinensi pretium accedit.

XCIII Quid vero causae est, quamobrem diu post deductam coloniam hi termini IVSSV IMP. CAESARIS inscriberentur? Hoc puto fuisse in causa, quod dissipatos per bella civilia Campani territorii terminos dictator Caesar in suorum veteranorum gratiam restituerit. Est enim verisimile per evocatorum Caesaris Capuae possessiones habentium absentiam, dum hi civili bello mererent, veteres illos Campanos aliquid turbarum exciviſſe, ac terminos agrorum dimoviſſe, ut Caesarianos deturbarent. Notum ex Appiani civilibus, Italicos seu veteres urbium Italiae cives semper optimatum causae faviſſe, quibuscum suam coniunctam salutem putarent. Caesar autem belli reliquias persecutus, ac Romano orbe composito, ut suos evocatos suis sedibus restitueret, ac ne fines coloniae amplius confunderentur, litteratos cippos, credo, ex intervallo defixit, qua olim aratrum ductum fuerat. Et vide an non ad haec tempora referri oporteat illud legis Iuliae caput, de quo Callistratus l. ult. D. de term. mot. in haec verba: *Lege agraria, quam Caius Caesar tulit adversus eos qui terminos statutos extra suum gradum finesve moverint dolo malo, pecuniaria poena constituta est: nam in terminos singulos, quos eiecerint locove moverint quinquaginta aureos in publico dari iubet: & eius actionem, petitionem ei qui volet esse iubet.* Et sane expressa illa notatio *IVSSV Imp. Caesaris*, vel rem antea neglectam, ac postea eo auctore transactam indicat, vel eorundem terminorum restitutionem notat. Sic apud Grut. p. 198, n. 1: COLLEGIVM. AVGVRVM. AVCTORE. . . . . HADRIANO. . . . . TERMINOS. POMERII. RESTITVENDOS. CVRAVIT. Nisi si quis malit ad suos evocatos, quos e colonia Capua exciverat, remunerandos territorii colonici fines Caesarem ampliaviſſe, & qua aratrum ductum fuit, terminos hosce inscriptos imposuisse.

XCIV Iam vero ex Tarracinensi eiusdem exempli cippo discas Tarracinam fuisse unam ex coloniis Iulianis, eamque semel olim libera Rep. teste Livio deductam, iterum post civile bellum a Caesare fuisse coloniam constitutam. Ceterum haec quae hactenus dixi, quo nostrorum terminorum inscriptionem ad Caesarem patrem referrem, a filio abiudicarem, neque affirmate dixi, neque auctor aut fundus fuerim. Ad Augustum si quis malit, per me licebit. Habes deductae huc saepius colo-

Digitized by Google

coloniae, & si non suo loco atque tempore, prope iustam historiam: nunc ad alia porro pergamus, & ad amphitheatrici tituli filum redeamus.

V *De tempore extructi amphitheatri, & Campani aerarii viribus.*

XCV CAPVA) Huius nominis tam multae sunt originationes, eaeque sic protritae, ut frustra sim in iis referendis. Equidem habeo quae de hoc nomine sentiam: sed alio ea loco atque tempore. Nam eius clarissimae urbis, quam Roma antiquiorem Velleius constituit, origines, variamque fortunam, omninoque ea quae litteris exstent, peculiari, ac sepositio opere, si Deus annuet, complecti est animus: quandoquidem quas maximo labore & industria vir summus Camillus Peregrinius Alexandri F. Campanas antiquitates digesserat, eas pessimo publico paucis ante eius obitum mensibus ignis absumsit.

XCVI FECIT) Mira veterum epigrammatum brevitas. Quid enim necesse fuit HOC AMPHITHEATRVM expresse in inscriptione ponere: cum ea epigraphe frontispitio operis imposita, satis ex ipso marmoris positu doceret, quid demum illud sit, quod CAPVA FECIT? Sic fere inscriptiones operum publicorum tum conscribebant, FECIT, CVRAVIT, aut tale aliquid dixisse contenti. Nunc ineptissime inculcamus quid fecerit, & id ipsum non sine duobus tribusve epithetis, de quibus verissime dixeris quod de librorum inscriptionibus Plinius in praef. dixerat: *Inscriptiones, propter quas vadimonium deseri posset*. Quid columnae Traianae epigraphe brevius & concinnius? SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. IMP. . . . . TRAIANO. . . . . AD. DECLARANDVM. QVANTAE. ALTITVDINIS. MONS. ET. LOCVS. TANTIS. OPERIBVS. SIT. EGESTVS. Nullum hic de columna ne verbum quidem, & tamen satis res ipsa loquitur, tantundem altitudinis montis fuisse egestum, quantam altitudinem columna illa haberet.

XCVII Exsistit autem hic multum ante hac a nostris hominibus iactata quaestio de aetate huius extructi amphitheatri. Nam vulgo homines nostrates operis stupendam magnificentiam demirati, ad illa potissimum tempora eius structuram retulerunt, cum Campana resp. non dum Romanorum iugum accepisset. Eamque sententiam viri clarissimi Antonius Sanfelicius in descriptione Campaniae, & Petrus Lasena in gymn. Neap. sunt secuti. Quam opinionem lumen illud nostrae patriae incomparabile Camillus Peregrinius in Campan. Fel. p. 723 iure merito refellit his maxime de caussis. Primum quod qui sic putant, parum magnifice de Campana colonia sentiunt, cuius reflorescenti splendori Velleius, Strabo, aliique plurimum tribuunt. Deinde cum Augustus, teste Suetonio in eius vita cap. 29 Romam *iure sit gloriatus marmoream se relinquere, quam late-*

Digitized by Google

lateritiam accepiſſet, quis hoc ferat prope ducentis ante Auguſti regnum annis tantae magnificentiae molem marmoream Capuae conſtrui potuiſſe? Demum cum Romanum amphitheatrum, cuius noſtrum plane geminum ac germanum dixeris, ſit Titi imperatoris opus (ſeu, Peregrinii pace dixerim, verius Veſpaſiani quod poſtea Titus dedicavit) non eſt veriſimile Campanum ante trecentos annos exſtitiſſe. Atque haec ſunt quae virum doctum in eam ſententiam impulerunt, ut ad Campanae coloniae, non vero illius veteris reip. tempora noſtrum amphitheatrum reiiceret. Qui ſi eiuſdem operis titulum delibare oculis potuiſſet, nae is maximo opere in ſua ſibi ſententia placuiſſet.

XCVIII Mihi vero etſi Peregrinii ſententia unice ſedet: tamen non multum ad eam demonſtrandam hunc titulum valere arbitror. Nam etiam ſi vetus illa noſtra reſp. eam molem excitaſſet: tamen, cum ſub Antonino principe haec inſcriptio poneretur, non alio nomine Capua, quam *Colonia Iulia Felix Aug.* conſueta ac naturali quadam anticipatione vocari potuiſſet. Sed tamen cum Romae omnium princeps Statilius Taurus Auguſti aevo ſtabile ac manſurum amphitheatrum poſuiſſet: noſtrum non poteſt ad ſuperiora illa tempora iure amandari. Taceo quod ſeptimum iam hunc & amplius annum cum Capuae iure dicundo praeeſſet Comes Xaverius Panſutus in Neapolitano ſenatu Regis noſtri a conſiliis, vir sane quam eruditiſſimus, & tot iam nobiliſſimis a ſe ſcriptis tragoediis nunquam intermorituris clariſſimus; memini me audiviſſe ab eo, cum diceret inter anaglypta e ruderibus amphitheatri eruta viſas quoque tum fuiſſe Romanas aquilas: quod argumento eſſet per tempora extructi amphitheatri Capuam Romano imperio paruiſſe. Sed argumentis non eſt opus, cum res ipſa prope iam clamitet, tantam molem non aliis attolii temporibus potuiſſe. Et quamquam, ut fatear, illa gladiatoriae artis efferitas Capuae multo fuit quam Romae vetuſtior, uti deinceps demonſtrabitur: amphitheatra tamen non habent parem cum gladiatoribus aut venatione antiquitatem (36): & cum primum fieri coeperunt, lignea ac temporaria ante Statilium extruebantur. Ac demum in circo aut alibi olim edi munera conſueviſſe res eſt notiſſima.

XCIX Eſt hoc igitur veriſſimum, hoc quod adhuc cum temporis eda-

(36) Polybius lib III de Campania loquens ait: *Igitur in hoc campos, velut in theatrum quoddam deſcenſuri Carthaginenſes, cunctos perterrefacturi videbantur*. Quo loco alluſum ad pugnas in amphitheatris conſeri ſolitas, & theatrum Graeco more pro amphitheatro poſitum conſecit Peregrinius in Camp. Fel. p. 117. Sed an Polybii aevo amphitheatra exſiſterent vehementer dubito. Deinde quod ibidem vir doctus Campaniae ſpeciem amphitheatro aſſimilat, vereor ut longe verius, etiam ex mente Polybii, cum theatro ſit comparanda Campania; quam hinc montes in ſemilunarem orbem θεατρικῶς cunctati ambiunt, inde, qua mare praetenditur, montium ideſt theatri cornua diſcedunt: quae interiacet planities quaſi cavea latiſſime ſe diffundit. Et familiare eſt ſcriptoribus montium ſemilunares orbes cum theatris conferre. Tacitus XII an *Montium edita in modum theatri*. Plinius IV, 8: *Montes theatri modo inflexi*. Iuſtinus lib. XXIV: *Medio ſaxi rupes in formam theatri receſſit*. Parnaſſi latus, ubi Apollinis oraculum, θεατροειδὲς Straboni lib. IX dicitur. Longe alia eſt ratio montis, quem amphitheatro comparat Dio: ὄρος, inquit, κυνηγετικῷ θεάτρῳ τὸ ὄρθος συμπᾶν . . . . ὁμοιότατον.

Digitized by Google

ciacitate decertat amphitheatrum, non a Capua αὐτονόμῳ, sed a colonia conditum, imo non ante Flavia tempora hoc tantae magnificentiae opus exstitisse; cum capere ab urbe principe magnificentiae exempla, quam dare, nostris convenientius fuerit. Accedit Taciti in Othonis & Vitellii rebus illustre testimonium de Placentino amphitheatro: *In eo certamine*, inquit ille in secundo historiarum cap. 21, *pulcherrimum amphitheatri opus situm extra muros conflagravit sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces & glandes & missilem ignem in obsessos iaculantur, sive ab obsessis, dum regerunt. Muncipale vulgus pronum ad suspiciones fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam e vicinis coloniis invidiae aemulatione, quod NVLLA IN ITALIA MOLES TAM CAPAX ESSET.* Si ante Flavium amphitheatrum Placentina cavea erat omnium maxima: ergo per Othonis ac Vitellii tempora nostrum hoc, quod Romanum prope exaequavit, nondum exstiterat. Quid quod Lipsius de amph. ext. Rom. cap. 2 Placentinum illud ex parte saltem ligneum fuisse contendit, alioqui incendi haud facile potuisse? Verum ante hoc, quod adhuc restat, ligneum fortasse, aut lateritium aliquod Capuae exstitisse non abnuerim; qui sciam totas gladiatorum familias a Caesare quondam Capuae detentas, quorum infinita vis (ut interim de Campanis ipsis edendis muneribus addictissimis taceam) vix est ut sine aliquo amphitheatro fuerit.

C. Ac de aetate huius operis est iam quaestio profligata: de auctore iam supereſt. Nam qui ante hac ad coloniae tempora id revocabant, ii non solum sub imperatoribus, sed etiam ab imperatoribus extructum putabant. Sed ipsam sibi Capuam fecisse nos titulus docet. Ac ne id incredibile videatur, de coloniae nostrae aerario agendum, eiusque vires sunt porro explorandae.

CI Cum principis urbis imago per omnia esset in coloniis deformata: hinc quemadmodum Romae, ita & in coloniis suum cuique aerarium fuit. Quis enim negat, quin publicos reditus quaevis colonia sive municipium habuerit? Suetonius in Octavio cap. 46: *Italiam duodetriginta coloniarum numero a se deductarum frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit.* Vespasianus in rescripto ad Saborenses in Hispania apud Grut. p. 164, n. 1 ait VECTIGALIA. QVAE. AB. DIVO. AVGVSTO. ACCEPISSE. DICITIS. CVSTODIO. Eumenes quoque rhetor in panegyri haec habet: *Salarium me liberalissimi principes ex huius reip. viribus in sexcentis millibus nummûm accipere iusserunt.* Plura exempla qui velit, adeat Norisium ad Cenot. Pis. In marmoribus vero frequens est eorum mentio, qui municipalia vectigalia aut quoscumque omnino reditus constituerunt, auxerunt aut recuperarunt. Pecunia inde collecta in aerario municipali reponebatur: nihil enim saepius in lapidibus occurrit, quam huiusmodi aerarii mentio; ut in Tergestino mar-

Digitized by Google

marmore ap. Grut. p. 408 : SINE. VLLO. AERARI. NOSTRI. IMPENDIO. Ei aerario qui praeerant, plerumque quaestores dicebantur. Et quaestorum Campanae coloniae in fragmento fastorum Campanorum exstat luculentissima mentio, sicuti & in aliis nostris marmoribus. In aliarum urbium vetustis titulis loco quaestorum est ubi praefecti aerario occurrant, ut de Caeritibus apud Grut. p. 214; nam fuit cum Romae quoque praefecti aerario dicerentur: sed Claudius, teste Tacito Annal. XIII aerario quaestores rursum imposuit.

CII Nihil hic de quaestoribus iis, quos florente adhuc rep. provinciis Italiae senatus imponebat, agimus: nam una Cisalpina Gallia excepta, quae proconsulem accipiebat, in reliquas Italiae provincias quaestores tum mittebantur. Campania cui obtigerat, is quaestor Calenus dicebatur, quod ea in civitate domicilium haberet. Sed de Campaniae rectoribus alibi σὺν Θεῷ dicetur.

CIII Sed quod colonicas attinet pecunias, fuere & Curatores Kalendarii, de quibus tam saepe tituli vetusti locuntur, qui publicam coloniae pecuniam foenori darent: inde appellati, quod exacto mense singulis Kalendis recurrentibus usuras exigerent.

CIV Mitto iam de poenis dicere, quarum etiam nomine, quantum discimus e veteribus saxis, non parum oportuit coloniae aerario acquiri. Nam quid hoc frequentius? Qui hoc pactum violaverit, inferet aerario tot: Hoc monumentum si quis vendere aut donare voluerit, dare damnas esto aerario tot, aut dabit coloniae nostrae poenai nomine tot. Imo apud Gruterum p. 801, n. 5 bona omnia poenae nomine addicuntur aerario in hunc modum: QVOD. SI. QVI. ADVERSVS. ID. FECERINT. EORVM. BONA. PERTINERE. DEBEBVNT. AD. REMP. BRVNDISINORVM (37). Mitto etiam de iis dicere, qui coloniam heredem instituerent: mitto de donationibus, legatisve privatorum, ac de liberalitate principum, & ceteris id genus, ex quibus coloniae aerarium augebatur.

CV Sed de coloniarum praediis non possum sine piaculo tacere: neque enim, cum agro multabatur civitas, vel cum veteranis aut civibus R. assignabatur, non suus modus ei tamen civitati relinquebatur. Id quod Velleius de Capua diserte scriptum reliquit lib. II, cap. 81, ubi de Capua ab Octavio colonia instituta narrans ait: *Eius* (Capuae) *relicti erant publici* &c. Sed viri docti eum locum mirifice alius aliter, dum illustra-

(37) Nihil quidem his poenis frequentius in inscriptionibus legitur. Quas tamen inscriptiones omnes Antonino Pio antiquiores esse coniicio, de quo sic reperi nuper apud Capitolinum in eius imperatoris vita: *Primus constituit ne poenae caussa legatum relictum maneret*. Mihi quidem non vacat inscriptiones percurrere, & experiri an ullum ex iis legatis aerario coloniae POENAE NOMINE relictis post Antonini tempora inveniatur. Nam sicubi tale aliquid post aetatem eius principis occurret, dicendum erit eam Antonini legem non diu stetisse. Quanquam, uti quidem loquitur Capitolinus, videtur ea lex sua iam aetate obtinuisse, quam propterea is ad Pium auctorem refert. Cornelius Binkershoeck in tractatu de legatis poenae nomine, inscriptiones non adhibuit, ex quibus is tractatus & multo pinguior & illustrior evadere poterat. Itaq. aliquid tentandum J.

Digitized by Google

ſtrare ſatagunt, obſcurarunt. Nam fugit hic ratio Lipſium, cetera acutiſſimum atque admirandae eruditionis, qui illud *Relicti* in *Reliqui* commutavit. Vt taceam de Heinſio, qui mavult *Reſecti*, & aliis qui nihilo melius aut emendarunt, aut explicuerunt. Atqui nihil iſtic emendatione opus erat, cum *Relinquere*, uti ſupra admonebam, ſit verbum agrarium, cuius contrarium eſt *Aſſignare*. Et ſententia porro haec eſt Caeſarem patrem cum agrum Campanum per xx-viros aſſignaret; reliquiſſe aliquam portionem, quae Campanorum reip. rediret. Nam memini alicubi quoque hoc mihi lectum, tenuiſſe hunc morem Romanos in coloniis deducendis, ut nonnullam agri portionem relinquerent, quae publice ab ea rep. poſſideretur. Niſi vero memoria me fugit, ac potius univerſim de agro multatis urbibus hoc verum fuerit; ut ſive is ager publicus populi R. fieret, ſive colonis aſſignaretur, aliqua tamen pars publicae ei civitati relinqueretur. Ita ut fieri poſſit, iam tum, cum Capua praefectura Romana fuit, partem agri Campanis relictam. Praeter haec praedia in ipſarum coloniarum territorio poſita, alibi etiam poſſeſſiones habebant, uti de Capua ſtatim dicemus. Interim id conſtat ex Ciceronis epiſtola undecima ad Brutum lib. XIII fam. qua commendat Bruto Arpinates, *Quorum quidem*, inquit, *omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta aedium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in iis vectigalibus, quae habent in provincia Gallia* (Ciſalpina). *Ad ea viſenda, pecuniaſque, quae a COLONIS debentur, exigendas . . . . legatos equites Romanos miſimus* &c. Ex quibus poſtremis verbis intelligo vectigalia, quae Arpinates in Ciſalpina Gallia obtinebant, aliud non fuiſſe quam agros COLONIS elocatos, a quibus certa pecuniae ſumma quotannis exigeretur. Id quod etiam evidentius patet ex agro quem Atellani in eadem Ciſalpina Gallia poſſidebant, quem agrum vectigalem appellat Tullius epiſtola 7 eiuſdem libri: *Locutus ſum tecum*, inquit, *de agro vectigali municipii Atellani, qui eſſet in Gallia*.

CVI Sed ad Campanae reip. poſſeſſiones alibi poſitas ut redeam: primum in inſula Creta habuit terram Cnoſiam, teſte Dione lib. 48, ubi cum dixiſſet emiſſe Octavium a Campanis agros bene multos quos novis colonis aſſignaret; ſtatim *Et ipſis*, ait, *tum aquam Iuliam, qua maxime omnium gaudent, tum terram Cnoſiam, qua etiamnum fruuntur, eorum loco dedit*. Et has Cnoſias poſſeſſiones duodecies H-S. hoc eſt xxx millia ſcutatorum quotannis Campanorum reip. reddidiſſe teſtatur Velleius. lib. II, cap. 81, ubi de eadem re ſic habet: *Specioſumque per id tempus adiectum ſupplementum Campanae coloniae. Eius relicti erant publici* (38) *pro bis*

(38) Et vide an non legi poſſit *Plurimi*, ſic enim in Velleio legiſſe apparet Dionem, qui Octavium συχνὴν χώραν a Campanis coëmiſſe dicit. Nam viri docti & in iis Lipſius eam de Campana colonia narrationem a Paterculo Dionem tranſtuliſſe coniiciunt. Quanquam non video quid hoc ne-

Digitized by Google

bis longe uberiores reditus duodecies H-S. in Creta insula redditi, & aqua promissa &c. Sed & agrum in Lucania habuit nostra colonia, quem agrum P. Pescennius Secundus sine impensa reip. reciperavit, uti discimus ex inscriptione quae Capuae in foro conspicitur. Quem sane agrum latissime patuisse oportuit, propterea quod non ab alicuius oppidi, in cuius territorio existeret, nomine, sed a tota regione Lucanus diceretur. Et scio in pretio fuisse Lucanas arationes. De hoc agro & inscriptione non pauca habeo, quae dicam, quae, ne festinantem lectorem remorari videar, in subiecta notatione (39) sepositi: quam si cui est otium, non sine fructu per-

necesse sit, cum Dio aliquid addat, quod frustra in Velleio quaeras; veluti hoc, quod *terram Cnosiam* accurate appellat, cum Velleius tantum reditus in insula Creta Campanis redditos tradiderit. Et sane quid opus Velleio haberet Dio, cui Campanorum res perspectissimas esse oportuit, cum Capuae Graecus is scriptor domicilium fixisset, ubi & conscripsit historiam? Verum etiam si Dio nihil hoc loco a Velleio sumsisset, tamen illud *συχνὸν* facit aliquid, ut *Plurimi* in Velleio reponi posse putem (praesertim cum sequatur *Longe* VBERIORES *reditus*) maxime si aliquis vetus liber opituletur.

(39) Inscriptio est Capuae in foro prope curiam in hunc modum:

P. PESCENNIO. P. F
SECVNDO. IIII. VIR. I. D
QVOD. AGRVM. LVCAN
RECIPERAVIT. SINE
INPENSA. REIPVBLICAE
SEN. CONS

Et refertur a Camillo Peregrinio in Campan. Fel. p. 11, sed vir ceteroqui oculatissimus non animadvertit in fine alterius lineae esse in marmore I. D. hoc est *iuri dicundo*, pro quo ipse posuit II. idest bis: sed & in fine primi versus omiserat P.F.

Quod versu penultimo INPENSA cum elemento N scribitur, mirandum non est: quippe non aliter melioribus illo latinitatis aevo scribebatur, uti & ex Pisanis cenotaphiis, & aliis optimorum temporum monumentis constat. Postea cum aliter grammatici tradidissent (quippe *IN praepositio*, ait ex Papiniano Caffiodorus p. 2293 *si composita sit, & P aut B aut M sequatur N in M conversis, ut improbus* &c. idemque tradit Priscianus lib. 1, p. 556. auctoribus Plinio, Papiriano & Probo) sed cum, inquam, ita grammatici praecepissent, tamen & in Mediceo Virgilii codice vetustissimo, & in pandectis Florentinis non aliter quam per N scriptitari testatur Norisius ad Cenot. Pis. p. 487. Id notare volui, si quid forte hinc lucis ad aevum lapidis explorandum: quem lapidem Augusti fere aetate insculptum ex characterum forma, & cetero monumenti habitu, mihi subolet.

Verum quid de hac inscriptione censuerit Peregrinius (is enim dumtaxat eam p. 11 suae Campaniae edidit, praeterea nemo alius) paucis complectar. Eo loco Peregrinius cum de veteri Campania Lucaniae conterminia ageret, ac de ancipiti Strabonis loco commentaretur, quo is geographus lib. v videtur in speciem trans Silarum amnem veterem quandam Campaniam collocare, subiungit recitatum Pescennii titulum posse aliquod argumentum suppeditare, ut vetus illa secundum Strabonem Campania trans Silarum, hoc est in ipsa Lucania adstruatur. Sed tamen Peregrinius cum Strabonis locum (qui sic habet: *Persingens Picentes usque ad Silarum amnem, qui ab HAC regione veterem Campaniam dividit*) ita accipiendum docuisset, ut pronomen HAC ad Lucaniam, non ad Picentes referendum putaret, ita ut Strabonis mens fuerit Silaro Campaniam a Lucania, non vero a Picentibus Campaniam disiungi: Pescennianum elogium nihil commentitiae isti Campaniae in Lucania positae opitulari ait; eo quod haec inscriptio non ante tempora Campanae coloniae videatur insculpta; nec fit verisimile Campanos sero admodum tam vetera sua iura persequi potuisse, ut post tot tantasque rerum suarum conversiones fictitiam illam veterem Campaniam, quam Strabo indicasse videatur, in Lucanis positam recuperarent. Haec fere Peregrinius.

Cui viro tum omnia assentior, tum illud, quod ad tempora Campanae coloniae marmor istud Pescennii refert. Neque enim obest illud REIPVBLICAE: quotus enim quisque est, qui hoc ignorat, *Remp.* passim in inscriptionibus de minimo quovis oppidulo dici, ut proinde vanissimum fit ad Campanae *αὐτονομίας* tempora cogitationem convertere. Tullius quoque in III de lege dixit: *Vtinam . . . ipso animo atque virtute in summa rep. nobiscum versari, quam in municipali maluissem*. Nec illud SEN. *tus* CONSulto quod ad finem elogii notatur, quidquam momenti habet, quo ad liberae Campanae reip. tempora referatur: nam & *Senatus* pro ordine decurionum quandoque ponitur (ut notat Norisius ad Cenot. Pis p. 44) & hanc ipsam formulam S. C. inveni de Ferentinatibus ap. Grut. p. 456, n. 1 & de Spoletinis p. 194, n. 6. Demum IIII-viratus ipse notatus in marmore est

eo-

Digitized by Google

percurret. His adde collem Leucogaeum, quem a Neapolitanis ablatum, & Campanis addictum supra Plinii testimonio docui. Tum & alias non paucas possessiones commune Campanorum habuisse crediderim, quas vel I anti-

coloniarum consuetissimus magistratus. Et quanquam in fragmento fastorum Capuae, & in aliis nostris lapidibus duumviri non quatuorviri deprehenduntur: tamen frequens haec mutatio fuit; sicuti in auctario priori mihi supra notatum fuit de Gaditano municipio, ubi extremis Ciceronis temporibus quatuorviri, postea duoviri summum magistratum gesserunt. Et Romae etiam saepissime variatum, ut quandoque tribuni consulari potestate sex crearentur, ac desilentis iam reip. extremis temporibus fuit cum Pompeius unicus consul procederet. Accedit quod sicuti sexviri Augustales multo plures quam seni in vetustis cippis non raro recensentur, sic etiam fieri potest, quod qui quatuorviri dicebantur, duo interdum nec amplius essent; sicuti ap. Grut. pag. 456, 1: M. ACILIVS. PLACIDVS. L. PETRONIVS. FRONTO. IIII. VIR. I. D. S. C. FERENTIN. Et p. 194, 6 Spoleti legitur: P. MARCIVS. P. F. HISTER. C. MOENIVS. C. F. RVFVS. IIII. VIR. I. D. S. C. Et eadem pag. n. 5 in Casinate saxo duo etiam soli nominantur, iique dicuntur IIII. VIREI. IOVR. DEIC. Etsi apud eundem Grut. p. 129, 5, & 167, 10, & 168, 8, & 173, 3 iidem quatuorviri quaterni recensentur.

Quantum autem ex characterum forma & orthographia lapidis diiudicari potest, Augusteam aetatem antecedere non videtur. Itaque non temere mihi persuadeo Augustum, cum nihil non coloniarum a se deductarum in gratiam faceret, & Capuae potissimum, cui ad alicam conficiendam collem Leucogaeum attribuit, cui aquam Iuliam sua impensa perduxit, ut alia omittam, hoc etiam rogantibus Campanis annuisse, ut ager in Lucanis positus, qui olim Campanorum fuisset, iisdem redderetur. P. vero Pescennio, quod is legatus, opinor, ad principem eius rei obtinendae caussa missus esset, re perfecta SINE. IMPENSA. REIP. statua ex S. C. posita fuit.

Quid quod agrum, quem olim in Lucanis Campani possiderent, ex Livii historia mihi videor expiscatus? Is ad annum V. C. DCLIX Scipione Africano & Ti. Sempronio Longo Cos. haec ait lib XXXIV, cap. 45: *Coloniae civium Romanorum eo anno deductae sunt Puteolos, Volturnum, Liternum; triceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumque coloniae civium Romanorum deductae sunt. Deduxere III-viri Ti. Sempronius Longus, qui tum consul erat, M. Servilius, Q. Minucius Thermus. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat.* Haec Livius, qui tamen cum non dixerit, quibusnam ager, qui Campanorum fuerat, sit assignatus; ansam dedit Goësio antiq. agrar. cap. 4, p. 30 existimandi eum agrum colonis Puteolanis, Volturnensibus, & Literna tibus fuisse divisum. Goësii verba proderit hic adtexere: *Sed ut uni*, inquit, *coloniae territoria diversarum civitatum quandoque sunt attributa, ita & uno e territorio plurium coloniarum assignationes nonnunquam sumtae sunt. Nam Puteoli, Volturnum, Liternum cum fierent coloniae, divisum iis refert Livius agrum qui Campanorum fuerat. Tanta enim agri Campani amplitudo cum esset, ut non suae tantum civitati sufficere videretur, sed & aliis, coloniarum istarum assignationes in huius fines extenderunt conditores.* Mitto quod extrema oratione posuisse videtur Goësius agrum Campanum per id tempus adhuc Campanorum fuisse, cum tamen eo tempore Capua agro multata duram praefecturae Romanae formam toleraret. Sed illud quo pacto ferri potest, quod iis tantum divisum eum agrum putavit, quos Livius tanto ante nominarat, Puteolanis, Volturnensibus Literna tibusque colonis, nihil interim de Salerno Buxentoque sollicitus, quas urbes proxime Patavinus memorarat, imo ad quas unice ea divisio fortasse pertinuit? Goësium fefellit Puteolorum, Volturni ac Literni cum agro Campano vicinitas: sed cum treceni in harum singulas adscripti essent, satis suus cuique coloniae ager esse potuit, nihil ut de agro Campano ad subsidia reip. relicto decerpi opus esset. Accedit quod pars ea Campani agri, quae Puteolos, Volturnum & Liternum propius contingeret, iamdiu a quaestoribus ad aerarii inopiam sublevandam divendita fuerat, uti idem Livius ad annum V. C. DXLVIII narrat lib. XXVIII, 46: *Et quia, pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem a fossa Graeca ad mare versum vendere quaestores iussi.* Si ea regio distracta fuerat, quo pacto Puteolanis, Volturnensibus Literna tibusque colonis assignaretur? Ergo ex Livii narratione patet, Salernitanis tantum & Buxentinis, quos proxime posuerat, non vero illis tanto ante nominatis, agrum qui Campanorum fuerat fuisse assignatum. Non est autem verisimile colonis in Lucaniam transcriptis agrum Campanum qui est circa Capuam fuisse divisum. Quis enim unquam fando inaudivit colonis puta Beneventanis agrum Placentinum, aut Bononiensem potuisse assignari? Ager tam longe positus ne praefecturae quidem, non modo perticae rationem habuisset: nam praefecturas perticae seu territorio coloniae applicitas scriptores agrarii perhibent. Itaque ex Livii mente Buxentinis & Salernitanis colonis ager ibidem in Lucania positus divisus fuit, qui ager olim, antequam Capua agro multaretur, Campanorum fuisset. Is demum est ager Lucanus, quem P. Pescennius Secundus Campano aerario reciperavit: nimirum ager Buxentum inter ac Salernum latissime explicatus. Accedit ad hanc meam sententiam roborandam, quod nobilis historicus non

ait

antiquitus Capua poſſideret, vel liberalitate principum, aut privatorum, aut poenae nomine poſtea ſit conſecuta. Verum ea iam obſcuris nox aliis complectitur. Adde portoria & vectigalia, quibus Auguſtum ſuas colonias, in quibus Capua fuit, plurifariam inſtruxiſſe Suetonius cap. 46 affirmat. Adde iam ceteras conficiendae pecuniae rationes, nummos in foenore poſitos, publica coloniae mancipia operi faciundo addicta, pecora, & id genus alia. Nec tamen adhuc omnia ſum perſecutus: nam cum multa in vicino poſita oppida Capuae fuerint contributa, eorum etiam publicos reditus, excepto eo quod in neceſſarias eorundem oppidorum expenſas inſumeretur, Campano aerario adiudicatos fuiſſe facilis eſt coniectura.

CVII Et ita prorſus neceſſe fuit, ſatis pingue aerarium habuiſſe tum Capuam: alioqui quo tandem pacto inſanam hanc amphitheatri molem aggredi potuiſſet, qua vix maior collatis regum opibus attolli poſſit? De Romano Amphitheatro Caſſiodorus Var. 42: *Hoc Titi potentia principalis DIVITIARVM PROFVSO FLVMINE cogitavit aedificium fieri, unde caput urbium potuiſſet:* fortaſſe legendum *patuiſſet*. Quanquam in hoc negotio non inficior, longe minoris impendii rem olim fuiſſe, uti mores tunc

ait diviſum iis fuiſſe agrum Campanum (non enim alio nomine ager circa Capuam poſitus vocabatur) ſed agrum, qui Campanorum fuerat: quo ſane dicendi genere agrum alibi quam in Capuae territorio poſitum aperte notavit. [Videtur poſſe dubitari an ager Picentinus, intelligatur, qui antea ad Campaniam pertinebat, poſtea vero, auctore Mela, Lucaniae attributus ſuit ad uſque Minervae promontorium. Vide Cellarium pag. 860].

Ergo ſi me audis, ager Lucanus a Peſcennio Campanae reip. reciperatus inter Buxentum Salernumque longiſſimo tractu diffundebatur. Et fuiſſe vaſtiſſima latifundia ſatis etiam ex inſcriptione intelligitur: nam neque Buxentinus, neque ex alterius oppidi vicinia is ager nomen invenit, ſed, propterea quod maximum Lucaniae tractum occuparet, non alio nomine quam AGRVM LVCANum appellat inſcriptio. Nec infinita ſolum latitudine, ſed & bonitate idem ager potiſſimum praecellebat: quantum e Silio intelligo, apud quem lib. IX, 203 Hannibal ante Cannenſem pugnam cum ſelectiſſima quaeque praemia militi promitteret, ait:

Seu Laurens tibi Sigaeo ſulcata colono
Arridet tellus, ſeu ſunt Buxentia cordi
Rura magis, centum Ceres frugiferis culmis
Electos optare dabo inter praelia campos.

[Interim non diſſimulandum iampridem apud Silium viros doctiſſimos pro *Buxentia* repoſuiſſe *Byzacia*; nam de Byzaceni agri fertilitate, & καθ' ὑπερβολὴν παραλλάσιον (quem innuit Silius) teſtes ſunt Varro I de R. R. 44, Plinius V, 4, & Solinus cap 27; ſed Buxentia ſcripſiſſe Silium veriſimilius eſt, tum quod Laurens tellus praeceſſerat, tum etiam quod ſtatim Tiberina paſcua promittuntur. Nimirum Poenis militibus Italicae poſſeſſiones oſtentantur; ſociis vero Punicae, ut ex verſu 209 intelligitur. Vel ſaltem mihi oſtendatur Byzacenam Provinciam alterò Bello Punico Romanis paruiſſe, ut ea praeda Poenis oſtentari potuerit. *Buxentia* autem *rura* non Campanorum in Lucania agrum Poenus Dux intellexit (non enim erant foederatis Campanis poſſeſſiones adimendae) ſed contiguum; ut coniunctas cum Campanis poſſeſſiones Poenus Miles obtineret.] Ergo tam praeſtantium, tamque patentium latifundiorum Campano aerario acceſſione facta, miramur potuiſſe Capuam tantam amphitheatri molem erigere?

Quid vero cauſſae fuerit, quamobrem Campani in ſpem Lucani agri recuperandi aſſurrexerint? An ob earum coloniarum, quibus aſſignatus fuerat, ſolitudinem? De Salerno quidem nihil habeo exploratum, nec de aliis coloniis, quibus fortaſſe is ager olim fuerit aſſignatus: ſed de Buxento tamen ſuſpicandi locum dat idem Livius lib. XXXIX, 23, ubi triumviros creatos ait, qui ad deſertas iam colonias Sipontum ſupero, Buxentum infero mari colonos ſcriberent. Fortaſſe talis aliqua ſolitudo Buxento aliisque coloniis, quibus Campanorum Lucanus ager obtigerat, poſtea acciderit; ob eamque cauſam is ager iterum Capuae adiudicatus fuerit.

Ac de agro Lucano a Peſcennio Campanis reciperato ſatis. Niſi quod monendum exiſtimo de Salernum Buxentumque deductis coloniis Velleium quoque meminiſſe lib. I, cap 15: *Eodem temporum tractu, quanquam apud quoſdam ambigitur, Puteolos, Salernumque & Buxentum miſſi coloni.*

Digitized by Google

tunc erant, quando mancipia publica operibus hisce destinabantur. Sed finis iam sit primo huic capiti, quod in plura diffindi poterat, si praevidissem. Tametsi nec me laboris huius poenitet: & spero me nostris hominibus operam apprime utilem navasse, quibus toties huc deductae coloniae, (quae res in obscuro maxime, si qua res alia, versabatur) prope iustam historiam conscripserim.

CAPVT SECVNDVM

In proximos duos tituli versus.

I, II, III *Vt Hadrianus consecraretur aegre Pius impetravit.* IV *Hadriani opera.* V *Tempus refecti amphitheatri. Ad ultimos Hadriani annos reiiciendum.* VI *Imperatores Divi appellati raro humanos titulos adsciscunt.* VII Restituere *quam* instaurare *aedificia castigatius dicitur.* VIII, IX, X *Refecta opera nihilominus dedicabantur.* XI, XII *Hadriani columnae cui usui? An cum parastaticis coniunctae?* XIII, XIV *An ad propylaei apparatum?* XV *An sunt podii columellae?*

I. DIVVS. HADRIANVS. AVG. RESTITVIT. IMAGINES. ET. COLVMNAS. ADDI. CVRAVIT) In duabus hisce dumtaxat lineis fieri potest ut unum alterumve verbum hoc aut illo modo in marmore scriberetur, & aliter fortasse ac posui. Veluti si pro RESTITVIT fuerit in elogio EXORNAVIT aut eiusmodi aliud: & pro IMAGINES quis dubitat, quin STATVAS aut aliud ornamenti genus notari potuerit? Demum pro CVRAVIT potuit aliud insculpi, sed in eandem sententiam. De ceteris quae in hac periodo posui nihil est, cur dubitem.

II DIVVS. HADRIANVS) Illud IANVS, quod in fragmento versu tertio legitur, neque ad Traianum, neque ad Vespasianum (nam de Domitiano nihil est quod cogites, cuius nomen in saxis plerumque erasum conspicitur) referri potest; sed unice ad Hadrianum: tum quia hic princeps ad publica aedificia ubique terrarum tum exstruenda tum etiam reficienda, quantum nemo alius incubuit (de qua re paullo post dicetur) tum etiam quia cum eius filius Antoninus Pius hoc amphitheatrum dedicarit, illud quodcunque fuit quod hac inscriptionis periodo innuitur, non potest nisi ad eius patrem Hadrianum referri: nam perridiculum fuerit amphitheatrum a Traiano aut Vespasiano sive auctum sive refectum, non nisi a Pio post tantam temporis intercapedinem dedicatum.

III DIVVS) Hadriano post mortem ideo iam consecrato non alius titulus praefigi potuit: eo enim ἀποθεωθέντες imperatores praenomine donabantur. Propter multa ab Hadriano crudeliter facta, *Acta eius*, inquit Spartianus, *irrita fieri senatus volebat: nec appellatus esset Divus, nisi Antoninus rogasset . . . quare, ut supra dictum est, multi putant Antoninum*

Digitized by Google

ninum Pium dictum. Xiphilinus in Hadriano: *Parumque abfuit, quin ob eam cauſſam* (caedium ab eo factarum) *ne in Heroum quidem numerum referretur*. Capitolinus de Antonino Pio: *Etiam repugnantibus cunctis, inter Divos eum* (Hadrianum) *retulit*: cum diceret, quemadmodum e Dione apud Xiphilinum cognoſcimus, ſi eius acta reſcinderentur, etiam adoptionem ſuam irritam fieri, nec ſe fore imperatorem.

IV HADRIANVS) Praeter ea quae modo afferebam, quo fidem facerem, nec Traianum, nec alium principem, ſed unice Hadrianum hic eſſe percipiendum, hoc amplius addendum, neminem Hadriano fuiſſe publicorum aedificiorum ſtudioſiorem. Itaque cum imperii nullas non luſtraſſet provincias, ubique ſuae magnificentiae monumenta reliquit. Et quanquam, quantum ad Graeciam attinet, vel unus Pauſanias teſtis eſſe poteſt locupletiſſimus, cuius περιήγησις nuſquam non Hadriani opera nobis exhibet: tamen placet magis e Xiphilino & Spartiano teſtimonia producere. Xiphilinus in Hadriano: *Theatra quoque condebat, & inſtituebat certamina, cum urbes obiret* (40). Iam vero Spartianus in huius principis vita cap. 13: *Ad orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera, quae apud Athenienſes coeperat, dedicavit*. Ad haec ejuſdem Spartiani caput undeviceſimum in Hadriani operibus ac ſpectaculis exhibendis unice verſatur, quae huc adſcribere nonpigebit: *In omnibus paene urbibus & aliquid aedificavit, & ludos edidit. Athenis mille ferarum venationem in ſtadio exhibuit*. Et poſt alia multa de ſpectaculis eius dicta, ſic pergit: *Cum opera ubique INFINITA feciſſet, nunquam ipſe, niſi in Traiani patris templo nomen ſuum ſcripſit* &c. Taceo plurima Hadriani aedificia, quae Spartianus hoc aut illo loco facta paſſim commemorat: veluti quod *in honorem Plotinae baſilicam apud Nemauſum opere mirabili exſtruxit*. In quem locum Caſaubonus non alienam a probabilitate eorum ſententiam eſſe ait, qui ſtupendam amphitheatri Nemauſenſis molem, quod paene omni ex parte integrum durat hodieque, uti & alia ibidem admiranda aedificia, Hadrianum habuiſſe auctorem coniiciunt ad memoriam Plotinae commendandam exſtructa: quanquam & Pio tribui poſſe affirmat, quem genus Nemauſo traxiſſe Capitolinus affirmat. Sed Nemauſi amphitheatrum ab Hadriano fortaſſe potius, quam a Pio erectum, praeter ceteram principis magnificentiam, vel Campani amphitheatri titulus Nemauſenſes docebit (41).

V

(40) Quo loco Dio, e quo ſua Xiphilinus decerpſit, vocem θέατρα non tantum de theatris, ſed etiam de amphitheatris accepiſſe videtur, quae Dio vix aliter quam θέατρα appellabat; veluti cum lib. XLIII ait: Θέατρον κυνηγετικὸν, ὃ καὶ Ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πάντῃ κεκυκλῶθαι ἔδρας αὐτὸ σχεῖν, προσῤῥήθη: *Theatrum venatorium, quod & Amphitheatrum dictum eſt ex eo, quod ſedes undique in orbem habeat ſine ulla ſcena*. Et quidem Amphitheatri vox quamvis Graeca, a Graecis raro uſurpatur, qui θέατρα dicere maluerunt.

(41) Nuper cum incidiſſem in Iacobi Graſſeri Antiquitates Nemauſenſes (tomo 1 Theſauri antiquitatum Sallengriani) mirabar quid ei venerit in mentem ad Auguſti tempora Nemauſenſe amphitheatrum referre. Sic enim eius verba interpretor p. 1068 cum ait: *Nemauſenſe amphithea-*

Digitized by Google

V Offert se mihi vero hic illa quaestio, quandonam de Campano amphitheatro sive reficiendo, sive augendo aut exornando Hadrianum potissimum cogitasse putemus. Ac nihil sane verisimilius dici posse videbitur, quam tum, cum in Campaniam secessit, id opus aggressum: *Summotis his* (inquit Spartianus cap. 9) *a praefectura, quibus debebat imperium, Campaniam petit: eiusque omnia oppida beneficiis & largitionibus sublevavit, optimum quemque* (ex Campanis hominibus, ut Casaubonus exponit) *amicitiis suis iungens*. Hadriani secessum in Campaniam accuratissimus Tillemontius ad finem artic. 7 confert ad annum Christi CXIX, quo anno Hadrianus Cos. III processit, cuius alter imperii annus Augusto mense absolvebatur, ac tertius incipiebat. Quam ceteroqui optimam coniecturam (nam cur alio modo appellem?) sicuti non aspernor, sic nec omnino certam puto. Neque enim ad id nos Spartianus cogit: & cum postea saepe perpetuis itineribus intermissis Romam is princeps rediisset, cumque Tillemontio ipso fatente ab anno CXXVI ad CXXIX Romae manserit; videndum an non hoc temporis spatio & praefectos summorit, & in Campaniam secesserit. Sed nihil necesse puto viro doctissimo & emunctae naris repugnare: praesertim cum non ad secessum Campanienſem, sed ad extrema Hadriani tempora reiiciendum id opus mihi videatur. Nam si per initia sui principatus nostrum amphitheatrum sive ampliasset, sive refeciſset, cur non idem etiam dedicasset? praesertim cum in provinciis ultro citroque obeundis saepissime ei in itu ac reditu Capua transeundum fuerit. Ad ultimos vero eius imperatoris annos id aedificium si referatur, tum demum percommoda ratio reddetur, quare Pius illud potius dedicarit.

VI AVG.) Quoties consecrati iam principes illud *Divus* sibi veluti praenomen adsciscunt, nihil praeterea ex humanis titulis, quantum perspicere potui, addi solet, ac ne Augusti quidem cognomen. Itaque dubitabam utrum illud AVG. quod in extrema fragmenti ora nec integrum (nam ultima littera nescitur G an C fuerit) legitur, utrum, inquam, AVGERI, aut alio quovis modo supplendum potius videretur. Tamen AVG. retinendum putavi: nam & Traianus post consecrationem *Divus Traianus Parthicus* plerunque dictus invenitur; & (ut taceam de DIVA. MARCIANA. AVG. apud Reinesium III, 20, & DIVA. AVGVSTA. FAVSTINA. in nummis) apud Grut. p. 10, n. 6 legitur DIVVS. AVG. PONT. MAX. EX. S. C. REFECIT, etsi quis intelligendus his verbis sit, haud sciam, nam, (nisi forte in plures inscriptiones dividatur, quod Gruterus coniecit) certe de Octavio ibi sermo esse non potest. Sed quid ista minutiora consector, cum diserte apud Grut. p. 154, 1 sit:

theatrum, cum terra mariquę serenissime pax esset, Fundatori Herculi dedicatum. Augusti tempora intellexit: & hominem, credo, felicit, quod sub eo principe Nemausum est deducta colonia.

Digitized by Google

I sit: NERO. CLAVDIVS. DIVI. CLAVD. AVG. GERM. (supplendum hic puto F. C.) CAES. AVG. N. &c. & p. 153, 9 idem Divus Claudius cum omnibus titulis legitur in hunc modum: IMP. DIVVS. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAES. AVG. GERM. PONT. MAX. &c. De Hadriani etiam successore Pio reperi apud Grut. pag. 257, n. 12: M. AVR. VERO. IMP. DIVI. HADR. ANT. AVG. PII. P. P. F. (ideſt *patris patriae filio*) &c. Sed & Alexander Donatus III de urbe Roma 4 inveniri testatur DIVVS. CLAVDIVS. AVG. PAT. & DIVVS. TRAIANVS. AVG. PAT. in lapidibusne, an nummis id invenerit nescio. Inscriptionem quoque in Basilica Vaticana se vidente detectam profert in hunc modum.

D. TITO. D. VESPASIANI. F. AVGVSTO. IMP. CAESAR. D. NERVAE. F
NERVA. TRAIANVS. GERMANICVS. DACICVS. PONT. MAX.
TRIB. POT. COS. P. P. FECIT

Itaque non novum aut inauditum videbitur, quod in inscriptione nostra DIVVS. HADRIANVS. AVG. dicatur.

VII RESTITVIT) Historiae Augustae scriptores *Instaurare* frequentius, quam *Restituere* usurpant pro eo quod Renovare, aut Reficere dicimus. Veluti de hoc ipso Hadriano Spartianus cap. 19.: *Romae instauravit Pantheum, septa* &c. Capitolinus inter Antonini Pii opera refert *instauratum amphitheatrum*. Lampridius idem amphitheatrum ab Elagabalo *instauratum* dixit. Sed in antiquioribus elogiis ante & post Hadriani aetatem insculptis nusquam *Instaurandi* verbum reperi, sed interdum *Reficere*, plurimum autem *Restituere*. [Quin idem Hadrianus in nummis inscribitur RESTITVTOR. ACHAIAE. AFRICAE. ARABIAE. ASIAE. BITHYNIAE. CILICIAE. GALLIAE. HISPANIAE. ITALIAE. MAVRETANIAE. MACEDONIAE. NICOMEDIAE. PHRYGIAE. SICILIAE. ac postremo ORBIS. TERRARVM, ac iure optimo, *cum oppida universa RESTITVERET*, ut Aur. Victoris verbis utar. Ita *restituendi* verbum Hadriani quodammodo peculiare, omnino hic quoque, opinor, restituatur.] Et quamvis *Restituere* plus aliquanto in speciem notare videatur, quam *Instaurare*: tamen, quantum perspicio, in vetustis titulis *Restituere* sine alio additamento renovationem sive tuitionem, aut sarta tecta fere notat: nam cum aliquid amplius volebant significare, tum *A solo restituere*, & interdum *Ab inchoato restituere* (quod semel apud Grut. iterumque apud Reinesium 11, 33 inveni) dicebant, aut *Aedes vetustate collapsas restituere*, aut eius modi aliquid. Ceterum *instaurare* eo sensu sequior tantum aetas dixit (nam probi scriptores veteres nunquam de aedificiis usurparunt id verbum (42)) & scimus biographos

(42) *Instaurare ludos, bellum, funus, scelus*, & similia veteres dixerunt [: omnino *instaurare* probi scriptores cum nominibus non σῶμα sed πράγμασι significantibus (ea enim est sum-

phos illos, quos modo producebam, Diocletiani, aut Constantini aetate vixisse, quorum temporibus in inscriptionibus etiam id verbum occurrit. Apud Grut. p. 166, n. 7 de Diocletiano, Maximiano, Constantio, & Maximiano dicitur: MVRVM. VITVDVRENSEM. A. SOLO. INSTAVRARVNT. Et p. 180, n. 5 THERMAS. . . . INSTAVRAVERVNT. RVSTICO. V. . . . Posterioris etiam aetatis est inscriptio apud Reinesium cl. II, n. 31 ubi legitur INSTAVRATORI. MOENIVM. NOSTRORVM. Postremo apud Fabrettum p. 677, n. 31 legitur in hunc modum: *ARCVS PILAS ET PLVTEVM EX VTRAQ. PARTE OVATA* (vide obiter an non haec sit amphitheatri periphrasis) *labore expenso a VV. CC. & spectabilibus Tarpeio Anneo Fausto VC. comite ordinis primi & formarum & Iulio Felice Campaniano VC. excomite ordinis primi & formarum INSTAVRATVM.* Quam inscriptionem clarissimus Fabrettus post Theodosii iunioris tempora refert, propter *comitivam formarum*, cuius dignitatis nulla est ante Cassiodorum mentio; & hunc Iulium Felicem Campanianum diversum facit ab altero, qui praefectus urbi fuit, cuius est apud Gruterum mentio p. 177, n. 6. Vides jam *instaurari* aedificia dictum fuisse ex usu posterioris aetatis. [Turbat tamen quod *restaurare* Tacitus, Iustinus, & Iurisconsulti dixerint apud Vossium in *Instauro*; & in Inscriptione Telesina, cuius exemplar habeo, OPERA PVBLICA RESTAVRATA occurrunt. Tacitus *restaurare aedem* An. IV, 43, & *theatrum* III, 72 dixit. Servius ad Aen.

summa divisio nominis apud Dionysium Thracem in arte grammatica cap. 14 quam primus Fabricius Vol. VII bibl. Gr. inseruit: Ὄνομα, inquit, ἐστι μέρος λόγου πτωτικόν, σῶμα καὶ πρᾶγμα σημαῖνον, σῶμα μὲν οἷον λίθος, πρᾶγμα δὲ οἷον παιδεία) iungebant;] sed de aedificiis nunquam, quod legerim, usurparunt, ut mirer hoc viros doctissimos non notasse.

Nec eo inficias, quin fieri possit, ut aliqui veterum *Instaurare aedes* aut talia forte dixerit: sed donec ea locutio apud probos scriptores occurrat, non omnino tutam interim habeo. Statius ne tibi imponat, qui Theb. V, 9 *Instaurare vias* dixit, nam eodem sensu accepit, quo idem *Instaurare iter* II Theb. usurpavit. Plinius tantum XXXI, 2 dixit: *In qua* (villa Cicero) *& monumentum sibi instauraverat*. Sed ibi Instaurare, non est renovare, sed exstruere, uti iam pridem Budaeo & Roberto Stephano in thes. linguae latinae adnotatum fuit: nam & XI, 23 bombycas *adversum hiemem tunicas sibi instaurare* (ideſt exstruere) *densas* dixerat. Ac de eo *monumento* Plinius loquitur, quod Cicero XII ad Att. 18, 19, & 36 non *sepulcrum* sed *Fanum* [(De quo templo, monimentoq. Ciceronis videndus Ciampinus tom. I. vet monim. pag. 171)] appellari malebat, ut qualemcunque assequeretur, inquit, ἀποθέωσιν: quod miror tot Plinii explanatores fugisse: id quod ideirco sedulo Plinius adnotavit, quia, quantum ex illis epistolis constat, dubius animi fuit Tullius, in villane an in suburbano conderet. Tandem ergo in Puteolano exstruxit. Sed tamen bene est, quod Harduinus e veteribus optimis libris *monumenta* pro *monumentum* in textu reposuit: non enim aliquod genus fabricae, sed ea *monumenta* intelligi coniicio, de quibus ipse Cicero XII ad At 18 de *Fano illo* loquens ait: *Ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri potuerit, profecto illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis scriptorum & Graecorum & Latinorum* &c. Ita se Cicero Pliniusque alterum alter illustrant: nam & *Fani* locus ex Plinio innotescit, & quid *monumenta* apud Plinium sint Cicero addocet: & cur *Academia* dicta hinc quoque patet, quod omne genus *monumenta*, hoc est volumina ibidem sibi Marcus *instauraverat*, ideſt describenda curaverat; quam vim esse puto Plinianae locutionis. Ergo *instaurare* Plinio non est exstruere, sed redintegrare, tum ubi de libris, tum etiam ubi de bombycibus loquitur, nusquam vero de aedificiis.

Digitized by Google

Aen. II, 15. *Instar est ad similitudinem. Vnde non restaurata, sed instaurata dicuntur aedificia*. Sed vereor ut idoneus testis habendus sit quinti saeculi scriptor.] Itaque nos quoque *Restituendi* potissimum verbum selegimus, quod hic poneremus.

VIII Et quidem non novis tantum exstruendis aedificiis, sed & veteribus renovandis deditissimus fuit Hadrianus, de quo Spartianus cap. 19. *Romae instauravit Pantheum, Jepta, basilicam Neptuni, sacras aedes plurimas, forum Augusti, lavacrum Agrippae: eaque omnia propriis & veteribus nominibus consecravit*. Quae verba non parum nobis lucis afferunt; nam si INSTAVRATAS tantum aedes sacras, & cetera, quae biographus recenset, Hadrianus iterum consecrandas sibi existimavit, nulli mirum videbitur, si Antoninus amphitheatrum a patre dumtaxat renovatum atque exornatum dedicarit: praesertim cum non ambitione suum inscribendi nomen adductus illa a Spartiano memorata dedicasset pater: nam *propriis & veteribus nominibus consecravit*. Erat ergo in more positum, ut quidquid operum publicorum renovaretur, atque expoliretur, illud repetita prius dedicatione ita demum ad usum traduceretur. Cuius rei exempla quaedam referri a Gutherio in III de veteri iure pont. cap. 11, aut 12 memini.

IX Nec defuere qui mihi hoc obiicerent, cum amphitheatrum ad Campanae coloniae tempora referri a me scirent, ecquid tam brevi temporis intervallo restitutione aut refectione opus fuisset. Quibus hoc primum respondeo, Hadrianum, uti modo e Spartiano didicimus, Pantheon, forum Augusti, lavacrum Agrippae per Augusti aetatem exstructa *instauasse*. Ad haec in hac ipsa re amphitheatrali, Flavium amphitheatrum imperator Pius *instauravit* teste Capitolino: *Opera*, inquit, *eius Romae haec extant: templum Hadriani, Graecostasium post incendium restitutum, instauratum amphitheatrum*. Sed & Lampridius *Amphitheatrum ab eo* (Elagabalo) *instauratum post exustionem*, prodit. [Idem Lampridius de Alexandro narrat: *Lenonum vectigal . . . . sumptibus publicis ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri, & aerarii deputavit*]. Demum & sub Gordianis senatus illud restituisse videtur, teste Capitolino: *Quid enim*, inquit, *opus est de restitutione templorum, de thermis Titianis, de aedificatione amphitheatri agere?* [Demum Eusebius in chronico & sub Macrino, & iterum sub Decio amphitheatrum Romanum incensum commemorat]. Quibus locis modo recitatis non aliud amphitheatrum intelligi oportet, quam Flavium, nec aliud intellexit Lipsius de amphith. cap. 6. Quare si Romanum amphitheatrum intra tam breve spatium tam saepe reficiendum fuit: miramur, si ab Hadriano Campanum restitutum dicamus? Praesertim cum vel tectorii tantum iteratam inductionem restitutionis aut instaurationis nomine illi, ut opinor, donarint: nunc vero & columnas & alia ornamenta id genus addidit Hadrianus, ut iure restituisse dicatur.

X De-

Digitized by Google

X Demum ita prorsus huius tertiae lineae finem fuisse supplendum, altera inscriptio per eadem haec tempora detecta fidem faciet, quae amphitheatri apodyterium restitutum fuisse docet in hunc modum:

SATELLIA. M. F. ANVS
APODYTERIVM. AD. NOVITATEM. R.... estituit
EPISTYLIS. CETERISQVE. MARMORIBVS. O... rnavit.

quam inscriptionem, postquam hunc titulum expedivero, seorsum expendam.

XI IMAGINES) Aut tale eiusmodi. Nam cum in ceteris, quae supplevi, non defugiam auctoritatem, huic tamen voculae auctor non audeo sive fundus accedere. Multa succurrebant, quae verisimilius ponerem, uti paullo post dicam. Sed nescio quomodo simulacra demum malui ponere: selegique ex industria vocem IMAGINES, tanquam latius patentem, quam SIGNA aut STATVAS. Nam sive corpus integrum exhibuerint, sive tantum oris simulacrum humerum tenus (quales effigies hodieque in summis imi ordinis fornicibus exterioris ambitus duae restant) sive demum umblicatae, quas προτομὰς appellant, (cuiusmodi in superioribus fornicibus eiusdem exterioris ambitus fuisse, duae, quae Capuae in praetorio parieti carceris affixae visuntur, fidem faciunt) omnes recte dicentur IMAGINES. Neque illud abhorret a vero, supra podii columellas complures etiam huiusmodi imagines fuisse dispositas.

XII ET. COLVMNAS) Vbi & in quem usum columnas Hadrianus posuerit haud facile dixerim. Fieri potest ut eae columnae intelligantur, quae exterioris ambitus parastatis coniunctae adiacebant. Itaque initio supplevera PARASTATAS. ET. COLVMNAS: quae duo sicut in aedificiis copulabantur, sic & apud auctores coniuncta legas. Vitruvius v, 1: *In columna aut parastata borae describuntur*. Plinius XXXIII, 3: *Sed & illius aureae camerae & argenteae trabes narrantur, & columnae & parastatae*. Quae supplendi ratio si cui placeat, in extremo lineae non CVRAVIT, sed IMPERAVIT (quod tamen verbum alienum videtur ab Hadriani temporibus, & semel tantum inter titulos operum publicorum reperi apud Gruterum p. 158, 9 in inscriptione Gallieno posita) aut aliud quidpiam πολυγράμματον ad exaequanda spatia poni oportebit. Sed ut mittam, quod alii *Parastatica* dici malunt, (43) quam vocem utpote

K lon-

(43) In inscriptione apud Reinesium cl. 1, n. 105 legitur PARASTATICAS. CVM. SVIS. ORNAMENTIS &c. In *Glossario notarum veterum* Tironi tributarum. quod saeculi quinti coniicit esse Reinesius in comment. ad eam inscriptionem, legitur *Parastratica*, pro quo reponit Reinesius *Parastatica*. Sed & in Plinii loco, quem recitavimus, Budaeus mavult *Parastaticae*. H. Stephanus in thes. nullum Graecum scriptorem produxit, qui vocem Παραστὰς pro pilis illis quadratis, quae columnis adstant, usurparit, sed tantum Vitruvium lib v, cap. 1 apud quem tamen, uti notat Facciolatus in voce *Parastata*, alii *Parastasies* legendum putant. Itaut plena, ut arbitror, locutio sit *Pila Parastatica*, aut Πιλαι παστικαι στῆλαι; quia columnis astant, prominentibus ipsis columnis partibus duabus, aut, secundum alios, tantum sui medietate. In nostri tamen amphitheatri exteriore ambitu (ut obiter notem) columnae duabus fere partibus prominent, ita tamen ut columnae pedatura, diminutam ellipsim exhibeat; uti me modo admonebat

longiorem linea non admitteret: vix videtur credibile Hadrianum totum exteriorem ambitum addidiſſe, ſine quo amphitheatri forma conſiſtere non potuerat. Niſi vero fingamus ab antiquis Campanae coloniae temporibus fuiſſe apud nos amphitheatrum, ſed totum lateritium; quod poſtea Hadrianus non refecerit tantum, ſed & marmoreum exteriore ſui parte effecerit: quam coniecturam non parum altera iuvaret inſcriptio, quam modo memoravi, qua dicitur quaedam SATELLIA. APODYTERIVM. AD. NOVITATEM. Reſtituiſſe. EPISTYLIS. CETERISQVE. MARMORIBVS. Ornaſſe. Sed tamen in noſtro amphitheatro non exterior tantum orbis, ſed & interiores ſive mediani maximam partem e ſolido marmore ſurgunt: ut non poſſis marmora ab Hadriano addita comminiſci, quin totum amphitheatrum ab inchoato illum reſtituiſſe ſtatuas. Itaque hic mihi nox.

XIII Sed & de propylaeo aliquo per hunc principem adiecto ſuſcipio inceſſerat. Nam cum ſuperiore anno ad meridianam amphitheatri portam, ideſt eodem loci, quo titulus, de quo commentamur, eſt repertus, duae non mediocri mole columnae eſſent detectae: coepi cogitare an non quas inſcriptio COLVMNAS memorat in propylaei alicuius uſum ceſſiſſent, quod Hadrianus fecerit, & an non ſuppleri poſſet PROPYLAEVM. ET. COLVMNAS. &c. Cuiuſmodi eſt illud propylaeum, quod in lapide Romano apud Grut. p. 85, 3 reperi in hunc modum: COLVMNAS. CVM. EPISTYLIO. (quod vulgo architrabem appellant) DEO. MAGNO. SERAPI. IN. INTROITVM. EXORNAVERVNT. Pulchra ſane propylaei templorum deſcriptio: ſecundum quam ſuppleri non inſcite quarta haec noſtri marmoris linea poſſet in hunc modum: *epiſtylium. eT. COLVMNAS. AD. introitum. fecit.* Quam ſupplendi rationem minime aſpernor, imo veriſimilem puto; niſi quod columnae ante epiſtylium nominandae fuiſſent. Verum cum Flavium amphitheatrum, quod in nummo Veſpaſiani cernitur, ſine inſigni ac notabili aliquo propylaeo eſſe videatur (& apparere utique in nummo deberet, eo quod amphitheatrum eo poſitu ſcalptum ibi ſit, ut porta videnti obiaceat) eo ſupplementi genere non ſum uſus. [Verum, ut fatear, in omnibus nummis, in quibus amphitheatrum exhibetur, quos Cl. Maffeius Tab. I collegit, adiacet lateri quoddam columnatum aedificium; quod propylaeum ſimile illi, quod Pantheo obtenditur, videri poſſit; niſi quod hic columnae aliae aliis imponuntur, prorſus ut δίστεγον προπυλαῖον (duobus praecipuis amphitheatri tabulatis apprime conveniens) appellaverim. Hoc vero ſive propylaeum, ut mihi videtur, ſive quidquid fuerit, non acumini ellipſeos, ſeu uni ex maximis portis, ſed lateri omnino in iis nummis appingitur. Id quod

bat vir eruditus, idemque pictor egregius & ωνὸς ἀκτῆ Sanctulus Cyrillus Nicolai Cyrilli philoſophi praeſtantiſſimi longeque celeberrimi fratris filius, cum nuper noſtri amphitheatri reliquias delineaſſet.

Digitized by Google

quod miror non vidiſſe Maffeium, qui etſi in hac re nunquam ſibi conſtat, ac prorſus pugnantia loquitur (44), tamen eo propendet maxime, ut id aedificium uni ex portis maioribus (& portas maiores duas tantum agnoſcit, quae acumini ellipſeos ad utramque partem reſpondent) admoveat; nec animadvertit homo graphices, uti videri vult, peritiſſimus amphitheatrum ita in nummis optimi aevi inſculpi, ut acumen, non vero latus videnti obiiciatur (id quod conſtat etiam ex ſtatuis quibuſdam ſupra obiacentem portam conſpicuis, ex quibus intelligitur eam fuiſſe ex duabus maximis unam) columnatum vero aedificium adiacere longiori amphitheatri lateri, & ei omnino, ut opinor, portae, quae imperatori ad tribunal ſuum eunti patebat. Scio quid Maffeio impoſuerit. Is in Veronenſi Arena (ad cuius typum omnia amphitheatra reformare ſatagit, ita ut quidquid a Veronenſi ſua deformatione exorbitans alii ſcripſerint erroris & ἀβλεψίας paſſim arguat) portas laterales ceteris prorſus aequales deprehenderat; hinc erroris reos agit, qui Romani amphitheatri laterales portas aliquanto maiores deſignaverint: hinc etiam adduci non potuit, ut uni ex amphitheatri lateribus porticum illam in nummis conſpicuam admoveret: cum potius hinc colligere debuiſſet Veronenſem Arenam ea porticu caruiſſe. Atqui in Campano Amphitheatro etiamnum lateris orientalis mediana porta patentior conſpicitur & grandior prae ceteris, cui porticum illam ſive propylaeum in nummis deſignatum adhaeſiſſe putaverim.

XIV An igitur COLVMNAS, quas Hadrianus ADDIDIT ad hoc propylaeum, ſivè porticum orientalis lateris referemus? Sane non male. Num ergo PROPYLAEVM. ET COLVMNAS ſupplebimus, aut PORTICVM. ET. COLVMNAS? Haud aegre aſſentirer, niſi manifeſtum orationis vitium ineſſet, ſiquidem ante totum aedificium, deinde id ex quo compingitur, tamquam aliquid diverſum nominaretur.]

XV Demum illa etiam cogitatio ſubiit, utrumne ſupplerem PODIVM. ET. COLVMNAS. quae duo in Vitruvio quoque coniunctim leguntur, qui lib. v, cap. 7 de theatri podio ſic habet: *Podii altitudo, ab libramento pulpiti cum corona & lyſi duodecima orcheſtrae diametri. Supra PODIVM COLVMNAE cum capitulis & ſpiris altae quarta parte eiuſdem diametri.* Et quamquam eum ſupplendi modum a vero propius abeſſe putarem: tamen malui IMAGINES ponere, tanquam vocem hominum reprehenſioni minus expoſitam: praeſertim quod ne ſic quidem a podio diſcedimus, cum & COLVMNAS podii (quas & columellas dixerunt) interpretari ſit pronum, & IMAGINES ibidem diſpoſitas. Vnam iſtarum imaginum Spartianus in Severo memorat: *Victoria*, inquit, *vento iſta de podio ſtans decidit.*

(44) Pugnantia, inquam, de hac re ſaepe Maffeius loquitur, uti conſtabit conferenti columnati illius aedificii in nummis conſpicui interpretationem cum eo loco, ubi de portis lateralibus arenae Veronenſis agit, quas ceteris aequales reperit, & pag. 309. & fortaſſe alibi.

Digitized by Google

XVI ADDI. CVRAVIT) Curandi verbum a principis maiestate ne alienum puta: nam nihil eo frequentius in imperatorum titulis operum publicorum occurrit.

CAPVT TERTIVM

In postremas duas elogii lineas.

I, II, III *Antoninus olim Campaniae Consularis.* IV *Diversae cognomenti Pii caussae.* V *Ob insignem caeremoniarum curam cum Numa collatus Antoninus.* VI *Imo & Pius ob eamdem caussam Pausania teste dictus. Cuius sententia potior.* VII *Primo statim imperii anno eam appellationem est consecutus.* VIII *Quando refectum, & quando dedicatum amphitheatrum.* IX *In secessu Campanienſi dedicatio peracta.* X *Opera omnia dedicabantur.* XI, XII *Ludi in dedicationibus exhibiti.* XIII *Monitum ad seguentem Diatribam.*

I IMP. CAES. T. AELIVS. HADRIANVS. ANTONINVS. AVG. PIVS. DEDICAVIT) Ita prorsus, nec aliter postremos hos versus restitue. Vox enim PIVS, quae ultimo fragmenti versu legitur, facit ut non HADRIANVS pater, qui *Pius* nunquam est appellatus, sed filius sit intelligendus, qui praeter paterna nomina, quae post adoptionem assumsit, inscribitur praeterea ANTONINVS. AVG. PIVS, quemadmodum ex omnibus eius inscriptionibus constat.

II ANTONINVS) Ante adoptionem T. Aurelius Fulvius (an Fulvus?) Boionius Antoninus dicebatur, quorum nominum postremum tantum post adoptionem retinuit: nam illa *T. Aelius Hadrianus* ab adoptante accepit.

III Postquam Hadrianus, teste Spartiano cap. 22, *quatuor consulares per Italiam iudices constituit*: unus ex iis consularibus aliquando Antoninus fuit, uti Capitolinus in huius vita prodidit. Sed quam potissimum Italiae partem sibi creditam Antoninus habuerit, pulchre Salmasius ex duobus inter sese collatis Capitolini locis colligit. Nam primum de Antonino nondum principe cap. 2 ait: *Hic in omni vita privata in agris frequentissime vixit: sed clarus in omnibus locis fuit. Ab Hadriano inter quatuor consulares, quibus Italia committebatur, electus est ad eam partem Italiae regendam, in qua plurimum possidebat, ut Hadrianus viri talis & honori consuleret & quieti.* Capite vero septimo de eodem Antonino principatum iam adepto haec habet: *Nec ullas expeditiones obiit, nisi quod ad agros suos profectus est ad Campaniam; dicens gravem esse provincialibus comitatum principis etiam nimis parci.* Ex quibus duobus locis

locis invicem comparatis luculenter colligitur Antoninum Campaniae noſtrae conſularem quondam ab Hadriano fuiſſe impoſitum: propterea quod in eam Italiae partem regendam miſsum Capitolinus ait, ubi plurimum agrorum poſſidebat: agros autem in Campania Antoninum habuiſſe idem auctor affirmat.

IV PIVS) Primus imperatorum Antoninus hanc perhonorificam appellationem ſuo merito eſt conſecutus, quam poſtea Commodus, tum & aliae generis humani peſtes affectarunt. Cuius in Antonino appellationis alias alii cauſſas tradidere: ac fere omnes complexus eſt Capitolinus cap. 2.: *Pius*, inquit, *cognominatus eſt a ſenatu, vel quod ſocerum feſſa jam aetate manu praeſente ſenatu levaverit: (quod quidem non magnae pietatis eſt argumentum, cum impius ſit magis qui iſta non faciat, quam pius qui debitum reddat) vel quod eos, quos Hadrianus per malam valetudinem occidi iuſſerat, reſervavit: vel quod Hadriano contra omnium ſtudia poſt mortem infinitos atque immenſos honores decrevit: vel quod cum ſe Hadrianus interimere vellet, ingenti cuſtodia & diligentia fecit, ne id poſſet admittere: vel quod vere natura clementiſſimus, & nihil temporibus ſuis aſperum fecit.* Prope eadem apud Spartianum in Hadriano reperies: *Antoninus quidem*, ait cap. 24, *Pius idcirco appellatus dicitur, quod ſocerum feſſum aetate manu ſublevaverit: quamvis alii cognomentum hoc ei dicant inditum, quod multos ſenatores Hadriano iam ſaevienti eripuiſſet: alii, quod ipſi Hadriano magnos honores poſt mortem detuliſſet.* Qui iſti magni honores fuerint idem Spartianus in fine eius vitae declarat, a primum conſecratio, quam contra nitente ſenatu impetravit, tum quod *templum*, inquit, *denique ei pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen* (quod εὐσέβεια ideſt *Pialia* vocat Artemidorus 1, 28 & inſcriptio apud Grut. p. 314, n. 1 ΕΥCΕΒΕΙΑ. ΕΝ. ΠΟΤΙΟΛΟΙC, & p. 254, 4 appellatur Antoninus conſtitutor SACRI. CERTAMINIS. SELASTI. I. ideſt εἰσελαστικῶν, de quo conſule Caſaubonum) *& flamines & ſodales* (HADRIANALES ſaepe in inſcriptionibus memoratos) *& multa alia quae ad honorem quaſi numinis pertinerent. Quare, ut ſupra dictum eſt, multi putant ob haec Antoninum Pium dictum.* Sed Dio apud Xiphilinum eam tantum huius appellationis cauſſam affert. *Quod initio principatus ſui multis reis factis, poſtulatiſque nonnullis nominatim ad ſupplicium, neminem punivit: non enim, inquit, ab his me rebus principatus exordium facere oportet.*

V Quorſum haec, inquies, tam multa de Pii appellatione huc comportata, quae hiſtoriae Auguſtae ſcriptoribus fuiſſent potius relinquenda? Nimirum quia prorſus alia eius nominis ratio mihi venerat in mentem, quam modo ex inſcriptione 23 claſſis tertiae apud Reineſium [ex hortis Iuſtinianeis (eadem refertur a Fabretto pag. 681, n. 62 ex hortis etiam Iuſtinianeis)] didiceram, quae ſic habet:

S. P.

Digitized by Google

S. P. Q. R
IMP. CAESARI
T. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. P. P
PONTIF. MAX. TRIB. POT. VI. COS. III
OPTIMO. MAXIMOQ. PRINCIPI
ET. CVM. SVMMA. BENIGNITATE
IVSTISSIMO
OB. INSIGNEM. ERGA. CAERIMONI
AS. PVBLICAS. CVRAM. AC
RELIGIONEM

In eam inscriptionem miror nihil a Reinesio notatum : cum tamen ex ea demum intelligamus cur Antoninus Numae comparatus fuerit, nimirum OB. INSIGNEM. ERGA. CAERIMONIAS. PVBLICAS. CVRAM. AC. RELIGIONEM. Et eandem rationem, cur Antoninus cum Numa conferretur, attulit Capitolinus in fine eius vitae, quam de hoc principe contexuit, in hunc modum: *Qui rite* (sed legendum *recte* ex Palatino codice) *comparatur Numae, cuius felicitatem PIETATEMQVE & securitatem CAEREMONIASQVE semper obtinuit*. Nam ceteros, qui eandem comparationem innuunt, nihil necesse habeo huc afferre (45). Verum illud potius tum ex inscriptione, tum recitatis Capitolini verbis coniiciebam ob eandem caussam, ob quam cum Numa visus est conferendus, fuisse etiam PIVM appellatum. *Pium*, inquit Nonius, *dicitur religiosum*.

VI Ac mihi sane videbatur haec opinio singularis : sed ecce nihil est quod Spanhemii diligentiam effugerit, qui in diss. de praest. & usu num. primae editionis Romanae (nam aliam non habeo) p. 263 inter huius tituli caussas, quas profert in medium, hanc etiam ab eius religione petitam non omisit, Pausaniae auctoritate fretus, cuius verba proderit huc adscribere ex Arcadicis cap. 43: *Hunc*, inquit, (Antoninum) *Romani Pium cognomine appellarunt, propterea quod unus omnium religionum studiosissimus fuerit*: Graece est: Διότι ἐς τὸ θεῖον τιμῇ μάλιστα ἐφκίνετο χρώμενος. Ac mihi quidem (quando nullum de his iudicium fert ille acerrimus aestimator Tillemontius art. 4) si detur optio, quam potissimum ex eius appellationis caussis probarem, in Pausaniae procul dubio

(45) Idem Capitolinus cap. 2. *Qui merito Numae Pompilio ex bonorum sententia comparatur.* Eutropius iisdem prope verbis: *Et qui merito Numae Pompilio conferatur.* Sex. Aur. Victor, cum Antoninum *sine exemplo* vixisse dixisset, *quamvis*, inquit, *cum Numae contulerit aetas sua*. Incertus auctor apud Suidam: *Ob similem regni administrationem dignissimus est habitus, qui Numae conferretur, sicus Traianus Romulo visus est aemulandus*.

Digitized by Google

dubio ſententiam concederem : quippe qui coaevus Antonini fuit (nam Dio quidem haud paullo poſt, Spartianus vero & Capitolinus prope ducentis poſt Antoninum annis vixerunt) & Romae verſatus iſta ignorare non potuit. Accedit quod Spartianus & Capitolinus nihil de ea re affirmate dixerunt, niſi quod diverſas de ea re hominum opiniones tradiderunt: contra vero Pauſanias ita affirmate loquitur, nullum ut ambigendi locum relinquat. Quibus hoc etiam accedit, quod cum proxime Pauſanias humaniſſimam quandam clementiſſimamque Antonini legem retuliſſet: nihil facilius ei fuiſſet, quam ob tantam clementiae laudem, quam collegerat, Pii nomen conſecutum ſubiungere: tamen ob religionum curam id ei nomen impoſitum ſtatim ſubiecit ; prorſus ut appareat quas eius appellationis cauſſas poſteriores biographi prodiderunt, eas Antoniniano ſaeculo fuiſſe penitus inauditas. Demum tum de Antonini *inſigni caeremoniarum cura* inſcriptio, quam ſupra poſui, fidem facit, tum vero ob eam PIETATEM Numae fuiſſe comparatum Capitolini modo recitata verba ſatis addocent: ac praeterea habeo Antonini mediocris moduli nummum, cuius averſa parte inſtrumenta pontificalia, qualia poſtea in Aurelii Caeſaris, aut Maximi Caeſaris numiſmatis inſculpta viſuntur, quae ſine controverſia ad Antonini Pietatem referuntur. Nam quamvis in hoc Antonini nummo nihil de PIETATE inſcribitur, ſed tantum TRIB. POT. COS. III, aliorum tamen ad eam imitationem poſtea cuſorum ea eſt omnium epigraphe PIETAS. AVG.

VII Illud fortaſſe incommodat, quod Antoninus quidem vel primo ipſo principatus anno PIVS inſcribitur: inſcriptio vero, quam e Reineſio deſcripſimus, ad ſextum ejuſdem principis annum pertinet (ad quem etiam annum nummum modo deſcriptum, etſi tribunitiae poteſtatis numerali nota deſtitutum, Reineſiani epigrammatis indicio, non incommode revocarim) ex quo intelligatur caeremoniarum curam ab Antonino ſuſceptam nihil habuiſſe cum PII appellatione commune. Sed reſponderi poteſt, cum Antoninus per omnem aetatem religionis ſpecimina praeſetuliſſet, tum vero ſtatim ut reip. gubernaculis adſedit, nihil antiquius habuiſſe, quam ut in religionibus, qua parte negligebantur, reſtituendis ſui principatus primordia commendaret : atque ob eam cauſſam primo ſtatim anno eam appellationem eſſe nactum : quam cum poſtea egregiis in ea re facinoribus praeclare tueretur ; hinc & inſcriptionem ei poſtea poſitam, nummoſque eadem ſignificatione praeterea ſignatos. Quanquam quod primo ſui regni anno PIVM inſcribi in nummis Antoninum Tillemontius art. 4 ex Spanhemio affirmat, tametſi tantorum ingeniorum vel auctoritas ipſa me frangit, tamen videndum an ob tribunitiae poteſtatis numeralem notam omiſſam ad primum Antonini annum eos nummos Spanhemius revocarit: quae ratio (niſi forte & COS. ſine numerali nota legatur) nihil valet, uti vel ex eo numiſmate, quod modo deſcripſi,

Digitized by Google

psi, perspici potest, in quo & tribunitia potestas sine nota numerali ponitur, & tamen legitur COS. III. Sed cum Spanhemii spiffius illud volumen ad manus non habeam, tacere praestat, quam temere aliquid affirmare: & nihil unquam habui antiquius, quam in viri tantopere in hisce rebus subacti iudicio conquiescere. Quamvis autem inter Antonini nummos quos Angelonus affert, primum hanc praeseferre epigraphem viderim: IMP. T. AELIVS. CAESAR. ANTONINVS. & in aversa parte: TRIB. POT. COS. ex quo appareat non ipso statim sui principatus initio eam appellationem nactum fuisse: tamen cum nec ibi Antoninus capite laureato exhibeatur, nec AVG. inscribatur (quam appellationem una cum Pii cognomento eodem tempore Antonino oblatam innuit Capitolinus) magis est ut is nummus ad extrema Hadriani tempora referatur, quando tribunitia potestas Antonino primum communicata fuit.

VIII DEDICAVIT) Ex hoc quod amphitheatrum ab Hadriano restitutum Antoninus dedicavit, duo maxime consequimur, & sub extrema Hadriani tempora fuisse sive refectum sive exornatum, & sub Antonini initia dedicatum fuisse. Nam cum dedicare, ut paullo post ex Festo tradam, idem sit quod *usui dicare*: haud puto magnum temporis intervallum inter Hadriani opus & Antonini dedicationem intercessisse. Accedit quod locorum sacrorum dedicationes diu differre religioni sibi ethnici ducerent, quod ex Plinio didicimus IV, ep. 1: *Cuius* (templi) *dedicationem, cum sit paratum, differre longius irreligiosum est*. Non est ergo verisimile principem eum, qui a pietate nomen inveniisset, Antoninum non primo quoque tempore ad hoc opus dedicandum prosiliisse. Fortasse etiam cum Hadrianus id, quod circa hanc molem aggressus erat, morte praeventus non perfeciset, illud quodcunque fuit Antoninus & ad umbilicum perduxit, & insuper dedicavit. Ac multa sane, quae affecta reliquerat Hadrianus, filius perfecit, testante Capitolino cap. 4: *Ad opera*, inquit, *Hadriani plurimum contulit*: id quod & ex Puteolano celebri marmore percipio ap. Grut. p. 163, n. 9 ubi legitur: IMP. CAESAR...T. AELIVS. HADRIANVS. ANTONINVS. AVG. PIVS. PONT. MAX. TRIB. POT. II...OPVS. PILARVM. VI. MARIS. CONLAPSVM. A. DIVO. PATRE. SVO. PROMISSVM. RESTITVIT. Et Mediolani ap. Grut. p. 177, n. 4 est illa celeberrima inscriptio eodem Antonini anno posita, qua dicitur: AQVAEDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS. (Mediolanum sic per ea tempora vocatum, quod studiorum teste Plinio IV, epist. 13 sedes esset, viri docti censuerunt: contra Tillemontius in Hadriano not. 21 de *Novis* in Deio *Athenis* indicio Gruterianae inscriptionis p. 405 intelligit; [at Potterus lib. I Archaeologiae cap. 6 de ipsissimis Athenis intelligit, ideo novis appellatis, quod eas Hadrianus plurimis, maximisque aedificiis ornaverit]) COEPTVM. A. DIVO. HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMMAVIT. DEDICAVITQVE. Idem fortasse nostro amphi-

Digitized by Google

phitheatro evenerit, cuius refectionem sive exornationem a patre inceptam Antoninus ad exitum perduxerit, ipsumque demum dedicarit, idque sub initia principatus: nam & opus pilarum TRIB. POT. II. restituit.

IX Vt ut est: ad illud maxime tempus Campani amphitheatri dedicatio pertinet, cum Antoninus ad agros suos in Campaniam secessit. *Nec ullas*, ait Capitolinus cap. 7, *expeditiones obiit, nisi quod ad agros suos profectus est ad Campaniam, dicens gravem esse provincialibus comitatum principis etiam nimis parci.*

X Nihil vero est quod de amphitheatri dedicatione mireris: nam non templa solum, sed & opera publica cuiuscunque generis, nunquam non dedicabantur, ut passim ex inscriptionibus theatrorum, pontium, ceterorumque aedificiorum constat. Ac ne ab amphitheatris discedam, exstat haec apud Holstenium in notis ad Cluverium inscriptio:

M. SILIO. EPAPHRODITO. PATRONO
SEVIRVM. AVG.
MAGISTRO. IVVENVM. ITERVM. IVVENES
LVCOFERO
NENSES. PATRONO. OB. MERITA
QVOD. AMPHITHEATRVM
COL. IVL. FELICI. LVCOFER. S. P. F
DEDICAVITQVE. L. D. D. D.

XI Et vide interim quid inter Capuam Lucumque Feroniae dignationis interesset: quod huius amphitheatrum obscurus homo, ac libertinae, quantum ex Graeco cognomine coniicio, originis fecit dedicavitque (idemque de ceteris oppidis intelligi potest, quorum vix aliquod fuit, quod non parvum aliquod amphitheatrum haberet) cum interim Campanum ab Hadriano restitutum exornatumque, ab Antonino dedicatum fuerit. Olim & Capitolium Capuae Tiberius dedicarat, teste Suetonio in eius vita cap. 40: *Peragrata*, inquit, *Campania, cum Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti, quam caussam profectionis praetenderat, dedicasset, Capreas se contulit* (46).

(46) Turbat nonnihil Tacitus XV annal. 57, qui non Capitolium, sed Iovi templum a Tiberio tunc temporis Capuae dedicatum narrat: *Tandem*, inquit, *Caesar in Campaniam specie dedicandi templum apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul urbe degere.* Sed commodum ex eo discimus, sicut omnia in coloniis principem urbem imitabantur, sic etiam in Campano Capitolio Iovis Tonantis aedem extitisse. Imo fieri Romanum Capitolium saepissime non tam pro colle, in quo Iovis aedes, quam pro ipsa aede accipitur: eadem notione Suetonius Capuae Capitolium, id est Iovis aedem, a Tiberio dedicatam narrat. Adhaec sicuti Romano in Capitolio Iupiter, Iuno, & Minerva sub eodem laqueari eodemque tecto colebantur, sic etiam in Capitoliis extra Romam, ut alibi dicam. Nam semel hoc scito, urbes celeberrimas ad Romae imitationem sua habuisse Capitolia. De Capitolio Ravennae mentio est in Agnelli libro pontificali in vita S. Apollinaris. Aliarum quoque nobilissimarum urbium Capitolia memini legisse, quibus nunc requirendis supersedeo.

Digitized by Google

XII Ea dedicatione sumtuosissimos ludos ab imperatore apparatos fuisse, tum gladiatorios, tum etiam & venationem, quae duo maxime in amphitheatris spectabantur, ex iis, quae deinceps de dedicatione dicentur, prorsus necesse est: & erat Pius in eam voluptatem satis effusus. Quis scit an non in hac amphitheatri dedicatione prope eadem ediderit munera, de quibus Capitolinus in Antonino cap. 10? ibi haec ait: *Edita munera* (47), *in quibus elephantos & corocottas & strepsicerotas, crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit. Centum etiam leones una missione edidit.*

XIII Atque hic me admonet locus, ut de dedicatione, eiusque notione ac ritu, quae didici, paucis complectar: praesertim quod nemo hactenus eam tractationem susceperit praeter Gutherium, qui in III de vet. jur. pont. II, & 12 non pauca de ea re dicere occupavit; quae hic omitti satius erit, quam actum agi. Quare si quis Gutherii duo illa capita cum hac diatriba coniungere volet, iustam universae rei cognitionem facile assequetur.

DIATRIBA

DE DEDICATIONIBVS.

I *Vera dedicationis notio traditur.* II *Templorum, & publicorum operum dedicatio ad quem pertineret.* III *Quo ritu templa, hostium bona, aras, signa consecrarentur: itemque an cetera quoque opera publica sacrari oporteret.* IV *De rerum singularum encaeniis.*

I *Inter consecrationem dedicationemque discrimina.* II, III *Quid dedicatio? Vera dedicationis notio.* IV *Dedicationis notio ex Hebraeis.* V *Et Graecis.* VI *Dedicare olim idem quod* dicere. Dedicare *ex Festo est* usui dicare. VII VIII Dedicare togam in funus *quid?* IX *Quid* in censum dedicare. *Vulpiano vetus scriptura asseritur.* X Dedi-

(47) Aureo illo latinitatis saeculo munera de gladiatoribus dicebantur, venatio de bestiis: sed utrumque posterior aetas munus appellavit. Apuleius IV Mileſ. *Praetor*, inquit, *ceteram speciosam muneris supellectilem, totis utrinque patrimonii viribus immanis ursae comparabat numerum copiosum.* Augustinus lib. 1 contra Acad. *Si te edentem munera urſorum.* Prosper Aquitanicus libro de promissionibus: *In munere habet Danielem sanctum leones non ferro, sed orationibus vincentem.* Verum quid necesse est e sequioris latinitatis scriptoribus haurire, cum tanto ante Martialis lib. de spectac. epigrammate 8 cujus est lemma *de feminarum pugna cum bestiis* dixisset:

. . . . . *Nam post tua MVNERA, Caesar,*
Haec iam feminea vidimus acta manu.

Quid quod Marcilius commentario in eum librum p. 52 etiam ad scenicos *munus* transfert auctoritate Ciceronis, Vitruvii & Symmachi, quorum locos recitat?

Digitized by Google

Dedicare domum, arcam *quid?* XI *Quid* dedicare *apud Apuleium, Tertullianum, & Cyprianum.* XII *Eadem notione dedicare in lapidibus.* XIII *Quid dedicare domum, aut ſtatuam. Dedicare fontes, aut muros quid ſibi velit. Quid ſua pecunia dedicare.* XIV *Eodem ſenſu* dedicare *in poſterioris aetatis titulis.* XV *Quid* dedicare *cum dandi caſu.* XVI Sub aſcia dedicare *quid ſignificet.* XVII *Quid aſcia hic.* XVIII *Verus eius formulae ſenſus.* XIX, XX *Duumviri aedis dedicandae exploſi.* XXI *Ius praeficiendi qui dedicaret olim apud populum.* XXII *Poſtea ad imperatores translatum, quorum nomine alii quandoque dedicabant.* XXIII *Metropolitanae Eccleſiae Campanae dedicatio.* XXIV *Principi opera inſcribebantur: niſi ſi quis ſua pecunia feciſſet.* XXV, XXVI *Quanta olim dedicandi ambitio.* XXVII *Quorundam imperatorum modeſtia.* XXVIII *Dedicatio ab conſecratione diſtinguenda.* XXIX, XXX *Dedicationem differre irreligioſum.* XXXI, XXXII *Conſecratio diſerte lingua, mente conſtanter peragenda.* XXXIII, XXXIV *Bonorum conſecrandorum ritus.* XXXV *Quo ritu deorum ſigna conſecrarentur.* XXXVI *Opera publica quatuor generum.* XXXVII *Virum illa omnia ſacrarentur. Sacra tantum conſecrabantur.* XXXVIII *Rerum ſingularium dedicationes.* XXXIX *Amphitheatri,* XL *Theatri,* XLI *Gymnaſii,* XLII *Bibliothecae,* XLIII *Pontium,* XLIV *Emiſſarii,* XLV *Aedium,* XLVI *Viarum,* XLVII *Quinquennalitatis,* XLVIII *Fori.* XLIX, L *In dedicationibus epulum, ideſt caena recta, aut ſportulae, aut nummi dabantur:* LI *Idque etiam in eccleſiarum dedicationibus.* LII *Dedicationis dies anniverſarius celebrabatur,* LIII *Qui & interdum in alium diem differabatur.*

I. DEdicare nihil aliud eſſe, quam conſecrare, plerique omnes perſuaſiſſimum habent, & ſolent Latini lexicographi id verbum hoc alio reddere καθιερόω. Et quanquam non inficior ſaepiſſime ei verbo conſecrationis, tanquam rei cum dedicatione plerunque coniunctae, notionem ineſſe: imo quanquam non ignoro Graecos rei Romanae ſcriptores, cum de templorum, theatrorum, balnearum, gymnaſiorum & ſimilium dedicatione narrant, non alio fere verbo quam ἱερόω aut καθιερόω latinum *dedico* reddidiſſe; plurimum tamen differunt: nam & conſecratio (illa quidem certe, quae in deteſtationem fiebat) ſine dedicatione eſſe poteſt, & haec viciſſim ſine conſecratione. Locus poterat interdum ſacer eſſe, in quo nihil erat alicui Deo dicatum, neque ara, neque ſignum, neque aliud quidpiam: veluti cum Scipio de conſilii ſententia Carthaginem conſecravit, nulli ut liceret inibi aedificare, ſive cum aedes aut quaecunque bona civis, quem pro hoſte haberi vellent, alicui Deo ſenatus populique R. conſenſu, pontificumque collegio approbante conſecrarent: id quod Hebraei חרם *hherem*, Graeci vero ἀνάθεμα dixerunt. Quare hinc eſt quod C. Flavius Gn. F. uti auctor eſt Livius IX, 46, *Aedem Concordiae in area Vulcani ſumma invidia nobilium dedicavit*. In area illa Vulcano ſacra neque ſignum neque ara neque templum Vulcani erat, alioqui nunquam ibi C. Flavius aedem Concordiae dedicaſſet: erat tantum חרם ſive ἀνάθεμα. Contra vero & dedicatio, illa proprie dicta, ſine conſecratione ſaepenumero intelligebatur, veluti cum quis aedes ſuas recens exſtructas dedicaret, cum Cicero *praedia in cenſum dedicare* dixit, & ſimilia ſane innumerabilia, in quibus *dedicare* quid ſibi velit, ſtatim copioſiſſime tradetur. Quanquam ergo ſaepiſſime conſe-

Digitized by Google

cratio cum dedicatione coniungebatur, uti cum Clodius Ciceronis domum, tanquam improbi civis, a se consecratam. Libertati insuper dedicavit: imo & templa consecrabantur eadem caeremoniis, & simul dedicabantur: tamen multum inter utrunque intererat, unde Cicero prodomo n. 48: *An*, inquit, *consecratio nullum habet ius, dedicatio est religiosa?* &c. Et poterat certe unum sine altero consistere: nam, ut statim docebo, dedicatio latius, quam consecratio patuit. Quin imo in templis ipsis, quae & consecrata & dedicata eadem dicebantur: tamen aliud in iis consecrationem aliud dedicationem fuisse, infra demonstrabitur. Et delubri quidem, aut eiusmodi rerum consecratio quid sibi velit, iam omnes perspiciunt: dedicationi vero quae subiecta sit notio porro exsequamur.

II Ac nihil verius ea dedicationis definitione, quam obiter & aliud agens adhibuit Alexander Donatus in III de urbe Roma cap. 7, ubi *Dedicare* hoc esse ait, *primo fabricae usu publice aliquid splendidum ac magnificum exhibere ex iis, quorum gratia perfecta est*, ut in theatro dramata, gladiatores venationesque in amphitheatro, & cetera in eundem modum. Verissima definitio, quam ita demum potes etiam ad alia praeter fabricas transferre, si dixeris *dedicare* idem esse quod usui dicare seu addicere: quod profecto Graeci ἐγκαινίζειν, & sequior latinitas *encaeniare* dixit, quo verbo hodieque in hoc Regno utimur, quoties novum aliquod vestimentum induimus, aut quidvis novi in usum convertimus. Ac praestat Augustinum ipsum de ea re loquentem audire in Ioannem: *Quandocunque*, inquit, *novum aliquod fuerit dedicatum, encaenia vocantur. Iam & usus habet hoc verbum: si quis nova tunica induatur, encaeniare dicitur* &c. (48).

III Verum ne sine via ac methodo vagetur oratio: hanc, quam posui dedicationis notionem, primum ex principum linguarum consensu, tum & ex Latinis scriptoribus & monumentis ita me confirmaturum confido, nullus ut dubitationi locus relinquatur; & eadem opera spero me non paucis auctorum locis lucem eximiam allaturum.

IV Ac primum quod Hebraei חנך *hbanach*, idest *initiavit*, quodque Graeci ἐγκαινίζειν, quod ad verbum est *innovare*, id Latini *dedicare* dixerunt. Deut. XXI, 5: *Quis vir, qui aedificavit domum novam, & non dedicavit eam?* (heb. חנכו *hbanacho*, hoc est *inchoavit eam*, LXX vero ἐνεκαίνισεν αὐτὴν) *vadat & revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam*: ubi etiam idem verbum hebraice occurrit, idemque graece: sicuti etiam in libris Regum & Paralipomenon

(48) Hinc Ioannes de Ianua ex Papia ait: *Encaeniare novum aliquid induere*. Epitaphium Aligerni Ab. Casinensis de monasterio Casmensi restituto:

Quod quia frustratum fuerat tam tempore, illo
Nisibus omnigenis enceniarat hians.

Ethelvverdus IV, 4 apud Cangium: *Enceniavit in Wintonia urbe arduam turrim.*

Digitized by Google

non, ubi de Salomonici templi dedicatione agitur. Inde est חנכה *bhanucchah*, idem quod *initiatio*, quod hebraice tum in titulo psalmi 29, sive 30 legitur, tum etiam Nehem. XII, 27, ubi noster habet *in dedicatione muri Ierusalem*; & LXX ἐν ἐγκαινίοις τείχους. Etiam chaldaice apud Danielem cap. III, 2 לחנכת צלמא *lahhanucchath tsalma*, ubi graece est εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς εἰκόνος, & latine, *ut convenirent ad dedicationem statuae, quam erexerat Nabuchodonosor rex*. Nec Hebraei ergo aliud habent dedicandi verbum, quam hoc quod initiationem significat; nec in Graeca translatione, aut N. T. aliud adhibetur, quam τὰ ἐγκαίνια, quasi dicas *novalia*, aut etiam ἐγκαινισμός, quod legitur I Mach. 4. Et Suidas ἐγκαίνια esse ait ἑορτὴν, καθ' ἣν ἐκαινουργήθη τι: Euripidis vero Scholiastes ἑορτὴν τὴν ἐν ἐγκαινισῷ.

V Et quanquam τὸ ἐγκαινίζειν & ἐγκαίνια apud LXX fere tantum, & sacros N. T. scriptores invenias, qui ad vim Hebraei vocabuli *bhanach* explicandam illud adhibuerunt; tamen & ex Polluce exemplum τῶ ἐγκαινίσαι affert H. St. in thes. Et etiam apud Varinum Favorinum, qui omnia ex antiquis lexicis, & scholiastis accuratissime compilavit, reperio in hunc modum: Καινίσαι, καινῷ χρήσασθαι, καὶ ἐγκαινίσαι: ubi pulchra se offert dedicationis, seu τῦ ἐγκαινίσαι definitio, nempe καινῷ χρήσασθαι.

VI Venio iam ad Latinos, apud quos *dedicare* idem olim fuit, quod *dicere* (49). Quia vero in templorum ἐγκαινίοις conceptis verbis, quas

(49) *Dedicare* idem fuisse quod *dicere* testantur grammatici veteres Festus & Nonius: manetque etiamnum prope eadem significatio in altero compositi *praedico*, *praedicas*: imo simplex *dicare* & *dicere* alternant & *dicere* (apud Nonium IV, 122.) est *dicare*. Virg. lib. VI: *Funeni infernae dictus sacer*: & rursus apud eundem Marcellum IV, 139 *Dicare* (est) *indicare, nuntiare. Lucilius libro* XXX: *sic ubi ad aureis Roma tuam pugnam clavam allatam* (legendum allata) *dicassis*. Sed redeo ad compositum *dedicare*: quod Festo est *dicendo deferre*; & Nonio idem quod dicere. Inde est illud Caecilii in primo annalium apud Nonium: *Legati quo missi sunt veniunt, dedicant mandata*. Accius Alphesiboea eadem significatione adhibuit: & Lucretius, cujus exempla paullo post referam. Sed & *delicare* D in L abeunte eodem sensu dicebant. Titinnius apud Nonium *Quid istuc est, aut iste vult servo? mater delica*. Accius Achille: *Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica*. Hodieque in optimis Plauti MSS. & editis libris Mil. III, 1, 30 legitur: *Ita vero, ut tu ipse me dixisse delices*, idest dicas. Etiam aureo latini sermonis saeculo quandoque *dedicare* idem quod dicere aut affirmare fuit. Lucretius lib I, 368:

At contra gravius plus in se corporum esse
Dedicat, & multo vacui minus intus habere.

Rursus eodem libro V, 423:

Corpus enim per se communis dedicat esse
Sensus.

Iterumque lib. III, 209:

Haec quoque res etiam naturam dedicat ejus,
Quam sensi conflet textura, &c.

Male his locis omnibus *deliquat* Fayus in sua editione exhibuit: cum intelligam Pareum, cujus tamen lexicon Lucretianum ad manus non habui, *dedicandi* non *deliquandi* verbum ea notione apud poetam philosophum agnoscere: & iure merito, nam sic quoque locutum Apuleium deprehendi in libro de habitud. doctrin. Plat. philos. lib. III: *Aliae*, inquit, (propositiones): *dedicativae sunt, quod dedicant aliquid de quopiam, ut virtus bonum est: dedicas enim virtuti inesse bonitatem; aliae abdicativae, quae abdicant aliquid de quopiam* &c. Ac toto eo libro non alius usus est verbi *dedicandi*. Martianus quoque Capella initio dialecticae dedicativas & abdicativas enunciationes memorat.

[Pene exciderat, quod Augustei saeculi scriptor Vitruvius I, 7 eadem prorsus notione eo verbo est usus: *Id autem etiam Etruscis auspicibus disciplinarum scriptis ita est* DEDICATUM (h. e. dictum, affirmatum) *extra murum Veneris, Vulcani, Marsis fana idea collocari*, &c. Et II, 8: *Quod nefas est, trophaea dedicata removeris*.]

quas quidem formulas apud Briſſonium invenies, utebantur: hinc antea putabam factum, ut quod Graeci κατάρχεσθαι, id Latini *dedicare*, aut veteri dialecto *delicare*, ideſt, ut interpretabar, ſollemnia verba *dicere* appellarint. Sed re attentius penſitata, ſic ſtatui, *dedicare* non aliud eſſe, quam *dicare* ſeu *addicere uſui*: id quod Graeci ἐγκαινίζειν dicebant. Quod ne forte nunc primum, ac de meo attuliſſe videar, Feſtus in primis auctor accedat: *Delicata*, inquit, *dicebant Diis conſecrata, quae nunc dedicata* (50). *Vnde adhuc manet delicatus, quaſi uſui* (ſic enim eſt in MSS. male autem in editis *luſui*) *dicatus*. Quo quid luculentius afferri poteſt? Et tamen cum illud VSVI, quod paſſim in MSS. legitur, quid ſibi vellet non intelligerent, promtiſſimo errore LVSVI in editis, uti dicebam, ſubſtituerunt; nec porro viderunt Feſtum de *dedicationis* etymo, non vero de iis, quos in deliciis haberent, locutum.

VII Eſt ergo, ut equidem ſtatuo, *dedicare* idem quod *dedicere*, ſi modo exſtat id verbum (51), ſeu auctore Feſto *uſui dicare*, ſive encaeniare. Et quanquam vel unius Feſti auctoritas abunde ſufficiat: non pauca tamen exempla ſcriptorum ad rem illuſtrandam adſciſcam; quos viciſſim, uti ſpero illuſtriores dimittam. Ac primum [Vitruvius, cui hoc verbum per quam familiare eſt, in fine prooemii lib. 2 ait: *Et eorum, qui INITIA* humanitatis, & *INVENTIONES perquiſitas ſcriptorum praeceptis DEDICAVERVNT*. Perſpicuum eſt enim *dedicare initia & inventiones* non eſſe aliud Vitruvio, quam uſui addicere & ἐγκαινίζειν. Singulare eſt etiam uſus huius verbi apud eundem praef. lib. 1: *Cum autem concilium caeleſtium in ſedibus immortalitatis eum* (Divum Iulium) *dedi-*

(50) Dauſquius ne tibi imponat, qui p. 44 inſcriptionem Romanam, quam affert Grut. p. 321, n. 6 ad iſta Feſti *delicata* ideſt *dedicata* trahit. Inſcriptio ſic habet: TEIAE. EVPHROSINES. RVFFINAE. V. V. DELICATAE. Hic autem non Ruffina virgo Veſtalis dicitur *delicata*, hoc eſt (uti Dauſquius interpretatur) *Diis dicata*, ſed Teia Euphroſine fuit *a deliciis* Ruffinae virginis Veſtalis, cuius & liberta erat. Nihil frequentius iſtis *delicatis* in inſcriptionibus eo ſenſu, quem dixi, occurrit. Et ad hos delicatos referenda quoque mihi videtur inſcriptio nuper Romae reperta, quam cum aliis elogiis libertorum Liviae brevi edendam ſentio. Ea ſic habet:

AMIANTHVS LIVIAE
AD VENEREM
LIV. HOMERI. L
DED. AMIANTHVS. L

Cuius epigrammatis expoſitio Romanos exercuit antiquarios, quemadmodum mihi vir eruditus Ignatius Comus, qui de eius ſignificatione tituli me nuper eſt ſciſcitatus, narrabat. Paucis rem expediam. Haec enim demum videtur eſſe ſententia: LIVIae. HOMERI. (id eſt Homeridi, ſicut ISI pro Iſidi, SERAPI, OSIRI &c. in titulis aepe leguntur; & occurrit apud Grut. p. 86, 6 MALANIA HOMERIDE; & ἐμπέλαι quoque maſculino genere leguntur apud Harpocrationem & Suidam) Libertae. DEDIT. AMIANTHVS. Libertus. (qui) AMIANTHVS. LIVIAE. AD. VENEREM. (hoc eſt delicatus) fuit. [Temperare mihi vero non poſſum quin illud ex actis SS. Perpetuae & Felicitatis num. 18 pulcherrime dictum huc afferam: *Sequebatur Perpetuam lucido vultu, ut matrona Chriſti, ut DEI DELICATA*. Vbi vides pulcherrimam translationem a ſaeculi delicatis, ad Chriſti ſponſi delicatas. Et ita quidem, uti hic poſui, ex Cod. Coſinenſi ediderat Holſtenius: Ruinartus autem ex aliis codicibus edidit, *ut matrona Chriſti Dei dilecta*, deperuente tota pulcherrimi loci gratia].

(51) Eruditiſſimus Facciolatus in Calepini lexico nunc tertium excuſo verbum *dedicere* agnoſcit, firmatque exemplo Accii Alphesiboea: *Adverſor, cui te eſſe Alcmaeonis fratrem falſis dedicas*. Sed fortaſſe non animadvertit Nonium IV, 311 a quo eum Accii locum habemus, referre a *dedicare*, ut ſit indicativi modi: praeſertim ſi illud *dedicas* ſit finis verſus iambici.

Digitized by Google

dedicavisset, h. e. collocasset. Hyginus, quem Traiano aequalem censent lib. de limit. constituendis pag. 159 editionis Goësianae ait: *Quas* (urbes) *aut .... civibus, aut emeritis militibus assignaverunt, & ab agrorum novae DEDICATIONE culturae coloniae appellaverunt*. Quid clarius? novae culturae initia *dedicationem* dixit]. Paullus iurisconsultus *dedicare togam in funus* dixit pro eo quod est togae novae usum in funere inchoare (52): quam notionem quia nemo hactenus, quod sciam, animadvertit,, necesse habeo verba legis afferre: est autem l. 19 de in rem verso: *Filius familias*, inquit Paullus, *togam emit: mortuo deinde eo, pater ignorans & putans suam esse, dedicavit eam in funus ejus, Neratius libro secundo responsorum ait, in rem patris versum videri*. Et haec, quae recitavi, & quae ibidem sequuntur, satis declarant *dedicare* ibi non esse solum *destinare* (quomodo Gothofredus in notis explicat) sed, quod Augustinus de tunica dixit, *encaeniare*: & ceteroqui notissimus est ille veterum mos, quo non nisi togati efferebantur. Iuvenalis sat. III, v. 172:

Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus (53).

[Apu-

(52) [Vetus isse mos fuit ab heroicis usque temporibus repetendus, quibus apud Homerum Penelope sollicita inducitur de indumento ad Laërtem inhumandum tanto ante pertexendo Od. 3, 96 & seq. quod imitatur Virgilius IX, 488. Ea vestis iam tum candida usurpabatur ut in Patroclo sepeliendo Il. Σ. 353. Vnde apud Artemidorum II Onirocrit. 3 infaustum omen mortisque praesagum habetur, si quis aegrotus veste alba amiciatur. Eo togae novae apud Romanos studium pertinebat; quia singularis in ea candor erat, quem colorem ad animi simplicitatem, defunctique innocentiam notandam pertinuisse, Plutarchus testatur in quaest. Rom. Sed & alioqui nova toga idcirco quaerebatur, quia mortuos pretiosissimis indumentis uti sollemne apud antiquos fuit. Hinc Alcestes apud Euripidem v. 156:

Επεὶ γὰρ ἦσθι' ἡμέραν τὴν πρίν
Η'χησεν ὀφθεὶς πτεχμίοις λευκὸν χρόα
Ελισσατ', ἐκ δ' ἐλισσε κρήδεμνον δόμων
Εσθῆτα κοσμεῖτ' ἐυτρεπῶς ἠσκήσατο.
Nam simul adesse sensit extremum diem,
Fluvialibus aquis candidam cutem abluit;
Tum cedrinis vestem ex apothecis detrahens,
Mundumque muliebrem, ornas se decentius.

Hinc etiam Socrati hausturo cicutam, uti se eadem opera ad funus compararet, Apollodorum tunicam palliumque pretiosum attulisse, narrant Laërtius, & Aelianus I Var. Hist. 16. Soli Spartiatae, teste eodem Aeliano VI Var. 6 contrario, ut ferme & in aliis, instituto usi, cum vulgaribus vestibus sepeliebantur].

(53) In quem locum nescio quid augatur vetus Scholiastes: *Togam*, inquit, *sumit, & eam supra lectum mittunt, dum mortuus offertur*. Atqui togam sumere, est induere. Et per ea tempora non in Italia solum, sed & Romae raro toga, saepius lacernis utebantur: mortui tantum, inquit Satyricus, per Italiam togam sumebant.

Qui mos togatos sepeliendi constat & ex aliis scriptorum locis, quae afferunt Lipsius I Elector. 6 & ex eo Dempsterus in paralipomenis ad ad Rosin. lib. V, cap. 32. Sed ibi tamen dupliciter Dempsterus hallucinatur: ac primum quod togam, quam mortui induerent, pullam fuisse ait. Sed si vir doctus ad loca a Lipsio producta attendisset, albam, non pullam togam a mortuis indutam didicisset. Plutarchus de Romanis ait: *Mortui corpus ἀμφιεννύουσι λευκοῖς*. Artemidorus τὰ λευκὰ ἱμάτια mortem praenuntiare ait; διὰ τὸ τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐν λευκοῖς ἁρμόττεσθαι. Et vulgus civium sic efferebatur: nam magistratus, triumphales viri &c. quas vivi sive praetextas, sive purpureas, easdem & mortui gerebant. Illud, opinor, Dempstero fecit offucias, quod is, quem profert in medium, Martialis IX, 38. ait: *Nec pallens toga mortui tribulis*. Sed *pallens* ibi non significat togam pullam, sed sordidam & obsoletam: nec albae opponitur, sed candidae & cretatae, qualibus ditiores utebantur. uti vel ex praecedentibus palam est:

Nil est tristius Hedyli lacernis,
Non ansae veteres Corinthiorum, &c.
Nec pallens toga mortui tribulis.

Tribulis enim apud poëtas saepe tenuioris fortunae hominem, & unum e multis significat,

Ea-

Digitized by Google

[Apuleius IV Floridorum : *Togam quoque parari & voto, & funeri* h. e. tam in nuptiis, quam in funere togam parari (h. e. coëmi) nam eo deventum erat ut duobus his tantum temporibus toga usurparetur].

VIII Ac miror Facciolatum virum doctissimum, qui Calepini lexicon accuratissime amplificavit, ut thesauri linguae latinae loco haberi possit, *dedicare in funus*, & *dedicare in sacrum* ita interpretari, quasi sit in funeris & sacri impensas insumere. Neutrum verum est. De toga in funus dedicata quae modo diximus, satis quae vis sit eius locutionis ostendunt : dedicare vero in sacrum apud Caium nihil est aliud quam consecrare, seu religioni obstringere (54).

IX Iam vero quo sensu Paullus dixit *in funus dedicare*, eodem, quanquam in re dissimili, Tullius ait, *in censum dedicare*. Locus is est in oratione pro L. Flacco n. 32, ubi cum in Decianum quendam inveheretur, qui in praedivitis mulierculae bona invaserat, eaque, cum lustrum a censoribus conderetur, in censum detulerat, ait : *At haec praedia etiam in censum dedicavisti, mitto quod aliena, mitto quod possessa per vim, mitto quod convicta ab Apollonidiensibus* &c. Ac bene Lipsius

III

Eadem notione alibi Martialis :

Et tremulo vix accipienda tribuli :

Et Hor. I, epist. 13:

Vt cum pileolo soleas conviva tribulis.

Quare omnes, cum efferebantur, togam eamque sibi coloris induebant : & ditiores quidem candidam & recentem, inopes vero, quod candida non suppeteret, quod relinquum fuit, *pullatam* ideest obsoletam usurpabant.

Quanquam & Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 40 togam sordidam cum pulla confusam contendit : sed vereor ut id satis probet. *Pullus* Graecis proprie φαιὸς dicitur, *sordidus* vero iisdem πυρρός. At Graeci, inquit, quam Latini sordidam togam dixissent, φαιὰν interdum appellaverunt ; uti Plutarchus in Cicerone de Milone reo μεταλαβεῖν ἐσθῆτος φαιᾶς ἀπαξιώσαντα. Quid tum ? an non sicuti sordidam, sic etiam pulli coloris & αὐτοφυοῦς usurpare rei potuissent? Id quidem vel Pollux ab ipsomet Casaubono prolatus docere possit, qui vel λευκὰ διαπρεπῆ vel φαιὰ aut μέλανα vestimenta iis attribuit. Plinius, inquit, VII epist. 17 *sordidos pullatosque* conjunxit. At non synonymus, sed διαλλοτριῶς ita Plinius quidem certe : nec ceteroqui video, cur plebeii, quos a lacernae usu *pullatos* Plinius nuncupavit, iidem ob ceteras sordes non etiam *sordidi* recte fint appellati : non autem continuo *sordidus* idem quod *pullus*. Deinde quos Calpurnii versus Casaubonus affert, in iis *pulla vestis* & *pulla paupertas* non de toga obsoleta utentibus, sed de lacernatis (nam lacerna pulli seu nativi coloris fuit) dicitur, quos Augustus media cavea submovit, teste Suetonio cap 44 : *Sanxitque*, ait, *nequis* PVLLATORVM *media caveae sederet*. Nam eadem notione *pullatos* hic Tranquillus accepit, quemadmodum paullo ante acceperat, pro lacernatis. Venio enim demum ad Suetonii locum, de quo ibi commentatur Casaubonus : dabiturque opera, ut intelliges *pullatos* eo loco non sordida toga indutos, sed lacernatos esse accipiendos. *Ac visa*, inquit Suetonius Octavio cap 40, *pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans, en ait,*

Romanos rerum dominos gentemq. TOGATAM.

Ex usurpato Virgilii versiculo satis quidem percipitur, non sordes, sed genus vestis Augustum reprehendisse, quod lacernam, quae pulli coloris fuit, pro toga induerent : idque e sequentibus fit illustrius, pergit enim : *Negotium*, inquit, *aedilibus dedit, nequem posthac paterentur in foro circove, nisi positis LACERNIS TOGATVM consistere.* Alterum quod fallitur Dempsterus est, quod in recitata Paulli lege *dedicare togam in funus* esse ait *eandem ea obvolvere*. Atqui non ea tantum vis est eius verbi, sed valet togam novam in funere *encaeniare*, ut Augustini verbo utar. Ex quibus profecto intelligitur, tantum abfuisse, quin mortui *toga lugubri* sive *pulla*, uti Dempsterus appellat, uterentur, ut potius toga nova, saltem a ditioribus, in funus dedicanda quaeri consueverit : nimirum ut candidiore toga viventi efferrentur.

(54) Lex est XII tabularum, quam Caius *lib.* VI. *ad leg.* XII. *tab.* refert (eaque est lex ult. de litigios.) in hunc modum : *Rem, de qua controversia est, prohibemur in sacrum dedicare ;*

Digitized by Google

III var. lect. I *in censum* reposuit (55), cum antea *in censu* legeretur ; nisi quod *in censum dedicare* idem esse statuit, quod *in censum referre* : sicuti etiam Manutius in commentario ad eum locum, quem tamen reprehendit Gronovius lib. IV de pec. vet. cap. I & iure merito, nam, uti multis ostendit, *deferre in censum* Quiritium erat, at *in censum referre* unius censoris proprium fuit. Ita ex Gronovii sententia *in censum dedicare*, idem est quod *in censum deferre* & profiteri. Recte quidem, sed penitiorem tamen eius locutionis caussam vir doctus cum ceteris ignoravit. Atqui hic etiam dedicare idem prorsus est quod inchoare: [ita ut *dedicare in censum* is demum dicatur, qui tum primum fundum, aut quidvis aliud in censum defert aut profitetur. Enimvero quae in superioribus censibus iam censa fuerant, ea tantum deferri in censum, non item dedicari dicebantur: at quae recens acquisita in censum deferebantur, ea demum in censum dedicari recte dicebantur, quia tum primum earum rerum censio inchoabatur; atque ea erant illarum rerum ἐγκαίνια censualia, ut sic appellem.] Idem prorsus loquendi genus adhibuerat P. Africanus oratione contra Ti. Asellium apud Gellium VII, II: *Quanti*, inquit, *omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti*. Sic autem accusandi casu tum hic, tum apud Ciceronem, non vero *in censu* esse legendum, illae, quas modo exponebamus, locutiones *in funus*, *in sacrum dedicare* prorsus evincunt. Demum Gronovius ibidem εὐτυχῶς sane & feliciter eamdem locutionem in Vlpiano restituit l. 64 de adquir. rer. dom. Ibi in vulgatis legitur: *Quae quisque aliena in censum deducit, nihilo magis eius fiunt*. Sed *dedicat* scripsisse Vlpianum veteris elegantiae non ignarum, ait Gronovius. Quam coniecturam certissimam puto, quod animadverterim ex eius legis variantibus lectionibus *deducat* alios codices praeseferre, uno variante elemento eoque permutabili, nam scimus duas eas litteras V & I in lapidibus & MSS. saepissime permutari.

X [Nec alia notione Dedicare domum, aream & cetera huiusmodi apud Cic. pro Domo, Livium & alios dicitur, quoties infensi civis bona consecrabantur (חרם Hebreis) & publicabantur. Huiusmodi res *dedicare* non aliud erat, quam ex privatis publicas facere, quod perspicue colligo ex hac apud Fabrettum pag. 675, n. 18 inscriptione:

M D.

re ; alioquin dupli poenam patimur ; ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. Sed duplum utrum fisco, an adversario praestandum sit nihil exprimitur (in lege XII tab. de qua commentatur) *fortassis autem magis adversario : ut id veluti solatium habeat pro eo quod potentiori adversario traditus sit.* Potentiori utique adversario traditus appositе dicitur, quia rem consecratam liberare multo difficilius fuit : eoque pertinet Ciceronis oratio pro domo sua, quam ab adversariis dedicatam Cicero vindicaturus eam orationem habuit. Quod ergo Cicero (ut Marcellum l. 12. de cur. fur. & Pomponium l. 61 de pactis, aliosque taceam) *dedicare* pro eo, quod est rem sacram facere aut religioni obstringere dixerunt, id Caius ex lege XII tabularum plena oratione dixit *rem in sacrum dedicare*.

(55) [Dedicare in *censum* accusandi casu, ut cum dicitur *res esse in vadimonium* Cic. pro Quin. Idem in Pompeiana : *In possessionem esse*, &c.]

Digitized by Google

D. NONIVS. ASPRENAS
L. AXSIVS. NASO. TR. PL
... CAECILIVS. CORNVTVS
Q. LVTATIVS. CATVLVS
.. VOCONIVS. STOLO
CVRATORES. LOCORVM. PVBLICORVM
DEDICANDORVM. EX. S. C. EX. PRIVATO
IN. PVBLICVM. RESTITVERVNT

Vbi vides fuiſſe curatores locorum publicorum dedicandorum, horum vero munus erat ex privato in publicum reſtituere. Vbi primum vero locus publicus fiebat, *dedicari* dicebatur, non ob aliam profecto cauſſam, quia tum primum eius δημοσιότης incipiebat. Ex qua notione non modica Ciceroni aliisque lux affunditur.]

XI Sed pergo iam ſcriptorum locos, quos quidem conquirere potuerim, in medium proferre. Suetonius de Auguſto ſic narrat: *Commiſſione ludorum, QVIBVS theatrum Marcelli DEDICABAT* (ideſt encaeniabat) *evenit, ut luxatis ſellae curulis compagibus caderet ſupinus*. Prae ceteris non bonus ille quidem ſcribendi auctor, ſed antiquitatis tamen affectator Apuleius vix aliter eo verbo uſus videtur, cuius haec interim loca reperi: Metam. IV: *Vt venationis ſuae primitias bonus amicus videretur ornando muneri dedicaſſe*. Met. X: *Dies ecce muneri deſtinatus aderat .... Ac dum ludicris ſcenicorum choreis primitiae ſpectaculi dedicantur* &c. Annon vides *primitias muneris* (hoc eſt venationis, quo ſenſu munus ſaepe accipit Apuleius) *dedicare* idem eſſe quod auſpicari? Ad haec Met. XI de Iſidis navi Iſis ipſa ſic loquitur: *Quo* (die) *ſedatis hibernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, navigabili iam pelago, rudem dedicantes carinam, primitias commeatus* (ideſt navigationis) *libant mei ſacerdotes*. Ibi *rudem carinam dedicare* eſt novam nec dum mare expertam ponto committere, & uſui addicere. Tertullianus in Scorpiaco cap. I de Paullo Melitam devecto: *Hoc modo*, inquit, *etiam ethnicis ſaepe ſubvenimus, donati a Deo ea poteſtate* (de qua Marci XVI, 18 dicitur, *ſerpentes tollent* &c.) *quam Apoſtolus dedicavit* (ideſt qua primus omnium uſus eſt) *cum morſum viperae ſprevit*. Quomodo *dedicare poteſtatem* dixit Tertullianus, ſic & *magiſtratum dedicare*, ideſt inire dici conſueviſſe coniicio; nam & eius contrarium *abdicare magiſtratum* uſu tritiſſimum fuit. [Idem libro de carne Chriſti cap. 17: *Nove naſci debebat novae nativitatis dedicator*. Idem in Apologetico cap. 6 de Nerone primae in Chriſtianos perſecutionis auctore loquens ait: *Tali dedicatore damnationis noſtrae gloriamur*. Ibidem cap. 12: *In patibulo primum corpus Dei veſtri dedicatur*. Idem de Poenit. cap. 2: *Quum rurſus ad ſuam miſericordiam maturaviſſet* (Deus) *iam inde in ſemet-*

Digitized by Google

semetipso poenitentiam dedicavit, rescissa sententia irarum pristinarum. In Honorii & Theodosii constitutione, quae exstat lib. xv Cod. Th. tit. 9 de expensis ludorum l. 2 fit mentio *Mytarcharum*, *agonothetarum*, *itemque Asiarcarum*, *& ceterorum*, *quorum nomen votiva festivitatis sollemnitas dedicabit*. Nam cum huiusmodi omnes sacerdotes ludis praesiderent, idcirco eorum munus & nomen aliqua editione sollemni dedicabatur i. e. inchoabatur.] Illustre illud quoque S. Cypriani est epist. 33 edit. Pamelianae, ubi de lectore tum primum sui ordinis munus auspicante ait: *Hoc die auspicatus est*, *dum dedicat lectionem*. Lampridius Elagabalo cap. 17: *Et lavacrum quidem Antonini Caracallus dedicaverat* (hoc est encaeniaverat, nam sequitur) *& LAVANDO & POPVLVM ADMITTENDO*. Nec obscuriora exempla apud posterioris aetatis scriptores; nam eadem notione in octava S. Stephani protomartyris a priscis usque Ecclesiae saeculis (vide librum sacramentorum Greg. M.) quotannis hanc orationem damus: *Omnipotens sempiterne Deus*, *qui primitias martyrum in B. levitae Stephani sanguine dedicasti*, &c. [In officio S. Andreae Apostoli in versiculo tertii responsorii: *Salve crux*, *quae in corpore Christi dedicata es*, ex quibus verbis patet acta S. Andreae non posse esse valde recentia. Trebellius in Tetrico Iuniore cum dixisset Aurelianum recepisse a Tetrico coronam civicam picturatam de museo: *Quam cum*, inquit, *dedicasset*, *Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse convivio*.] Gesta Constantini M. apud Cangium: *Palatium usque ad perfectum fecit*, *quem non dedicavit*, idest eo uti non potuit. Quod eodem sensu hic dicitur, quo Latinus Bibliorum interpres Deut. xx, 5 domum recens aedificatam *dedicare* dixit, pro eo quod est encaeniare. [Et quod ad Hebr. IX, 18 dicitur: ἡ πρώτη (διαθήκη) .... ἐγκεκαίνισται, id vulgatus interpres vertit *dedicatum est*.] Atque haec ex auctoribus satis.

XII Venio nunc ad inscriptiones, in quibus quidem rarius *consecrandi* (56), saepissime *dedicandi* verbum occurrit: sed tamen certissimum habeo plerumque in iis *dedicationem* tantum pro ἐγκαινίοις adhiberi: quamvis non negem non raro etiam pro consecratione usurpari, eo quod

(56) Non desunt tamen exempla in marmoribus, ubi propria *consecrandi* vox adhibetur. Itaque ap. Grut. p. 18, n. 6 IOVI. OPTIMO. MAXIMO. . . P. AELIVS. . . . ARAM. CONSECRAVIT. Itemque p. 19, 1. Rursus p. 18 5 ARAM. CONSTITVIT. ET. CONSECRAVIT. Postremo p. 109 ARAM. CVM. BASE. CONSECR. Sed & apud Reinesium cl. 26 AEDEM. CVM. OMNI. CVLTV. CONSECRAVIT. In Graecis epigrammatibus ΚΑΘΙΕΡΩΣΕ de templis ΑΝΕΘΗΚΕ de aris, signis, clypeis ceteris-que rebus, quae collocatione aut suspensione dedicabantur, & alio transferri poterant, dici solet. Vnde quod legitur apud Grut. p. 69, 8 ΤΟΝ. ΝΑΟΝ. ΚΑΙ. ΤΟΝ. ΒΩΜΟΝ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. ob vicinius illud ΒΩΜΟΝ negligenter, credo, sic positum fuit: nam πρὸ illud ΑΝΕΘΗΚΕΝ minus convenire videtur, quod est tamen τῷ Βώμῳ proprium, qui loco moveri potest. Cicero pro domo n. 46: *Simulacrum autem aut aram si dedicasti*, *sine religione loco moveri potest*. Quo Tullii loco *dedicare* & *loco movere* ἀντίθετα, opinor, ponuntur. Non dedicabatur, ut alibi ostendam, ara sive signum, cum supra suam basin ponebatur, cuius contrarium fuit *loco movere*.

Digitized by Google

res essent coniunctissimae, eoque unum pro altero poneretur. Verum, uti dixi, saepius dedicatio nihil praeter encaenia adsignificat: veluti quod apud Reinesium 11, 89 dicitur nescio quis *theatrum & proscenium ludis scenicis biduo* DEDICAsse *de sua pecunia*: idem ibi profecto DEDICAVIT, quod in usum traduxit; neque enim *biduo* res consecratur, nec *pecunia*. Item quod apud Grut. p. 12, n. 1 legitur: I. O. M. PRO. SALVTE. IMPP. L. SEPTIMI. SEVERI. ET. M. AVRELI. &c. M. FIRMIDIVS . . . . CONSECRAVIT. ITEM. DEDICAVIT: an non ea quantivis pretii epigraphe prope clamitat, inter consecrationem ac dedicationem, quanquam res coniunctissimas, interesse tamen plurimum, quod illa ritibus & conceptis formulis, haec primo rei usu contineretur? Itemque in basi Interamnate apud Grut. p. 14, n. 16: I. O. M. MINATIA. ELPIS. DEDICAVIT. ET. CONSECRAVIT (57). [In Kalendario marmoreo apud Gruterum pag. 133 V. Kal. Septembris notatur: H. D. ARA. VICTORIAE. IN. CVRIA. DEDIC. EST. i. e. *Hoc die ara Victoriae in curia dedicata est*. At Dio Lib. 51, p. 459 de eadem re loquens ait: *In eaque* (curia) *imaginem Victoriae posuit*; Graece ἐνέστησε. Inscriptio, quae olim erat in porticu Ecclesiae S. Vitalis Ravennae apud Ciampinum tom. 2, pag. 66: *Mandato Ecclesii Episcopi Iulianus Argentarius aedificavit, ornavit, atque DEDICAVIT CONSECRANTE vero reverendissimo Maximiano Episcopo XIIII Kal. Maii Sexies P. C. Basilii Iun. V. L. Indictione X*, i. e. anno 547. Idem pag. 81 ex Rubeo hanc affert inscriptionem in Classensi templo S. Apollinaris: *D. Apollinaris Sacerdotis Basilicam mandato beatissimi Vrsicini Episcopi a fundamentis Iulianus Argentarius aedificavit, ornavit, atq. DEDICAVIT, CONSECRANTE vero B. Maximiano Episcopo die nonarum Maii Indictione XII octies P. C. Basilii*.]

XIII Atque ii quidem, qui *dedicare* nihil aliud esse volunt, quam καθιερᾶν sive consecrare, vix alibi, quam cum de templis rebusque aliis sacris est sermo, suam sententiam tueri possunt. Contra vero ea, quam *dedicationi* subiecimus notionem, tam patet latissime, ut non templis solum, sed profanis omnibus rebus optime conveniat; quae res profanae cum dedicari dicuntur, nihil aliud significatur, quam eorum usum inchoari. Suetonius Nerone: *Eiusmodi domum, cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare coepisse*. Quo sane loco nonnisi primum domus usum dedicationis nomine licet intelligere: non enim domus consecrabantur, & consecratae non erant amplius in domini sui censu, ut patet ex oratione Ciceronis pro domo. Nisi

(57) Τὸ ἕτερον πρότερον, cum dici potius debuisset CONSECRAVIT. ET. DEDICAVIT. prius res sacrabatur, tum demum usui dicabatur. Tamen fieri potuit, ut interdum sive per negligentiam consecratio rem usu inchoatam subsequeretur, sive fortasse verius, si quando consecratio neglecta fuisset, usu iam sacrata putabatur.

Digitized by Google

Nisi forte principis domum religiosam fuisse existimamus, quod a vero non abhorret. Sed alia suppetunt exempla rerum profanarum innumerabilia: veluti cum sermo est de dedicatione statuarum, non dicam imperatoribus, sed privatis hominibus positarum, nefas est de καθιερώσει tum cogitare. [*Dedicatio* enim statuarum nihil aliud quam earum erectio sive collocatio erat: quod adeo certum est, ut saepe in inscriptionibus *ponere* pro *dedicare* usurpatum inveniatur: sic apud Grut. 48, 5: HERCVLI. DEO. INVIC. SIGNum. AEREVM. EX. VOTO. POSuit. IN. MAGNA. ARA. Vbi POSuit tantumdem valet, quod *dedicavit*. Hinc apud Pollucem lib. I segm. 12 τὸ ἱδρύσασθαι, & ἐγκαινίσαι h. e. *dedicare* sunt synonima: sicut segm. 13 eius contrarium dicit esse καθελεῖν, κατα βαλεῖν, &c. h. e. loco, ac sede sua movere. Et in glossis veteribus καθίδρυσις redditur *dedicatio*. Notat id quoque Graeca vox ἀνάθεσις, quae Latinae voci Dedicationis respondet. Quod si quis de ἀναθέσεως notione scrupulum iniiciat, legat Sponianas inscriptiones pag. 339 & seq. Nam certe quod num. LVII dicitur ποιησαμένης τὴν ἀνάθεσιν τῆ ἀνδρίαντος τῆς ἀδελφῆς αὐτῆ *dedicante statuam sorore eius*, Vlpiani scil. cui ea statua ponebatur; id num. LXII sic effertur: ἐπιμεληθέντος τῆς ἀνασ τάσεως Πομπηίᾳ Λκτρίᾳ; & num. LXIV τὴν ἀνάστασιν ποιησαμένων ἀρχόντων &c. & num. LXVI τὴν πρόνοιαν . . . . . τῆς ἀνασ τάσεως τῆ ἀνδρίαντος ποιησαμένη τῆ πρώτη ἄρχοντος. Et statuae quidem clarorum virorum collocatione dedicabantur. At deorum signa sola collocatione non erant proprie dedicata, sed precibus votisque adorantium dedicabantur sive encaeniabantur. Egregie facit ad hanc rem illustris Minucii locus in Octavio cap. 23: *Quod si in animum quis inducat tormentis quibus . . . . . simulacrum omne formatur, erubescet timere se materiem, ab artifice, ut Deum faceret illusam* (credo *inauratam*). *Deus enim ligneus . . . . caeditur, dolatur, runcinatur: & deus aereus vel argenteus conflatur, tunditur malleis, & incudibus figuratur: & lapideus caeditur, scalpitur, & ab impurato homine levigatur . . . . nisi forte nondum deus saxum est, vel lignum, vel argentum. Quando igitur hic nascitur? ecce funditur, fabricatur, scalpitur: nondum deus est. Ecce plumbatur, construitur, erigitur: nec adhuc deus est: ecce ornatur, consecratur, ORATVR; tunc postremo deus est; cum homo illud VOLVIT & DEDICAVIT.* In eandem fere sententiam Quintilianus Decl. 323: *Haec enim* (templa) *priusquam dedicationis accipiant summam religionem, opera sunt tantum: Dedicatio est illa quae Deum inducit, quae sede destinata locat: hoc ideo facere non cuicumque permittitur, nisi castae manus, nisi familiaris sacris animus accesserit*]. Sic apud Grut. p. 434, 1 statuae, quae L. Maesio Rufo eiusque coniugi a Forosempronienſibus ponuntur, num religiosae fuerunt? & tamen earum DEDICATione. *Rufus. Epulum. dedit. decurionib. sing. H. S. XXX sex. viris. et. augustalib. sing. H. S. XII plebi. sing. H. S. IIII.* [Et apud eundem pag. 47, 10 Cilo statuam dedicans, Alcidem sic alloquitur:

Su-

Digitized by Google

Sume libens SIMVLACRA, tuis quae munera Cilo
Aris Vrbanus DEDICAT ipse suis.

h. e. *Sume simulacrum, quod Cilo* (Praetor aut praefectus) *Vrbanus donum dat* (hoc sibi vult illud *munera*) *ac dedicat*, (i. e. collocat) *supra aram*, sive basim.] Inscriptio quoque Nepesina p. 441, 7 loquitur de DEDICATIONE. STATVAE. PATRONI. & saepe alibi. Num quem caeremoniarum apparatum in hisce statuis dedicandis adhibitum putas? Atqui, si animum advertes, *dedicare* statuam nihil est aliud quam ἀνατιθέναι. [Livius IX, 44 extremo capite: *Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque*. Vbi POSITVM DEDICATVMQVE συνονύμως, ut saepe fit, usurpantur. Nisi vero statuas etiam conceptis verbis dedicatas volumus. Ceterum idem Livius IX, 46 narrans *latum ad populum, ne quis templum aramve iniussu Senatus* &c. *dedicaret*, nihil de statuis habet, ut credibile sit statuas, nihil aliud quam positu dedicatas. Apud eundem Liv. X, 23 Virginia: *Hanc ego aram*, inquit, *Pudicitiae Plebeiae DEDICO*: quo loco non videtur de sollemni dedicatione accipiendum DEDICO, sed pro ἐγκαινίζω.] Apuleius Met. VI: *Et depictam in tabula fugae praesentis imaginem meae domus atrio dedicabo*: idest ἀναθήσω seu suspendam. Tabulae ergo suspensione dedicabantur, & dedicare statuam nihil aliud fuit, quam eandem in *loco dato decreto decurionum* (quod his singularibus litteris notabant L. D. D. D.) collocare, & encaeniare. Atque eo refer Tullii locum pro domo n. 46 quo *dedicare* & *loco movere* ex adverso ponuntur, ut alibi dixi. Hinc etiam dedicatio bibliothecae, aquaeductus, pontis & similium nullam proprie, ni fallor, καθιέρωσιν adiuncta m habuit, sed primum tantum rei usum designat. Certe nefas est arbitrari Christianos imperatores Valentinianum, Valentem, & Gratianum in pontium, quos DEDICARI. IVSSERVNT, uti Gruterianae inscriptiones p. 160, n. 4, & 6 testantur, dedicationibus ullam ethnicam adhibuisse caeremoniam praeter circenses, quibus pontium usus inchoari solebat, uti deinceps demonstrabo. Idem de altera epigraphe ap. Grut. p. 1080, n. 10 cogitandum, ubi Valens & Gratianus PORTICVS. AREASQ. MARCELLO. LIVIAE. AD. ORNATVM. VRBIS. SVAE. ADDI. DEDICARIQ. IVSSERVNT. Est & Veronae inscriptio apud Grut. p. 166, n. 2 sub Gallieno principe posita, ubi dicuntur MVRI. VERONENSIVM. FABRICATI. EX. DIE. III. NON. APRILIVM. DEDICATI. PR. NON. DECEMBRIS. IVBENTE. SANCTISSIMO. GALLIENO. AVG. N. INSISTENTE. AVR. MARCELLINO. V. P. DVC. DVC. (idest Viro perfectissimo duce ducenario) CVRANTE. IVL. MARCELLINO. Qua in inscriptione *muros dedicare* non est aliud, quam eorum fabricam ad umbilicum perducere, & *usui dicare*. Huc enim pertinet illa sedula consignatio temporis, tum illius quo manus ope-

Digitized by Google

operi admota, (FABRICATI, inquit, ideſt coepti EX. DIE. III. NON. APRILIVM) tum quo opus conſummatum fuit : nam quod ſequitur, DEDICATI. PR. NON. DECEMBRIS, tempus perfecti, atque uſui dicati operis notat. Accedit quod Gallieni iuſſus, & utriuſque Marcellini inſtantia & curatio non alio quam ad fabricam tum inchoatam tum perfectam referuntur, non vero ad aliquem conſecrationis ritum : & ſcimus ex legum voluminibus civitatum muros, non ſacros fuiſſe, ſed ſanctos, hoc eſt ſanctione inviolabiles. Adde & hoc loquendi genus: *ſua pecunia dedicare*, quod certe non poteſt de κατεργάσει intelligi, (quid enim habet pecunia cum confecratione commune?) ſed tantum de operis conſummatione, quam ſtatim eiusdem uſus conſequitur. Eam locutionem deprehendi apud Reineſium cl. 1, n. 170: STAT. EX. AERE. S. P. DEDICARVNT. iterumque eadem claſſe n. 300: GENIO CENTVRIAE. &c. SIGN. AEN. SVA. PEC. DEDECAVERVNT. Et cl. 2, n. 89 [& apud Grut. pag. 174, n. 8, & alibi ſaepiſſime.]

XIV Demum in his tertii aut quarti ſaeculi inſcriptionibus ſine ulla controverſia DEDICARE eſt uſum aedificii inchoare. Apud Grut. p. 178, 4 *Conſtantius & Maximianus invicti Augg. Severus & Maximianus Caeſs. thermas ornaver. ET. ROMANIS. SVIS. DEDICAVER.* hoc eſt in Romanorum uſum encaeniaverunt. Et ne forte putes *dedicandi* verbum pro κατεργάσει poſitum : en ut eadem pag. n. 7 *conſecratio* a *dedicatione* ſedulo diſtinguitur. *D. D. NN. Diocletianus & Maximianus invicti ſeniores Auguſti patres imperatorum & Caeſarum : Conſtantius & Maximianus invicti Augg. & Severus & Maximianus* (legendum Maximinus) *nobiliſs. Caeſares thermas felices Diocletiani Aug. fratris ſui nomine CONSECRAV. coeptis aedificiis pro tanti operis magnitudine omni cultu perfectas ROMANIS. SVIS. DEDICAV.* Vides ut accurate *conſecratio* a *dedicatione* diſtinguitur, ne forte unius eiuſdemque rei ſynonyma fuiſſe putes. Et hinc facile ſupplebitur inſcriptio pag. 179, 1 *Thermas felices Diocletiano coeptas* &c. *numini eius conſecrarunt* : ſupplenda porro quae deſunt : *& Romanis ſuis dedicaverunt.*

XV [Ex his patet dandi caſum, qui cum *dedicandi* verbo interdum iungitur, nihil efficere quominus encaeniare ſignificet. Sic apud Vitruvium II, 8 *Croeſi domus, quam Sardiani civibus ad requieſcendum aetatis otio, ſeniorum collegio Geruſum dedicaverunt*, idem valet quod coeperunt addicere (h. e. encaeniaverunt) civium uſui. Et apud Plin. in praef. nat. hiſt. *Dedicavi tibi hos libellos*, tantundem eſt quod tibi *encaeniavi*, fecique ut in tuo primum nomine apparerent. Pollux. lib. I. ſegm. 11 inter cetera dedicandarum ſtatuarum ſynonyma, & hoc affert ἐγκαινίσαι τῷ Θεῷ, *encaeniare Deo*. Sic & inchoare alicui apud Virgil. VI, 252:

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Ser-

Digitized by Google

Servius in eum Virgilii locum ait : *Inchoat, perficit, & est verbum Sacrorum*. Omnino dicere voluit Servius, *Inchoat* Virgilio non esse inchoare ararum ex caespite fabricam, sed earum iam perfectarum usum inchoare h. e. dedicare. Hinc illud est, quod quae Diis dedicabantur, ea mutilabantur, ne forte in alienos usus traducerentur. Hesychius in κατηγίσας ait in hunc modum : Κατηγίσας, κατασχίσας. οἱ γὰρ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέχιζον αὐτὰ ἵνα μὴ ἀρτώσιν παρά τινων.]

XVI Quanquam vero ex iis auctorum & inscriptionum locis, quos non mediocri luce perfudimus, satis intelligi potest, non sine operae pretio me tamdiu in ea dedicationis notione versari : tamen quid sollemnis illa formula sibi velit, quae in Lugdunensibus, aliisque per Gallias saxis occurrit, *monumentum sub ascia dedicare*, quae nemini ad hunc usque diem intellecta, viris doctissimis crucem fixit, age videamus ; & an tradita dedicationis notio tam late pateat, quam initio polliciti sumus, porro experiamur. Et ceterorum quidem sententias (an nugaciſſimas nugas?) tum numerare difficile, tum recocta crambe id putidius fuerit. Adeat, si cui est otium, eos, qui leges XII tabularum explicuerunt, ad eam legem *rogum ascia ne polito*, tum & Gutherium de iure Manium II, 28, Sponium in antiquitatibus Lugd. ac Fabrettum in vol. inscr. a p. 203 ad 206 & alios. Omnes vero sententiae in eo fere versantur, ut aut sepulcri modestiam ea clausula commendari, aut contra magnificentiam arbitrentur, ac fere respici putent ad eam legem XII tab. *rogum ascia ne polito*, cum tamen nihil monumentum cum rogo commune habuerit, ac nihil etiam ascia, qua ligna dolantur, cum ascia fabrorum caementariorum de qua hic sermo. Quare desinant aliquando legem illam in praesidium adsciscere, praesertim cum illa asciae usum vetet, quem ista formula sepulcralis admittit. Reinesius ad cl. XII, n. 34 ab aliis diversus abiens tantum non acu rem tetigit : *Significarunt autem ea* (formula) inquit, *se marmorariis, quorum ascia & dolabra* λαξευτικὰ ὄργανα, *faciendum locasse, hoc est ab inchoato opus curasse*. Quae Reinesii sententia quid quaeso commeruit, quamobrem acriore censura a Fabretto perstringeretur? Et verisimiliora certe Reinesius paucis verbis, quam Vrbinas ille totis chartis edisserit. Quanquam quod eo sensu formulam illam accipi Fabrettus iubet, quasi vero sepulcri mediocritas commendetur, quod unius asciae ope, qua calx subigitur, sine ullo λαξευτῷ instrumento fuerit exstructum : nihil novi affert, idque jampridem Gutherius in II de iure Manium 28 disertissime tradiderat, ubi *dedicare sub ascia* hoc demum significare statuit, *opere tectorio marmorato vel albario sepulcra exornare*.

XVII Iam vero quod negat asciam λαξευτικὸν, sive lapicidarum fuisse instrumentum, ac non nisi lignariam aut calcariam asciam inveniri pertendit, nihil agit : & vel ipsa asciae figura, quae in Salsoniae monu-

Digitized by Google

mento, de quo ibi Fabrettus commentatur, & alibi visitur in hunc modum, virum doctum monere potuisset, neque ad dolandam materiam, neque ad macerandam calcem illud instrumentum usui esse potuisse, sed unice ad lapides excidendos poliendosque: quippe cum securiculae potius speciem oculis exhibeat, quam lignariam aut calcariam asciam, quarum utranque recurvam, perinde ut hodieque adhibentur, fuisse oportuit. Et possum non paucis argumentis evincere, asciam, de qua monumenta loquuntur, fuisse λαξευτικὴν, quae compendifacturus, contuli in subiacentem notam (58).

XVIII Iam vero quae nostra interpretatio sit, aperire praestat, quam in aliis refellendis tempus terere. *Dedicare* in his monumentis cave putes consecrandi, id quod sibi nonnulli persuaserunt, significatione positum: nec est secundum Reinesium *ab inchoato opus curare*: nec demum quidvis aliud: verum secundum semel traditam eius verbi notionem nihil aliud istic est *dedicare*, quam usum monumenti illato cadavere inchoare, sive encaeniare, quemadmodum tot iam auctorum locis fidem feci: *dedicare* vero *sub ascia* idem prorsus est, quod in sepulcrum recens exstructum cadaver inferre, &, ut Festi verbum adhibeam, *usui dicare*: sive, si forte mavis, monumentum encaeniare antequam fuerit perfectum; dumque adhuc fabrorum caementariorum, qui per asciam designantur, fervet opus, mortuum illic collocare. In hac enim formula *ascia* pro ipso aedificationis opere ponitur, & particula *sub* potest significare vel *statim post*, vel *in ipso aedificandi actu*. Vt semel dicam, hoc innuere ea clausula voluerunt, non esse illatum cadaver in alias sive emtum sive exstructum monumentum, sed in sepulcrum tum primum data opera & ad eum finem aedificatum, ut is mortuus, cui memoria

(58) Nam certe ascia, cuius in monumentis mentio exsistit, etiam fatente Fabretto, non est lignaria, qua materia dolatur. Supereſt ergo ut sit illa altera ad calcem subigendam composita. Atqui istius asciae multo longius erat manubrium, praeut istud est quod in lapidibus insculpi solet. Aliud ergo esse non potuit quam ascia quaepiam λαξευτικὴ. Scio obiicere Fabrettum, asciae lapidariae nusquam apud auctores fieri mentionem. Atqui fit eius mentio in sexcentis monumentis, quibus illa formula adhibetur, & insuper ascia interdum scalpitur, quae non potest esse nisi lapicidarum, quae & fabricatorum eadem quoque fuit, quippecum in omni fabrica sive reticulari, sive incerti operis permultum eius instrumenti usum fuisse oporterit ad lapides complanandos: cum contra illa altera non ad muros exstruendos, neque ad tectorium inducendum, sed tantum ad calcem subigendam usui esset. Sed missis inscriptionibus, si scriptorum iudicio rem transigi mavis, ecce Psalmorum interpres Hieronymo haud paullo antiquior, & alterius saltem saeculi auctor, id quod Ps. 74, ver. 6 apud LXX legitur, ἐν πελέκεσι καὶ λαξευτηρίῳ κατέρραξαν αὐτην, sic est interpretatus, *in securi & ascia deiecerunt eam*. An non intelligis asciam λαξευτικὸν quoque instrumentum fuisse, imo & huic Graeco vocabulo λαξευτήριον respondisse? Et scimus Hesychium λαξευτὴρ ον sic exponere, ut sit λιθοτόμου σκήπτρον. Nam quod Graeci posteriores astrologiae libros λαξευτήριον ex usu linguae Persicae inscripserunt, uti ex Gangii Graeco glossario licet intelligere, id perinde factum puto, quemadmodum Aristotelis logica Organum fuit appellatum. Verum hoc obiter. Altera vox, qua Graeci asciam exprimerent, fuit ἀξίνη, (unde & *ascia* nomen invenit, Aeolum more qui pro ξένος dicebant σκένος, & alia in eundem modum) quae & securim & asciam aeque significat, eo quod fuissent figura similes (id quod

ponitur, eo inferretur (59): coniungitur enim semper cum illa formula haec altera *monumentum facere* aut *ponere* in hunc modum: ὁ δεῖνα τῷ δεῖνα PONI. CVRAVIT. aut FACIENDVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Accedit quod apud Gruterum p. 339, n. 4 *sarcophago condere*, & *sub ascia dedicare*, iunguntur hoc modo: MEMMIA. CASSIANA. CONIVX. (maritum suum paullo ante nominatum) SARCOFAGO. CONDIDIT. ET. S. A. D. hoc est *sub ascia dedicavit* monumentum. Nec vacat inscriptiones percurrere, quibus ea clausula adhibetur, propterea quod de hoc commentario vere hoc mihi videor esse dicturus eum SVB ASCIA DEDICARI: ita raptim & adhuc atramento madens prelo committitur. Quo dabitur, spero, venia totò hoc opusculo secus fortasse dictorum, ac viri docti sint iudicaturi, quorum sententiae lubens subscribam.

XIX Ac de dedicationis notione latissime illa quidem patente, haec habui dicere. Ex quibus plane intelligimus, non templa solum aliaque religionem spectantia fuisse dedicata; sed & profana loca tum publica, tum privata, uti domos, bibliothecas, scholas, monumenta; quinimo & vestimenta, & nihil non eo sensu dedicatum fuisse.

II *Templorum & publicorum operum dedicatio ad quem pertineret.*

XX Iacobus Gutherius in III de vet. iur. pont. 12 ab antiquis usque temporibus quosdam *duumviros aedis locandae faciundae dedicandae* adstruit: eumque duumviratum aliquamdiu intermissum postea repetitum affirmat. Sed frustra est in exemplis afferendis, quae id tantum probant, fuisse quosdam duumviros aedis locandae faciundae: nam duumviros aedis dedicandae prorsus inauditos reor; & uni, puto, non duobus, negotium dabatur, ut dedicationi praeesset. Nec illud quidem, quod apud Livium libro altero, cap. 42 legitur, Gutherium iuvat: *Castoris*, inquit Livius, *aedes eodem anno idibus Quintilibus dedicata est. Vota erat Latino bello & Postumio dictatore. Filius eius duumvir ad id ipsum creatus dedicavit*. Nam Patavini verba *ad id ipsum creatus* non ad *dedicavit*, quod proxime sequitur, referenda censeo, sed quod creatus unus ex duum-

quod ex asciae forma in monumentis perspicitur) imo & officio: nam ἀξίνη ab ἄγνυμι venit, cuius futurum ἄξω, quoniam ad frangendum lapides tam securis, quam ascia comparata fuit. Atque haec quidem veritima est asciae illius, quae in monumentis nominatur atque insculpitur, significatio: quam non eo pluribus confirmavi, quod ea magnopere indigerem (nam motu fabricatorum fuisse instrumentum conveniat, ceterum ἀξιδότην ne, an calcaria sit ascia intelligenda, mea nihil interest) sed ut Reinesium ab iniusta reprehensione vindicarem.

(59) Secundum hanc illius formulae notionem, Ioseph Christi Servatoris cadavere in novum monumentum illato illud indubie *dedicasse* dicetur: imo cum illud monumentum Lucae XXIII, 53 λαξόστου dicatur, quasi si dicas *exasciatum*, sive asciae ope excisum, etiam *sub ascia dedicasse* fortasse dicetur. Verum cum illud sepulcrum non recens exstructum fuerit, nec in eum finem, ut ibi Servator conderetur: non belle ibi quadrat haec clausula *sub ascia dedicavit*.

Digitized by Google

duumviris fuisset aedis locandae faciendae; visum fuit ut unus ex iis duumviris, qui filius eius esset qui voverat, dedicaret. At enim Gutherius cap. 13 eiusdem libri in veteri marmore duumviratum aedis dedicandae sibi reperisse videtur. Ea est inscriptio Casinas apud Grut. p. 100, 8 in hunc maxime modum:

M. PAPIVS. M. F. L. MATRIVS. L. F
DVO. VIRI. I. D
SIGNVM. CONCORDIAE. EX. S. C. RESTITVENDVM
COERAVERVNT. EIDEMQ. DEDICARVNT &c.
. . . . . CN. DOMIT. C. ASINIO. COS

Quo in epigrammate labitur pueriliter Gutherius, quod illas alterius lineae singularias I. D. spreta eorum non minus insulsa interpretatione, qui exponerent *iussu Dei*, ita demum interpretatur, *iussi dedicare*. Tamne hospes in priscis marmoribus quisquam, nihil ut de *duoviris iuri dicundo* inaudiverit? Verum quod de ambobus numero multitudinis dicitur DEDICARVNT, compendii id caussa factum, ut utrique non modo curatio sed & dedicatio tribueretur, cum uterque quidem curasset, sed revera alter tantum eorum suo & alterius nomine dedicasset: quemadmodum saepe in Evangeliis & Actis, ut V. T. omittam, plures aliquem sermonem habuisse dicuntur, cum reipsa ab uno dumtaxat ex iis ceterorum nomine eam orationem haberi oportuerit. Ita, opinor, ista epigraphe capienda: neque insolens in inscriptionibus illud est, rem quampiam suo & aliorum nomine ab uno aliquo dedicatam. Plinius v epist. 12: *Cognovi speciosissimam te porticum sub tuo filiique tui nomine dedicasse*. Fortassis tamen signi dedicatio (quae, ut alibi notatum, eiusdem collocationem significat) a duobus peragi potuit (60).

(60) Neque vero in ea solum inscriptione, quam cum Gutherio recitavi, sed & in aliis haud ita paucis binos aut plures dedicasse deprehendi. Apud Grut. inscriptio Spoletina p. 3, n. 9: *I. O. M. &c. . . . M. Gellius Stephanus iun. cum Stephano patre domu Tertiana ex diruton. vestis. DEDICARVNTQ.* & p. 100, n. 10 Agrigentina epigraphe huiusmodi: *Concordiae Agrigentinorum sacrum respublica Lilybaeanorum DEDICANTIBVS M. Haterio Candido proco. & L. Cornelio Marcello Q. PR. PR.* Itemque p. 103, 6 in Delmatia: *Victoriae Augg. NN. &c. dedicante Egnatio Victore Leg. Augg. PR. PR. & Cl. Pisone* &c. Et ne forte excipias Romae quidem obtinuisse, ut uni dedicandi munus demandaretur, non item extra Romam (quod constet ex Plinii epist. ad Traianum in provinciis non eosdem dedicandi ritus observatos, ac Romae) ecce tibi Romanam epigraphen apud Grut. p. 307, n. 8, in qua de duobus dicitur: DE. SVO. D. D. IDEM. DEDICARVNT. Et Romana quoque illa est, quam Reinesius cl. 1, n. 279 refert, qua duo STAT. EX. AERE. S. P. DEDICARVNT. Itemque Romana, quam idem 1, 300 producit, qua tres SIGN. AEN. SVA. PEC. DE DICAVERVNT.

Sed in recitatis elogiis *dedicare* non idem, quod *consecrare*, (quod, ni fallor, uni demandabatur) sed idem quod *ἐγκαινίζειν*, ut toties admonuimus: & in Reinesianis postremo loco productis illud SVA. PEC. magno est indicio non de *ἀναθήματι* sed de signi collocatione & liberalitate aliqua in eo dedicando ideft collocando exhibita, esse sermonem; id quod luculentissime constat ex 89 classis alterius Reinesianae, ubi plures quoque *dedicasse sua pecunia* theatrum dicuntur, sed non aliter dedicasse quam scenicis ludis THEATRVM, ait inscriptio, ET. PROSCENIVM. REFECERE. LVDIS. SCENICIS. BIDVO. DEDICAR. D. S. P.

Digitized by Google

XXI Sed commentitiis (61) illis aedis dedicandae duumviris vatere iussis, scimus olim stante rep. populi iussu, aut plebiscito debuisse praesici, qui dedicaret. Istud quidem & ex Ciceronis epistola ad At. IV, 2 constat, ubi ait: *Si neque populi iussu, neque plebis scitu is qui se dedicasse diceret, nominatim ei rei praefectus esset, neque populi iussu, aut plebis scitu id facere iussus esset: videri posse sine religione eam partem areae mihi restitui*: & ex oratione pro domo sua n. 53 legitur, L. Cassio censore de signo Concordiae dedicando ad collegium referente, *Ei M. Aemilium Pont. Max. pro collegio respondisse, nisi eum populus R. nominatim praefeciisset, atque eius iussu faceret, non videri ea recte posse dedicari. At senatus consecratam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit*, &c. Verum hoc aliis iam notatum.

XXII Sub imperatoribus postquam lege regia populi potestas ad principem translata fuit: princeps solus dedicare poterat, vel is etiam, cui dedicandi feciisset potestatem: id quod modo ex Vlpiano l. 9 de rer. divis. cum didicerim, non gravabor eam legem fere totam huc adscribere, propterea quod alia quaedam praeterea complectitur ad id argumentum spectantia: *Sacra loca ea sunt, quae publice dedicata sunt, sive in civitate, sive in agro. Sciendum est, locum publicum tum sacrum fieri posse, cum princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem. Illud notandum est aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus est locus consecratus: Sacrarium est locus, in quo sacra ponuntur, quod etiam in aedificio privato esse potest. Et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare*. Tum transit ad sancta, de quibus ait: *Proprie dicimus sancta, quae nec sacra nec profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: ut leges sanctae sunt, sanctione enim quadam subnixae sunt*. Ac demum nonnullis interiectis: *Res sacra non recipit aestimationem*. Ex his percipimus, ad principem proprie pertinuisse *publice dedicare*. Hinc saepe apud scriptores legimus, imperatores Roma profectos ad aliquid dedicandum, uti cum Tiberius Capreas secessurus, eam causam suae profectioni praetexuit, ut Capuae Capitolium, Nolae Augusti templum dedicaret. Et ex nostri amphitheatri titulo discimus, illud ab Antonino dedicatum, ut sexcenta alia huiusmodi dedicationum extra Romam exempla reticeam. Nonnunquam tamen, ut ex eodem iurisconsulto didicimus, princeps alteri cuipiam dedicandi potestatem dabat: tum vero

(61) [Haec quondam; sed postea Livii locis doctior factus fateri cogor Duumviros aedis dedicandae sive potius aedium dedicandarum non esse commentitios, Livius itaque lib. XXIII, cap. XXI: *Et Duumviri creati M. & C. Atilii aedem Concordiae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicaverunt*. Eodem lib cap XXX: *Exitu anni Q. Fabius Maximus a Senatu postulavit, ut aedem Veneris Erycinae, quam dictator vovisset, dedicare liceret. Senatus decrevit, ut T. Sempronius.. ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse iuberent aedis dedicandae causa*. Eodem lib. cap. XXXI: *Interea duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus & T. Otacilius Crassus aedibus dedicandis: Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinae*. Itaque vide an in primo exemplo & similibus τὸ *dedicaverunt* numero multitudinis non idem sit, quod *evocaverunt*.]

ro cave putes illum suo nomine dedicasse ; nam imperatoris nomine tum etiam dedicatio peragebatur : cuius rei certissimam fidem facio in hunc modum. Inscriptio Mediolani est apud Gruterum p. 177, n. 4 qua de Antonino dicitur : AQVAEDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS (ideſt Mediolano sive potius in Delo insula, uti alibi dictum fuit) COEPTVM. A. DIVO. HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMMAVIT. DEDICAVITQ. Atqui Antoninus, teste Capitolino cap. 7, *nec ullas expeditiones obiit, nisi quod ad agros suos profectus est ad Campaniam, dicens, gravem esse provincialibus comitatum principis etiam nimis parci*. Non ergo ipse per sese Antoninus aquaeductum illum dedicavit ; sed alius quispiam imperatoris nomine. Sed tamen idem imperator (ut obiter admoneam) Campanum amphitheatrum ipse per sese, uti prorsus mihi persuadeo, dedicavit: propterea quod scimus ex eodem Capitolino in Campaniam ad suos agros eum secessisse.

XXIII Quod dedicationes per alios imperatoris nomine saepe peractas diximus : idem nuper (si profanis gentium ritibus sacrosanctas Ecclesiae caeremonias conferre licet) in Metropolitanae Ecclesiae Campanae dedicatione factum. Nam cum amplissimus & immortalis memoriae Cardinalis NICOLAVS CARACCIOLVS, qui quartum iam hunc & vicesimum annum in Metropolitana hac cathedra sanctissime adsidet, suam Ecclesiam non modo ab inchoato restituisset, sed & laxius ampliasset, exornassetque magnificentissime : hoc unum restabat, ut ab illo pastoralis vigilantiae specimine singulari FR. VINCENTIO MARIA CARD. VRSINO, qui tunc temporis Beneventanam Campanae coniunctissimam planeque germanam Ecclesiam sanctissimis institutis moderabatur, sollemnibus caeremoniis, quod iamdiu promiserat, dedicaretur. Qui tamen interea temporis summa omnium gratulatione, Romanae Ecclesiae hoc est omnium I. C. Ecclesiarum gubernaculis admotus, cum gravioribus curis distentus iter aggredi, atque ipse per sese eam consecrationem transigere haud facile posset: ut fidem tamen liberaret, pulcherrimo excogitato MVNDILLAM VRSINVM Episcopum Melphitanum Archiepiscopum Corinthium fratris filium, sed sanctioris disciplinae cognatione sibi multo devinctiorem, misit, qui veluti procuratorio nomine eam functionem obiret. Vt iure in eo sibi Campani placeant, quod eam dedicationem non tam Mundillae Vrsino, quam BENEDICTO XIII nunquam interituri nominis PONTIFICI MAX. adscribendam putent, & in Ecclesiae tabulariis consignandam. Quod tamen, sicut & cetera eximia ornamenta, quae ex eiusdem clementissimi PONTIFICIS munificentia nuper in nos redundarunt, non alii profecto, quam NICOLAI CARD. CARACCIOLI veteri cum illo necessitudini accepta referimus: & tantis nominibus BENEDICTO & NICOLAO auspicatissima omnia ex animo adprecamur. Et quoniam huc sermone progressi sumus : sic uti a Ro-

Digitized by Google

Romanis imperatoribus, longa saepe itinera fuisse suscepta· dicebam ad aedem aut opus aliquod dedicandum : eundem morem, olim quidem a summis Pontificibus saepissime observatum, postea iamdiu intermissum, idem BENEDICTVS XIII. revocavit: quem iam, vere ineunte, Beneventum ad aedem S. Philippi Nerii dedicandam advolaturum auditur. Per eam vero occasionem in itu aut reditu sacri Campani cimeliarchii aram ab eodem consecratum iri nuntiatur : nimirum enim nihil sibi reliquum facit clementissimus PONTIFEX, ut undecunque novus Campanae metropoli splendor ac dignitas possit accedere.

XXIV Quisquis igitur procuratorio nomine pro imperatore dedicabat, non suum, sed principis nomen titulo inscribebat, uti ex Novarum Athenarum aquaeductu modo collegimus. Quibusdam tamen potestas fiebat suo, non imperatoris nomine dedicandi, & uti suum, non vero imperatoris nomen inscriberent: quae quidem potestas iis plurimum debatur, qui sua pecunia aliquid fecissent : id quod colligo ex inscriptione, quam supra ex Holstenio protuli, quae M. SILIO EPAPHRODITO posita fuit propterea, QVOD. AMPHITHEATRVM. COL. IVL. FELICI. LVCOFER. S. P. F. DEDICAVITQ. L. D. D. D. Quamquam autem quatuor illae singulares litterae, hoc est *locus datus decreto decurionum*, notant eum non fuisse amphitheatri titulum, sed statuae, credo, subscriptionem : tamen in amphitheatri illius epigrammate fuisse M. Silii Epaphroditi nomen adscriptum, mihi persuadeo, aliorum titulorum indicio, quibus eius, qui sua pecunia fecisset dedicassetque, nomen adscribitur : sicuti Neapoli in templi Castorum epigraphe (quod pulcherrimum opus iampridem me puero corruit) de illo Tiberii liberto legebatur: ΣΤΝΤΕΛΕΣΑΣ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ, idest sua pecunia perfectum consecravit.

XXV Ceterum libera republica idcirco tanto ambitu templorum dedicationibus inhiabant, quod dedicanti tribueretur, uti nomen suum inscriberet (62), etiamsi alius aedificasset. De M. Horatio Pulvillo Dionysius lib. V : *Dedicationem atque inscriptionem* (templi Capitolini) *absente collega accuparit alter consul M. Horatius*. Deinde diu post Catuli honori concessum legitur apud Val. Max. VI, 9, *Vt nomen eius in Capitolino fastigio fulgeret*, nimirum quia a Sylla restitutum Catulus dedicavit : qua de re Tacitus III hist. 72 : *Curam victor Sylla susceperat* (Capitolini templi post conflagrationem restituendi) *neque tamen dedicavit*.

(62) [Incredibile enim dictu est quanto veteres inscribendi nomen operibus studio flagrarent: id quod non tantum inde numeras veteres epigraphae testantur, sed & pulcherrime inde petita translatio a Beatissimo Martyre Ignatio epist. ad Romanos : Οὔτε ἐμὸν, τὸν συμπνέοντα, ἀρέσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. Vetus interpres : *Neque vos, si tacueritis, meliori operi habetis inscribi*. Nam quia singulis operibus auctoris nomen ad aeternitatem inscribebatur, hinc ἐπιγράφειν ad quaecunque facta vel dicta transiatum fuit. Plutarchus : Ὅσοι οἱ μεγάλοις καὶ δαίμοσι καὶ τύχαις τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφουσι. h. e. *conferunt laudis factiones*. Tale & illud est Polybii lib. 4 : ἐπὶ τῶν ἐπιγραφόντων τῶν πραγμάτων ἀνδρῶν.]

Digitized by Google

vit : hoc solum eius felicitati negatum (Syllae ipsius dictum id fuit, auctore Plinio VII, 43 : *Hoc tamen nempe felicitati suae defuisse*, &c.) *Lutatii Catuli nomen inter tot Caesarum opera usque ad Vitellium mansit* : nam sub Vitellio iterum conflagravit. Haec de templi Capitolini dedicatione atque inscriptione.

XXVI Nec solum libera rep. sed etiam sub prioribus Caesaribus eadem dedicandi ambitio viguit : nimirum antequam potestas designandi eius, qui dedicaret, a senatu populoque ad imperatores deferretur (quod nondum sub Claudio contigerat, qui ex S. C. nescio quid dedicavit, ut ex epigrammate percipitur apud Grut. p. 101, n. 1) & antequam obtinere coepisset, ut posset alius quispiam imperatoris nomine dedicare. Tacitus VI annal. 45 : *Ne publice quidem, nisi duo opera* (Tiberius) *struxit, Templum Augusti, & scenam Pompeiani theatri : eaque perfecta CONTEMTV AMBITIONIS, an per senectutem, haud dedicavit.*

XXVII Hadrianus tamen ab ea ambitione suum inscribendi nomen longissime in speciem abhorruit : sic enim de eo narrat Spartianus cap. 19 : *Romae instauravit pantheum, septa, basilicam Neptuni, sacras aedes plurimas, forum Augusti, lavacrum Agrippae : eaque omnia propriis & veteribus nominibus consecravit.* Eandem quoque civilitatem (ut de Augusto taceam, de quo prope idem tabulae Ancyranae commemorant) Severus praesetulit, de quo prodit Spartianus cap. 23 : *Magnum vero illud . . . quod Romae omnes aedes publicas, quae vitio temporum labebantur, instauravit* (proinde etiam dedicavit) *nusquam prope suo nomine adscripto, servatis tamen ubique titulis conditorum.* Ex quibus Spartiani testimoniis intelligimus, Hadrianum quidem numquam suum nomen inscripsisse, sed veteribus nominibus omnia dedicasse : Severum autem, etsi plurimum eodem quo Hadrianus modo fecit, tamen nonnunquam & suum nomen inscripsisse, & simul conditorum titulos servasse : id quod in Panthei titulo hodieque animadvertitur, ubi servato praegrandibus litteris M. Agrippae conditoris nomine, infra suum & Caracalli filii nomen minoribus elementis Severus adscripsit. Quod eo notavi, quod hunc postremum morem, eumque sane quam honestissimum, utpote & ab affectata modestiae laude, & ab invidiae labe alieniissimum, in Campani amphitheatri titulo tenuit Antoninus, qui cum neque coloniae Capuae aedificati operis, nec patri restituti atque exornati laudem invidisset, etiam suum qui dedicasset nomen adscripsit. Hoc demum illud est

—— medium vitiorum, & utrinque reductum.

Hic est ille medius, ac temperatus sapientiae modulus, quem optimus princeps, tantum non Christianus, in omnibus dictis factisque mirifice tenuit. Nam Hadrianum nihil moror, qui ex ea ipsa moderatione laudem aucupabatur : & scimus illum tanta gloriae cupiditate flagrasse, ut nonnullos, ne suis luminibus obstruerent, per summam crudelitatem oppresserit.

III.

Digitized by Google

III. *Quo ritu templa; hostium bona, aras, signa consecrarentur: itemque an cetera quoque opera publica sacrari oporteret.*

XXVIII Ex his quae hactenus edisserui satis intelligitur, templorum aut similium dedicationem ab eorundem consecratione sedulo distinguendam: nam illa nihil aliud proprie fuit quam ἐγκαινισμός, ideſt primus rei usus; haec vero, antequam res in usum traduceretur, certis ritibus formulisque conceptis perficiebatur. Sed tamen quod res essent coniunctissimae, & eodem tempore res sacraretur, & usui dicaretur; idcirco obtinuit, ut *dedicationis* vocabulo ad utrumque rem significandam passim uterentur, & ea dedicare idem quod sacrare fuerit.

XXIX Iam quemadmodum in templo dedicando pontifex templi postem teneret, quaeve sollemnia verba praeiret, quae subinde is qui dedicationi praeesset pronuntiaret, ea quia iam multi, atque in primis Brissonius, Gutheriusque exponere iamdiu occuparunt; nihil caussae esse video quamobrem actum agam. Quare ad eos lectorem reiicio: ego interea spicilegium faciam.

XXX Templi iam perfecti dedicationem ne diu differrent, religione olim tenebantur; id quod Plinius IV, 1 addocet: *Cuius*, inquit, (templi) *dedicationem, cum sit paratum, differre longius irreligiosum est.*

XXXI Sed & e Plinii historia iam aliis notatum, pontificem verba praeeuntem dedisse operam, ut illa ne praepedita aut balbutiente lingua pronuntiaret, ne si verbo aberrasset, consecratio quasi minus rite facta esset instauranda. Plinii verba haec sunt lib. XI, cap. 37: *Metellum pontificem adeo inexplanatae* (linguae) *fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda aede Opiferae dicere.* Opiferam autem equidem Fortunam interpretor (63).

XXXII

(63) Harduinus illud *Opiferae* in duas voces divellens, *Opis vere* in ipso textu exhibuit; quod in MSS. *fere* pro *vere* pingi soleat: ita *vere dicere* idem Plinio erit, quod exacte & accurate pronuntiare. Coniectura non displicet, sed non continuo textum (quod vir doctissimus assolet) immutari oportuit ob eiusmodi coniecturas, quas in notis legi satis fuerit.

Viri docti *Opiferam* Iunonem hic intelligunt, quae parturientibus subsidio venit: sed ut fatear Iunonem cum hoc epitheto nondum inveni; sed Dianam tamen, quae interdum cum Lucina confunditur, cum eo attributo reperi apud Grut. p. 41, 8 Tibure in hunc modum: DIANAI. OPIFER. NEMORENSI. &c.

Equidem mihi persuadeo *Opiferam* apud Plinium non fuisse aliud, quam Fortunam: nam certe Tibure apud Grut. p. 75, 9 dicitur quidam C. Iulius SALTVM. FORTVNAE, OPIFERAE. restituisse. Eadem *adiutrix* appellatur ap. Grut. p. 73, 7: FORTVNAE. ADIVTRICI. ET. TVTELE. &c. Huc refer etiam *Fortunam obsequentem* qua nihil in saxis frequentius, & quod apud Grut. p. 79, 1 legitur: FORTVNAE. AVGVSTAE. RESPICIENTI. &c. Nullum certe numen Romani impensius colebant, quam Fortunam, a qua in rebus dubiis opem potissimum praestolabantur: unde illud de Traiani victoria Dacica apud Grut. elogium (etsi [illegible] suspectum) p 73, 8: *Fortunae. Aug. omnipotenti. Vbi. eras. Rhamnusia. ubi. eras. quantum. abfuit. ne. Roma. lugeret. sed. vivit. Traianus. ve. tibi. Decebale.* &c. Verum quid dubiae fidei monumentis opus habeo: cum Plutarchi liber de Fortuna Romanorum abunde doceat ab ipsis ferme urbis incunabulis innumerabilia fana Fortunae exstitisse sub variis eiusdem Fortunae appellationibus, ob eam caussam, ὅτι μεγάλη ῥοπὴ μέλλον δὲ ἕλον, ἢ τύχη παρὰ παῖτα ἐστι τοῖτον ἐνδρώτον. *Quod magnum momentum imo sum-*

Digitized by Google

XXXII Eandem non modo linguae, ſed & mentis conſtantiam iure pontificio fuiſſe requiſitam, nihil ut perturbata atque emota mente fieret, ex Ciceronis oratione pro domo aſſequimur: cuius locos lib et adſcri-

O

ma in res humanas vis eſſet Fortunae. Itaque inter illa Fortunae innumera cognomenta a Plutarcho praetermiſſa, etiam *Opifera* fuerit. Vide & eiuſdem quaeſtiones Romanas. Et quidem apud Grut. p. 26, 4 Fortuna cum *ope divina*, ideſt cum ope quam Fortuna fert (non vero cum Ope illa celebri Dea) coniungitur in hunc modum: OPI. DIVINAE. ET. FORTVNAE. PRIMICENIAE. SACR. Et ſic dicitur OPI. DIVINAE. quemadmodum p. 94, 5 VI. DIVINAE. SCARVM. Quo in epigrammate *vim divinam* haud diverſam a Fortuna ſtatuo; quam idcirco *Forſem Fortunam* a Romanis dictam Plutarchus ibidem affirmat: ἦν φορτικὴν, inquit, καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ὑσχυρὰν &c. Sed nihil luculentius Capitolini teſtimonio in Max. & Balb. cap. 8: *Vnde*, inquit, *mos tractus ſit, ut proficiſcentes ad bellum imperatores munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum eſt. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hoſtes factam, ut tivium ſanguine litato, ſpecie pugnarum ſe Nemeſis, ideſt VIS quaedam FORTVNAE ſatiaret. Alii* &c. Ergo *opem divinam*, & *vim divinam* nihil aliud quam *Nemeſim* ſeu *vim Fortunae* exiſtimabis: & Nemeſim ac Fortunam duo unius eiuſdemque Deae fuiſſe nomina praeter cetera, etiam ex Grut. p 80, 1 intelligitur, cuius epigrammatis initium tale eſt: DEAE. NEMESI SIVE FORTVNAE. Quamquam, ut fatear, proprie *vis divina* idem prorſus, quod *vis maior*, veteribus fuit. Id quod nuper e l. 25, §. 6 D. locat. aſſecutus, non gravabor eam legem adtexere: *VIS MAIOR*, ait ibi Caius, *quam Graeci Θεῖα βίαν, ideſt VIM DIVINAM appellant, non debet conductori damnoſa eſſe, ſi plus, quam tolerabile eſt, laeſi fuerint fructus: alioquin modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur*. Ergo *vis divina* eadem quae *vis maior*: quid vero porro haec ſibi velit, nemini obſcurum eſſe arbitror. Nam l. 15, §. 1 eod. tit. *vis maior* idem eſt quod *vis cui reſiſti non poteſt*. Cicero II de Inven. *Conqueſtio calamitatis eius, quae non culpa, ſed vi maiore quadam acciderit*. Idem in II de nat. Deor. 44: *Nec non dici poteſt, vi quadam maiore fieri, ut contra naturam aſtra moveantur. Quae enim poteſt maior eſſe? reſtat igitur, ut motus aſtrorum ſit voluntarius*. Ergo *vis maior* apud iuriſconſultos opponitur voluntario]. Praecipue autem *vis maior* tempeſtates ſignificat. Plinius XVIII, 28: *Duo genera eſſe caeleſtis iniuriae meminiſſe debemus. Vnum quod TEMPESTATES vocamus, in quibus grandines, procellae, ceteraque ſimilia intelliguntur, quae cum acciderint, VIS MAIOR appellatur. . Alia ſunt illa, quae ſilente caelo ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt. . . hiis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus*. Eodem ſenſu Columella I, 7 agrum ſedulo cultum compendium afferre ſcribit, *niſi caeli maior vis, aut praedonis inceſſit*. Itaque nulli dubium, quin, ſicuti *vis maior* tempeſtates ſignificat, eadem quoque *vi divinae* ſubiecta notio fuerit: praeſertim cum, quod de *vi maiore* Plinius docuit, idem de *vi divina* diſerte tradat Vlpianus l. 24, §. 3 D. de damn. infe. *Si violentia*, inquit, *ventorum, vel qua alia ratione, quae VIM habeat DIVINAM*. Quare ne dubita, quin in elogio, quod ex Grut. pag. 94, 5 attulimus per *vim divinam* tempeſtates ſint accipiendae. Epigraphe illa tribus mae lateribus inſcripta in hunc modum habet: VI. DIVINAE. SACRVM. C VETTIVS. C. F. GAVOLVS. Ne cui vero mirum videatur *vi divinae* ſeu maiori, hoc eſt tempeſtatibus aram poſitam: ſciat iiſdem aedem Romae a L. Scipione Barbati F. fuiſſe excitatam; ut in vetuſtiſſima inſcriptione apud Sirmondum de illo legitur: DEDET. TEMPESTATEBVS. AEDE. MERETO. ideſt *dedit Tempeſtatibus aedem merito*. Ovid. VI faſt.

Te quoq. Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum paene eſt Corſis obruta claſſis aquis.

Nam Scipio ille Corſicam cepit, ut in eadem inſcriptione legitur. Quamquam & illud quoque fatendum eſt & *vim maiorem* & *vim divinam*, & θεσμηρίαν & caeleſtes quaſve iniurias ad *VIM Fortunae*, uti appellat Capitolinus ſupra mihi in partes vocatus, ex ethnicorum ſententia rectiſſime referri.

Iam vero Metellus iſte pontifex diverſus omnino fuit a clariſſimo illo L. Metello pontifice, cuius ab eodem Plinio VII, 43 ſit perhonorifica mentio (e quo Plinii loco Gruterus expreſſam putat epigraphen quam habet p. 377, 4) nam hic optimus orator fuit, ille vero inexplanatae linguae. Itaque is qui aedem Opiferae dedicavit, vel fuerit Q. Caecilius Q. F. Metellus Pont. Max. cuius in lapide auſpicato apud Grut. p. 39, 5 mentio exſtitit; vel potius aliquis alius, non pont. max. (ob linguae quidem certe impedimentum) ſed dumtaxat e pontificum collegio. Et vide an non fuerit ille C. Metellus, cui agnomen Caprario fuerat, qui inter Metelli Macedonici filios ultimus natus fuit; in quem exſtat amarulentum illud Scipionis dictum in obſidione Numantiae apud Cic.

a de-

Digitized by Google

scribere, propterea quod eos nondum notatos deprehenderim. Ibi n. 54 pontificem reprehendit, quod in sua domo dedicanda *mente ac lingua titubante* usus esset. Tum & Clodium eiusdem vitii accusat: *Praesertim*, inquit, *cum iste impurus atque impius hostis religionum omnium . . . ageret illam rem ita raptim & turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. Delatum tum est ad vos pontifices . . . quemadmodum iste praeposteris verbis, ominibus obscenis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, haesitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronuntiarit, & fecerit.* Sed & tremebundam manum in poste prensando, credo quod perturbatae mentis esset indicium, nihil egisse, ex eadem oratione n. 52 addidici: *Aut*, inquit, *si dixit aliquid verbis haesitantibus, postemque tremebunda manu tetigit: certe nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque persecit.* Sane non immerito hodieque Ecclesiae catholicae sacrorum antistites religioni sibi ducunt mysteriorum formulas non mente attenta & constanti, linguae vero accuratae ministerio disertissime enuntiare.

XXXIII Haec de templorum sacrandorum ritu. Sed & cum alicuius bona in detestationem consecrabantur, postem aliquando teneri consueviſſe, & verba sollemnia pronuntiari ex iis, quae modo e Cicerone recitavi, & aliis eiusdem orationis locis coniici potest. Sed tum demum, opinor, cum praedia illa non solum consecrabantur, sed & ara, signove posito, alicui Deo dedicabantur; ut Libertatis signum in aedibus Ciceronis Clodius posuit. Et eo spectare putem illa Ciceronis verba eadem or. n. 45: *Ergone, pontifices, putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, demum uniuscuiusque consecrari posse? An istae dedicationes & templorum, & delubrorum religiones ad honorem Deorum immortalium, sine ulla civium calamitate a maioribus nostris constitutae sunt?* Et n. 46: *Ergo si is* (M. Drusus) *Q. Caepionis inimici sui postem aedium tenuisset, & pauca verba fecisset, aedes Caepionis essent dedicatae?* Nimirum aedes, de quibus disputat Cicero, non solum in detestationem, sed & alicui Deo consecrabantur, idcircoque postis tenendus erat.

XXXIV Ceterum cum bona dumtaxat consecrabantur, tum tantum foculo pro rostris posito, adhibito tibicine, & capite velato, ita demum bona

a de or. *Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse pariturum*. Certe ob ingenii tarditatem Caprarium fuisse appellatum, possumus suspicari. Sed & Plutarchus lib. de Fort. Rom. inter indulgentis Fortunae exempla refert hoc, quod Metellus ille Macedonicus a quatuor filiis consularibus elatus fuerit, quorum ultimus Caprarius recensetur. Nec solum Plutarchus, sed & Velleius I, II, Valerius Max. VII, 8, 1, Plinius VII, 44, S. Augustinus II de civ. 23, & ante hos omnes Cicero V de fin. 98, & I Tusc. 35 Q. Metelli fortunae felicitatem mirisce praedicant, quod praeter propria decora a quatuor honoratissimis filiis, quorum gesti honores sedulo recensentur, elatus fuerit: ut celebre in primis olim id abblandientis Fortunae exemplum fuisse appareat. Id quod magno est indicio & aedem Opiferae a Metello dedicatam, non alterius quam Fortunae fuisse & fortasse ab uno e quatuor iis fratribus per eam indulgentioris Fortunae occasionem fuisse consecratam; ac potissimum a C. Caprario ob eas coniecturas, quas modo exponebam.

Digitized by Google

bona illa religioni obligabantur. Cicero eadem or. n. 47: *Atqui C. Atinius patrum memoria bona Q. Metelli . . . consecravit, soculo posito in rostris, adhibitoque tibicine.* Et paullo post: *Tu, tu, inquam, capite velato, concione advocata, soculo posito, bona tui Gabinii . . . consecrasti.* Sed & tum quoque non sine verbis sollemnibus res transigebatur: *Quid ergo*, inquit eadem or. n. 48, *illa tua tum obtestatio tibicinis? quid preces? quid prisca verba voluerunt?*

XXXV De ritu, quo Deorum signa consecrarentur (idem ferme fuerit de aris intelligendum) nihil attinet magnopere me esse sollicitum: quod eam operam iam videam ab Antonio Vandaleo pro dignitate navatam schediasmate de consecrationibus ethnicis pag. 661, & sequentibus (64).

XXXVI Quid cetera operum publicorum? an ea quoque sollemnibus verbis & caeremoniis sacrabantur? Opera publica quatuor generum exstitisse mihi persuadeo, alia ut essent sacra, hoc est a principe, vel

(64) Vandalei schediasma de consecrationibus *ethnicis* tum demum incidit mihi in manus, cum iam hanc de dedicationibus diatribam absolvissem, imo & haec quae hactenus praemissa sunt, iam typis commissa essent. Et viro eximio atque erudito Dominico Graeco I. C. magnam habeo gratiam, a quo eum librum, quorum habet copiosissimam penum, & indicatum & commodatum habui. Ac sane a Vandaleo putabam iam omnia occupata: sed contra res cecidit. Nam primum is consecrationes, ego dedicationes potissimum propositas habui, quarum in primis notionem eruere e tenebris sum conatus. Tum aliter ille, aliter ego eo in argumento versati sumus, quod is totus est in imperatorum clarorumque virorum, nec non & signorum Diis positorum consecrationibus (quanquam & de templis nonnulla delibat aliis iam ferme notata) ego contra quam viam inierim, quivis perspicere potest. Itaque cum iis, quae iam pridem Gutherius attulerat, non inutiliter & schediasmatis illius lectio coniungi poterit, & huius, si cui est otium, diatribae. Ac de Deorum potissimum signis, quo ritu sacrarentur, haud contemnenda sunt, quae Vandaleus edisserit, quae legi apud illum satius fuerit.

Quanquam quae supra de statuarum dedicatione obiter innueram, nihil muto: & ea iuvat levi brachio refricare. Dixeram videri aras, aut signi *dedicationem* aliud nihil esse quam eorumdem erectionem, sive in sua basi collocationem, & *loco dato decreto decurionum*. Sic ea *dedicabantur*, quia sic demum eorum usus inchoabatur: nam unctiones, coronationes, & si quae aliae caeremoniae, eae ad consecrationem demum pertinent, quae hic quoque proprie diversa a dedicatione fuit. Sed & donaria quaevis *dedicare* idem quod suspendere fuit. Harum omnium rerum dedicationes ἀναθήκας aut ἱδρύσεις Graeci dicebant, statuas ipsas aut aras ἱδρύματα, reliquae huiusmodi omnes ἀναθήματα, & ἀγάλματα appellabant: veluti quem Horatius *dedicatum Apollinem* nuncupavit, eum ἀνάθημα Graeci redderent, aut ἱδρυμένον, sicuti ἱδρύσασθαι τὸν Πυθαγόραν Plutarchus in Numa dixit. Ex quibus quanquam satis percipitur earum rerum dedicationem fuisse idem quod collocationem aut erectionem: tamen nihil expressius Ciceronis loco quem supra posui, ex or. pro domo n. 46: *Simulacrum autem*, inquit, *aut aram si DEDICASTI, sine religione LOCO MOVERI potest*: nam *dedicare* & *loco movere* contraria fuerunt. Sicuti e contrario *constituere* & *dedicare* in veteri inscriptione apud Fabrettum p. 280, n. 173 synonyme usurpantur. Id epigramma sic habet: *Signa. translata. ex. abditis. locis. ad. celeritatem. thermarum. Severianarum.* (quarum meminit Spartianus in Severi vita cap. 19) . . . *Audentius. Aemilianus. V. C. cons. Cap. CONSTITVIT. DEDICARIQVE. praecepit. curante. T. Annio. Chrysantio. V. P.* Qua in epigraphe *constituit. dedicarique. praecepit.* unam eandemque rem notat, & κατ' ἐπεξήγησιν inscriptionibus horum temporum familiarem idem bis inculcatur. Nego enim illud DEDICARI ad signorum consecrationem, quae unctionibus coronationibusque perficiebatur, referri posse: ea quippe iam olim consecrata oportuit: per translationem vero consecratio non amittebatur: tantum dedicatio, quae ἐν τῇ ἱδρύσει consistebat, iteranda fuit. Fortasis vero in marmore CONSTITVI DEDICARIQVE scriptum fuit: sicut & illud a descriptore peccatum fuit, quod CAP. pro CAMP. in adversaria retulit, cum tamen ille CAMPaniae, non CAPuae, consularis exstiterit: Audentii quoque praenomen, quod fortasse detritum deprehendit, quicunque hoc elegium

cui princeps dedicandi dediſſet poteſtatem, publice (65) conſecrata; uti Vlpiano auctore ſupra expoſitum fuit (hujuſmodi non ſolum fana & aedes fuerunt, ſed & theatra, puto, & gymnaſia & amphitheatra, & alia fortaſſe id genus, ſuis ſingula numinibus (66) ſacra): alia vero non ſacra ſed

gium excepit, VINIVS fuit, id quod ex altero Campano epigrammate huic conſulari poſito docebitur, cum omnes noſtrates inſcriptiones in unum volumen compingentur. Et quoniam ſemel digreſſi ſumus: illud SIGNA. TRANSLATA. EX. ABDITIS LOCIS. Fabrettus, vir cetera eruditus, poſtquam ingenue negat ſe ſcire quid ſibi velit: *alium*, inquit, *ſimilem, cujus aeque ignorationem profiteor, VT CRVCEM CVRIOSIS FIGAM, hic expono.* Nam in fundo cuiuſdam baſeos ſcriptum tradit in hunc modum TRANSLATA (ſupple ſtatua, opinor, illa, quae huic baſi ſuperpoſita fuerat) EX. OBSCVRO. LOCO. CVRANTE IVNIO. GALLIENO. &c. Verum ſiculneam (ni potius ſambuceam) crucem curioſis fixit vir eruditus. Legiſſe memini in codice Theodoſiano, quem nunc ad manus non habeo, titulum unum (an plures?) de ſignis aliiſque id genus publicorum aedificiorum ornamentis non transferendis. [Et apud Reinesium pag. 475, Cl. VI, n. XI Praeclarum extat S. C. de non diruendis aedificiis vetuſtis ad recentiora opera exornanda (ut apud nos amphitheatrum quotidie deperit): vide & doctum Reineſii commentarium.] Ne contra eas leges peccatum videretur, additum expreſſe fuit EX ABDITIS. LOCIS. aut EX. OBSCVRO. LOCO. Nam quis vetitum fuiſſe affirmaverit, e vetuſto aliquo ac ſubterraneo aedificio nullius uſus, imo tum primum detecto, ſigna aut alia huiuſmodi ornamenta in alias fabricas transferre? [Can. Cartaginenſis in Codice Dionyſii num. LVIII petendum ab Imperatoribus decernit, *ut reliquias idolorum per Africam inbeant penitus amputari*; itemque ut *templa eorum, quae in agris, vel IN LOCIS ABDITIS conſtituta, nullo ornamento ſunt, inbeantur omni modo deſtrui.* Ubi illud *nullo ornamento ſunt* ſatis declarat licuiſſe ex locis abditis ornamenta detrahere in alterius publici aedificii uſum. Vide etiam an non ABDITA LOCA, & OBSCVRVS LOCVS in his inſcriptionibus ſint quas veteres appellarunt faviſſas; de quibus Gellius, quo ſigna vetera, & *ea quae vetuſtate erant facta inutilia*, ut ait Feſtus, coniiciebant. In Herculanei ruinis ſigna in cellis ſubterraneis reperta memini. Romae in Baſilicae Vaticanae refectione vetera muſiva, ſigna, &c in cryptis eius Eccleſiae collocarunt.] Sed poſtquam fixam a Fabretto crucem refiximus: illud potius ſcire lubet, in eadem inſcriptione cur dictum fuerit AD. CELERITATEM THERMARVM. SEVERIANARVM. Leviuſculum hoc quidem. Sed tamen celeritatem thermarum Titianarum aemulari voluiſſe Severum crediderim; de quibus Suetonius cap. 7: *Amphitheatro dedicato, thermiſque iuxta CELERITER exſtructis.* De iiſdem Titianis, puto, Martialis:

Hic ubi miramur VELOCIA munera thermas, &c.

Verum haec in tranſcurſu. Nunc illud quod inſtat. Apuleius eiuſdem rei teſtis ſupra prolectus *depictam tabulam domus atrio dedicare* pro *ſuſpendere* uſurpavit. Et is locus Quintiliani decl. quem habet Vandaleus pag. 662 eodem referendus: *Haec*, inquit, *priuſquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum: dedicatio eſt illa, quae Deum inducit, quae SEDE DESTINATA LOCAT.* Quanquam hic auctor *dedicationis* voce, ut ſaepe fit, & collocationem & conſecrationem ſimul intellexit, quod eſſent res coniunctiſſimae. Contra Minucius dedicationem pro ſola conſecratione poſuit: *Quando igitur*, inquit, *hic naſcitur* (Deus)? *Ecce funditur, fabricatur, ſcalpitur. Nondum Deus eſt. Ecce plumbatur, conſtruitur, erigitur. Nec adhuc Deus eſt. Ecce ornatur, conſecratur, oratur, tunc poſtremo Deus eſt, cum homo voluit & DEDICAVIT.* Non male Minucius *dedicavit* dixit pro *conſecravit*, quod erant res coniunctiſſimae nec ſeparabiles: illud queror, quod erectionem a dedicatione & conſecratione ſeiunxit, improprie certe locutus; nam erectio, apud vetuſtiores quidem certe, conſecrationis pars fuit, & erectio & dedicatio idem fuerunt. Hinc Ariſtophanis Scholiaſtes in Pace ad illud τεύτην χύτρεως ἰδρυτήν, non ſolum ollis leguminum ſtatuas collocatas, ſive conſecrando collocatas ait, verum etiam aliquando ſumtuoſius victimis, id quod dici teſtatur βοῒ ἱδρύσεσθαι, ἢ αἰγὶ, ἢ προβάτῳ, id eſt *bove aut capra aut ove collocare*, ſeu conſecrando collocare.

(65) Publice, inquam, conſecrata: *Si quis autem* (ait Iuſtinianus lib. XI Inſt. t. I, §. *ſacrae*) *auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum.* Et Feſtus: *Gallus*, inquit, *Aelius ait, ſacrum eſſe quocunque modo atque inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive aedes, ſive ara, ſive ſignum, ſive locus, ſive pecunia, ſive quid aliud quod Diis dedicatum, atque conſecratum ſit. Quod autem privati ſuae religionis cauſſa aliquid earum rerum Deo dedicent, id pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum ... Ille locus ubi ea ſacra privata facienda ſunt, vix videtur eſſe ſacer.*

(66) Amphitheatra ſive Herculi quantum e Vtruvio [(qui I, 7 *Herculi, in quibus civitatibus non ſunt gymnaſia, neque amphitheatra,*

Digitized by Google

ſed ſancta, veluti urbium muri, quos iuriſconſulti ſanctos, quia ſanctione confirmatos, non item ſacros fuiſſe teſtantur: alia religioſa, veluti ſepulcra: alia demum nec ſacra, nec ſancta, nec religioſa, ſed mere profana. Ac plurima ſunt opera publica, veluti viae, pontes, aquaeductus, & tale genus innumera, quae quo referam haud facile dixerim. Portas urbium negat Plutarchus in quaeſt. rom. ἱερὰς καὶ ἀβεβήλους eſse (quod tamen de muris fatetur) ſive quod per eas funera efferrentur, ſive quod in ſollemni moenium deſignatione, ubi ad eas ventum, aratrum ſuſtolleretur. Iuriſconſulti tamen non tantum muros, ſed & portas inter res ſanctas, ideſt ſanctione confirmatas recte accenſuerunt, ita ut violari nefas eſset. Vid. l. 2, D. *nequid in loc.* & alibi.

XXXVII. Itaque ſcire lubet, num omnia iſthaec opera publica non modo dedicarentur, ſeu eorum uſus aliqua celebritate inchoaretur, verum etiam ſollemni ritu conſecrarentur, ita ut poſtem teneri opus eſset, & quaedam ſollemnia verba de more concipi. Quam diſputationem a nemine, quod ſciam, propoſitam ſpiſſiore caligine obſeptam video: neque id mirum, propterea quod vetus illud ius pontificium ne ipſi quidem Romani vulgo tenebant: eiuſque inſcitiam ultro vel ipſe Cicero or. pro domo n. 46, & alibi non diſſimulat: etſi effluere quaedam e pontificum diſciplina affirmat, quae ad aliorum aures ſaepe permanent. Cicero quidem tota illa oratione rem ſaepe tangit, ſed ita ut dubitationem iniiciat magis, quam abſtergat (67). Graecis vero rei Romanae ſcriptoribus huiuſce rei arbitrium ſi permittimus, nihil non religioſo ritu conſecratum perſpicietur. Nam quas Latini hiſtoriae ſcriptores dedicationes, ii plerumque κατιερώσεις appellant, quodcunque demum illud ſit, quo de agitur. Itaque Dio non modo de Pompeiano theatro καθιέρωσε dixit (quod minus miror, nam ei theatro Pompeius *Veneris aedem*, inquit Tertullianus lib. de ſpect. *ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vo-*

ra, *ad circum* templa exſtrui iubet)] licet ſuſpicari, ſive potius Marti, aut Dianae, aut Iovi Latiali ſacra erant: gymnaſia quoque Herculi, vel, qua parte doctrinae ſtudioſis addicta, Apollini λυκηγορίῳ vel Minervae fuere. Et puto opera omnia ſpectaculis deſtinata inter ſacra loca fuiſſe; nam ludi omnes ſacri erant & religionis ethnicae pars. Salvianus: *Colitur & honoratur Minerva in gymnaſiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in palaeſtris.* Lactantius ex ſententia Sinii Capitonis paullo aliter: *Venationes, & quae vocantur munera, Saturno adtributa ſunt: ludi ſcenici Libero, circenſes Neptuno.*

(67) Itaque ex illa oratione nihil dum eliquare potui, utrum non ſolum templi, ſed & ceterarum fabricarum poſtem teneri oporteret, & ſollemnibus formulis uti. Adnectam tamen haec, ſi cui forte lux inde affulſerit. *Ergo*, inquit n. 46, *ſi is* (M. Druſus) *Q. Caepionis inimici ſui poſtum aedium tenuiſſet, & pauca verba feciſſet, aedes Caepionis eſſent dedicatae? Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipſius verbis dedicationis, nihil de religione, caerimoniis: non diſſimulo me neſcire ea, quae etiamſi ſcirem, diſſimularem, ne aliis moleſtus, vobis etiam curioſus viderer: etſi effluunt multa ex veſtra diſciplina, quae etiam ad noſtras aures ſaepe permanant. Poſtem teneri in dedicatione oportere video audiſſe templi. Ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt & valvae. Ambitionis poſtes neme unquam tenuit in dedicando. Simulacrum autem aut aram ſi dedicaſti, ſine religione loco moveri poteſt. Sed iam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem poſtem tenuiſſe dixiſti*, &c. Itaque non ſatis expiſcari licet utrum templorum tantum poſtem teneri oportuiſſe Tullius exiſtimarit, an vero aliorſum videatur accipiendus.

Digitized by Google

vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, cui subiecimus, inquit, gradus spectaculorum) verum etiam Neroniani gymnasii dedicationem καθιέρωσιν nuncupavit, & de Tito amphitheatrum & balineum dedicante ἱερώτας usurpavit. Accedit quod apud Grut. p. 178, 7, & 179, 1 (etsi sunt quarti ineuntis saeculi epigrammata) thermae non tantum *dedicari* ideſt in usum traduci, sed & *consecrari* dicuntur. Itaque vix videtur dubitandum, quin si minus omnia, at multa tamen operum publicorum non tantum dedicarentur, sed etiam religiosis caeremoniis sacrarentur; unde & *sacra* iure dicerentur. Quare sic statuo, prioris generis aedificia consecratione initiari oportuisse, eoque sacra fuisse appellata; cetera vero, sive sancta, uti urbium muri, dicerentur, sive ne hanc quidem appellationem nacta essent, non consecrari, sed dedicari seu ἐγκαινίζεσθαι tantum consueviſse.

IV *De rerum singularum encaeniis.*

XXXVIII Saepe hoc iam admonuimus, dedicationem a consecratione, si proprie & accurate loqui volumus, discrepasse; & consecrationem, (non tantum illam, de qua huius diatribae initio diſseruimus, qua hostium aut improborum civium bona in detestationem consecrabantur, sed & illam qua aedes sacrae & alia id genus sacrabantur) religiosis ritibus, & priscis verbis perfici oportuisse: dedicationem vero nihil aliud proprie significasse, uti copiose probavimus, quam rei iam perfectae primum usum & inchoationem. Quare nunc quidem quod attinet, sepositа consecratione, rerum singularum dedicationes aggrediamur: & quod initio huius diatribae dixi, dedicationem sic peragi consueviſse, ut aliquid splendidum primo fabricae usu exhiberetur, ex iis potissimum rebus, quarum caussa fabrica illa exstructa fuisset; id nunc singillatim demonstrabimus.

XXXIX Ab amphitheatro ordiar, propterea quod per ejus occasionem ad universi generis dedicationes sum digressus. Dio lib. LI de Tauri amphitheatro haec ait: *Caesare IV cos. Statilius Taurus theatrum quoddam lapideum ad venationes ferarum in campo Martio suis sumtibus absolvit, inque eius dedicatione munus gladiatorium exhibuit.* Flavium autem amphitheatrum a Vespasiano erectum Titus forsasse consummavit, utique dedicavit: cumque dedicantis, non eius qui fecisset, nomen inscribi mos esset: hinc erroris ansam Eutropius lib. VII, & Cassiodorus arripuerunt, ut Tito id opus adscriberent, propterea quod huius, ut arbitror, nomen, non vero patris, in operis titulo oculis usurpasset. Quo pacto dedicatum fuerit Suetonius cap. 7 exponit: *Amphitheatro dedicato, thermisque iuxta celeriter extructis, munus edidit apparatissimum largissimumque* &c. At vero Dio apud Xiphilinum ludos per centum ipsos dies exhibi-

Digitized by Google

hibitos copioſe narrat, in iis gladiatorum munera, omne genus venationes, navale proelium etiam Suetonio memoratum, circenſes & alia ludicra. Fruſtra eſt autem Petrus Laſena, qui in Gymnaſio Neap. p. 172 illud Suetonii *Amphitheatro dedicato* ita interpretatur, quaſi dixerit, *diis dicato*; & queritur Suetonium non indicaſſe, cui potiſſimum deo ſacratum fuerit: non enim intellexit, dedicationem ibi apud Suetonium non aliud fuiſſe quam ἐγκαινισμόν.

XL Ad haec theatra ludis ſcenicis dedicabantur, uti ex epigraphe Reineſiana cl. 2, n. 89 intelligitur: THEATRVM. ET. PROSCENIVM. REFECERE. LVDIS. SCENICIS. BIDVO. DEDICAR. D. S. P. Vbi *dedicare* pro ἐγκαινίζειν diſerte ponitur: quo enim ludi ſcenici, quo pecunia ad conſecrationem? Sed & muſicis certaminibus, & gymnicis ludis, iiſque omnino ludicris, quae theatrum admitteret, in eius dedicatione locus fuit (68).

XLI Gymnaſii Neroniani dedicationem idem Xiphilinus exſequitur in hunc modum: *Cuius* (certaminis quinquennalis) *cauſſa gymnaſium aedificavit: cuius dedicatione equitibus & ſenatoribus oleum gratis diſtribuit*. Nihil rei gymnaſticae magis proprium.

XLII Bibliothecae oratione habita dedicabantur: id quod ex Plinii

I 2

(68) Quanquam autem venationem, in theatro exhibitam nunquam memini; Xiphilinus tamen Pompeii theatrum venatione ibidem data dedicatum narrat. Et Xiphilini narratio fortaſſe non paucis, Bulengero quidem certe fucum fecit; qui cap. 10 de venatione circi, in Pompeii theatro venationes aliquando habitas affirmat, & inde factum ait ut Plinius XXXVI, 15 illud Pompeii non theatrum, ſed amphitheatrum appellarit. Dupliciter vero vir eruditus aberrat. Primum quod illo Plinii loco non *Pompeii amphitheatri* ſed *Pompeiani theatri* eſſe legendum iampridem Lipſius lib. de amphith. monuerat, & ita in Harduini editione legitur, credo & in aliis. Deinde quod in Pompeii theatro venationes aliquando exhibitas ſtatuit, fallitur cum Xiphilino, a quo id hauſit. Graeculi iſtius locus ſic ſe habet: *Pompeius theatrum dedicavit, in quo*? (graece ἐν αὐτῷ ſupple θεάτρῳ) *leones quingenti diebus quinque abſumti ſunt, praeterea elephanti decem & octo cum armatis hominibus certaverunt*. Sed bene eſt quod Dionis liber XXXIX aetatem tulit, unde Monachi indiligentiam poſſis arguere. Ibi ſollertiſſimus ſcriptor poſtquam in eodem theatro, quod dedicabatur, muſicos gymnicoſque ludos exhibitos ſignificaſſet, monet in circo tum varii generis belluarum praebitas venationes, tum potiſſimum diebus quinque quingentos leones confectos & elephantos octodecim depugnaſſe ſubiungit. Quare venationes quidem Pompeius exhibuit, ſed in circo, ubi ante exſtructa amphitheatra id ſpectaculi genus edebatur, non vero in theatro, uti ſomniavit Xiphilinus. Cui hoc impoſuit, quod Pompeii θέατρον putavit fuiſſe ſimile illi, quod Titus dedicavit, quod idem breviter e Dione θέατρον κυνηγετικὸν appellat: nam amphitheatri vox, ut alibi diximus, quamvis Graeca ferme a Latinis dumtaxat uſurpabatur, cuius loco Graeci θέατρον dicere conſueverunt. Haec eo dixi, ut perſpiciatur, quam nullo iudicio e Dione interdum excerpſerit Xiphilinus, ut omittam quod non perpetuam & aequabilem epitomen nobis tradidit, ſed quaecunque collibitum fuit, aut quae novitate illum percellerent, in iis ſe magis diffudit: cetera interim maximi momenti exangues & exſucca in ſua alvearia contulit: ita mera interdum nobis mapalia exhibuit. Sed vel ſic tamen maxima eſt illi habenda gratia, quod qualiacunque illa nobis ex nobiliſſimo hiſtorico ſervavit.

Ceterum nihil mirum in ea dedicatione Pompeium praeter theatralia ſpecimina aliorum etiam generum ſpectacula edidiſſe: nam theatrum illud quod dedicabat, Veneris templum idem quoque fuit; id quod Plinius, Plutarchus & alii tradiderunt. Et ceteroqui ſcimus, Dione teſte lib. 54, Auguſto Marcelli theatrum dedicante, Caium luſiſſe Troiam, & DC Africanos occiſas: maioris enim magnificentiae gratia praeter ſpecimina theatralia, quae quidem theatri ἐγκαινισμὸς omnino requirebat, extra theatrum quoque populum oblectari placuit.

Digitized by Google

1, epist. 8 didici: *Petiturus sum enim*, inquit, *ut rursus vaces sermoni, quem apud municipes meos habui bibliothecam dedicaturus*. Nimirum petit ab illo rhetore Pompeio Saturnino, ut orationem eam expoliat, quam, cum bibliothecam in sua patria in sapientiae studiosorum gratiam a se paratam dedicaret, olim habuisset, quam publicare deliberabat. Nihil convenientius fieri potuit: & hodieque in academiis in anniversaria studiorum instauratione quam *dedicationem* non inepte appellaveris, huiusmodi orationes habentur.

XLIII Ad haec pontes circensibus editis dedicari solebant. Grut. p. 163, 4: P. BAEBIVS. VENVSTVS. . . . . PONTEM. FECIT. EX. H. S. XXC. CIRCENSIBVS. EDITIS. D. D. ideſt *dedicavit*. Id quod, nisi me memoria fraustratur (nam scheda, in qua nuper multas, quae huc facerent, inscriptiones notaram, nescio quo fato evanuit) etiam Gratianus aut nescio quis alter Christianus imperator in ponte dedicando usurpavit. Alioqui Grut. 101, 3, & 4 ob dedicationem, opinor, statuae cum scenicis iidem circenses dantur.

XLIV In lacus Fucini emissario dedicando (etsi Tacitus XII An. 56 dedicationis voce non utitur, sed rem ipsam satis designat, quia tum primum *apertum aquarum iter*) insignem naumachiam exhibuit praeter cetera Claudius.

XLV Porro in aedibus quisque suis dedicandis, quae specimina aut quam liberalitatem exhibuerit, non memini. De epulo vix est ut dubites, quod in omni fere dedicatione dabatur. Alexander Donatus III, 7 Neronem, Suetonio teste, dedicasse domum affirmat, qua variis conviviis, qua publicis ludis, sparsisque in populum muneribus. Sed fugit eum memoria; nam nihil horum Suetonius cap. 32. David in suis aedibus dedicandis eum psalmum habuit, qui nobis est undetricesimus, Hebraeis vero tricesimus. Nam quid causſae est, quamobrem aliorsum eius psalmi titulus accipiatur? Qui αὐτολεξεὶ ex Hebraeo talis est: *Psalmus dedicationis* seu initiationis (heb. חנכת *hhanucchath*) *domus David*. LXX: Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ ἐγκαινισμῷ τοῦ οἴκου τοῦ Δαυίδ. Quod noster vertit: *Psalmus cantici in dedicatione domus David*. An non fugit eos ratio, qui ad templi dedicationem, sive nescio quo alio referunt hunc titulum? Atque hinc etiam Iudaeorum traditio apud Maimonidem futilis arguitur, qui Deut. XXI, 5 (quem locum vide huius Diatribae initio) *dedicare domum* idem esse definiunt quod in ea, postquam exstructa est, per annum habitare. Fabulae: in huius enim psalmi titulo, uti vides, dedicatio primorem tantum usum, sive ἐγκαινισμὸν designat. [Apud Vignolium De Col. Ant. Pii pag. 142 nummus Divae Faustinae cum epigraphe DEDICATIO AEDIS.]

XLVI Viarum dedicatione gladiatorium munus Claudius iniunxit: sic enim capio illud Suetonii Claudio cap. 24: *Collegio quaestorum pro Ara-*

Digitized by Google

ſtratura viarum (ideſt viarum ἐκγαυιστμῶ) *gladiatorium munus iniunxit*.

XLVII [Dedicare quinquennalitatem eſt inire duumviratum quinquennalem, eaque gratia ludos edere, aut quid ſimile. In Romano lapide apud Sponium pag. 68: *Collegio pabulariorum C. Cornelius C. L. Iucundianus II. VIR & L. Antonius L. L. Iubentius QVINQVENNALITATEM. S. P. DEDICARVNT.* De quinquennalitate ſeu duoviratu quinquennali collegiorum, qui quinquennio finiebatur (unde & additur alicubi LVSTRI. LXX. verbi gr.) dixi alibi.]

XLVIII Poſtremo (nam quid opus eſt ſingula moroſa diligentia perquirere?) forum epulo dato dedicatum invenio apud Grut. pag. 168, 5. Sed ibi tamen non de fori tantum dedicatione agitur, ſed & aedium (hoc eſt fanorum) quinque, & ſignorum quinque; & ſtatuarum duarum (69). Et ceteroqui nihil non epulo dato dedicari ſolebat: cui mori lubet paulliſper immorari.

XLIX Itaque epulum, uti diximus, in dedicationibus fere ſemper dabatur: Plin. IV, 1: *Templum*, inquit, *pecunia mea exſtruxi: cuius dedicationem, cum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt. Erimus ergo ibi* (Tiferni, ubi templum exſtruxerat) *dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui.* Videſis Gruterum p. 441, 7, & alibi ſaepiſſime; itemque Reineſium I, 99. Verum non ſemper *coena recta* dabatur: imo ſaepe epulum dividebatur, ideſt ſportulae dabantur; ſic enim accipio illud p. 101, 3 apud Grut. AD. DEDICATIONEM. . . . . EPVLO. DIVISO. &c. itemque p. 228, 8: DEDICATIONE. STATVARVM. . . . . MVLSVM. ET. CRVSTVLA. DECVRIONIBVS. ET. POPVLO. dantur. Sive ergo coena recta, sive ſportulae darentur, ſemper epulum dari dicebatur. Imo tum quoque epulum appellabatur, cum vice coenae rectae, aut ſportularum, nummi (quanquam nummorum quoque dianomen ſportulas appellarunt, ut ex Plin. X epiſt. 117; & 118 collatis patet) diſtribuebantur. Grut. p. 434, 1: EARVMQVE. DEDICAT. P RV-

(69) Quod ſaepiſſime mihi in inſcriptionibus perlegendis notatum fuerat, hoc inter ſtatuas atque ſigna [vel ſimulacra] plurimum intereſſe, quod haec ferme Deorum tantum eſſent, aut certe Diis dedicatorum, illae interdum quidem Deorum, ſed ſaepiſſime hominum [(quod & Abramius ad Cic Phil. II, 43 contendit)]: id ex indicato epigrammate luculenter cognoſcitur, ubi legitur SIGNA. DEOR. (quod peſſime Reineſius in EORum, puta Ciſimbrenſium, mutat primum cui bono? deinde an putamus tot deſcriptores, qui in eius inſcriptionis calce notantur fuiſſe luſcitioſos?) QVINQVE. STATVAS. DVAS &c. Hoc igitur, ſi quod aliud, inter eas voces eſt diſcriminis; quod neſcio cur Aldo Manutio iuniori (in differt. IX epiſtolica de ſigno & ſtatua to. I theſ. Sallengriani p. 816 A) diſpliceat. Nam quod canephorarum duarum imagines ſigna Cicero appellarit, id eo factum, quod non tantum Deorum imagines, ſed & hominum imo & brutorum animantium ſimulacra, quae in templis inter donaria, aut in privatorum ſacrariis viſebantur, ſigna rectiſſime dicebantur. Certe diſcrimen, quod initio poſui, innumeris inſcriptionibus, imo & ſcriptorum locis confirmari poſſet, ſi id agerem: [unum tantum Capitolini locum adducam Antonini Pii cap. 3, qui omnem litem dirimere videtur: *Cyzici etiam de ſimulacro dei ad ſtatuam eius* (Antonini) *coronae translatae eſt.*] Quanquam omnino perpetuum eſſe [hoc diſcrimen] non ſpoponderim. Ceterum multiplex illud tricarumque pleniſſimum diſcrimen, quod ibi Manutius ſtatuit, vix eſt ut ulli arrideat.

Digitized by Google

RVFVS. EPVLVM. DEDIT. DECVRIONIB. SING. H. S. XXX. SEX. VIRIS. ET. AVGVSTALIB. SING. H. S. XII. PLEBI. SING. H. S. IIII. Et p. 63, 1: IDEMQVE. DEDICAVIT. ET. EPVLVM. DEDIT. DECVRIS. N. IIII. Interdum aliis nummi, aliis coena dabatur: Grut. p. 68, 3: QVORVM. DEDICATIONE. SINGVLIS. DECVRIONIBVS. X. III. AVGVSTALIBVS. X. II. ET. COLONIS. CENAM. DEDIT. Interdum etiam nummi quidem dabantur, sed ITA. VT. IN. PVBLICO. VESCERENTVR: ea certe lege apud Grut. p. 84, 1 singulis decurionibus Nemausensibus quaedam summa dedicatione templi distribuitur.

L [Quod dixi modo in omnibus ferme dedicationibus. sportulas eu denarios dari consueviſſe, Plinius X, epist. 117 pulcre confirmat: *Qui virilem togam sumunt* (h. e. qui togam virilem dedicant, ut supra *dedicare togam in funus*) *vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum* (nam & haec dedicationum fuere genera, quod *rogare ad Consulatum*, &c. dicebatur. Vide Vales. ad Amm. 84) *vel opus publicum dedicant, solent totam bulen, atq. etiam de plebe non exiguum numerum vocare binosque denarios, vel singulos dare.*]

LI Nec minus in Ecclesiarum dedicationibus [(quae, nihil aliud erant, quam earum ἐγκαινισμός (70))] sollemnes epulas Christiani olim instituebant. Sidonius IV, ep. 15: *Epulum multiplex, & capacissima lectisternia para . . . postquam omnibus tempus futurae dedicationis inclaruit. Nam baptisterium, quod olim fabricabamini, scribitis posse iam consecrari.* Greg. X ep. 711: *Nam ut die dedicationis, vel natalitia SS. Martyrum religiosis conviviis sollemnitatem celebrent.* Hae sunt illae agapae, quae tamdiu in Ecclesia perdurarunt, donec, quod in licentiam vergerent, legibus sunt abolitae. Inde factum putat Cangius, ut postea dedicationis vocabulum in malam partem traheretur, ac pro commessatione publica sumeretur; & *faire la ducace* Galli dicerent pro eo, quod est genio indulgere.

LII Verum ad ethnicorum dedicationes ut reditum faciam, hoc amplius de iis notandum, celebrasse gentiles, quemadmodum & Christiani facimus, diem dedicationis quotannis recurrentem. Hinc Kalendas Ianuarias eo nomine celebrat Ovidius I Fast. quod

Sacravere patres hac duo templa die,

nempe Aesculapii & Iovis, quod statim subiungit. Atque hinc est, quod non

(70) [Ideoque Socrati I, 28 ἐπιβάσιοις τῆς Ἐκκλησίας est eiusdem dedicatio h. e. cum primum ad eam Sacerdotibus, ac populis patet aditus, sive cum encaeniantur; & cum templum Antiochenum prae magnificentia *Dominicum aureum* appellatum a Constantino M. inchoatum, Constantinus iunior eius filius absolvisset, ad illius dedicationem an. 341 Episcopos ex toto oriente coëgit: convenisse autem, teste Athanasio, Episcopi circiter LXXXX, qui ea occasione Concilium, vulgo in encaeniis appellatum, celebrarunt, de quo idem S. Athanasius: *Antiochiae novam Synodum per causam encaeniorum coëgerunt*; unde vides dedicationem, & encaenia etiam apud Christianos esse συνώνυμα.]

Digitized by Google

non ſolum quibus conſulibus ſive aedes ſive ara ſive quid aliud eſſet dedicatum, ſed & diem ſedulo notabant: id quod in vetuſtis dedicationum titulis nuſquam fere non occurrit. [Itaque Dedicatio loco habebatur natalis diei quotannis recurrentis. Quare ſicuti imperatores plures quotannis celebravere natales, genitalem annum, delati imperii alterum, tertium adoptionis (de quo vide Spartianum Hadriano cap. 4) ſic dedicationes iſtae erant tamquam templorum ſtatuarumve natales; hinc *Natalis Salutis* apud Cic. IV, ad Att. 1 eſt anniverſarius dies dedicationis templi deae ſalutis, quod erat in colle Quirinali.]

LIII Et, quod magis mirabere, ſicuti hodieque Epiſcopi faciunt, quoties aliquam Eccleſiam ſollemni ritu dedicaverint, ut anniverſarium eius dedicationis feſtum non ſemper eadem recurrente die, qua conſecrata fuit, ſed alia, quam opportuniorem cenſuerint, celebrandum nonnunquam aſſignent: idem profecto apud ethnicos ex decreto illo quod habet Gruterus p. 228, 8 ſum aſſecutus, cuius decreti poſtremam partem, quae huc facit, libuit adſcribere: *Item. dedicatione. ſtatuarum. Caeſarum. et. Auguſtarum. mulſum. et. cruſtula. pecunia. noſtra. decurionibus. et. populo. dedimus. perpetuoque. eius. die. dedicationis. daturos. nos. teſtati. ſumus.* QVEM. DIEM. QVO. FREQVENTIOR. QVOTANNIS. SIT. SERVABIMVS. VI. IDVS. MARTIAS. QVA. DIE. T. CAES. PONT. MAX. FELICISSIME. CREATVS. EST. Non enim VI id. Martias ſtatuae fuerant dedicatae: ſed hic dies ad anniverſariam celebritatem viſus eſt magis idoneus, quod eo Tiberius pontificatum maximum eſſet aſſecutus.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

In alterum amphitheatrale epigramma per eadem haec tempora repertum. De Campano apodyterio, catabulo, & ludo gladiatorio.

I *Detecti huius epigrammatis fatum*. II *Gens Satellia*. III Epystilium *quid? Lexicorum aberratio*. IV *Inter* apodyterium *&* spoliarium *an quidpiam interesset*. V *Vsus apodyterii*. VI *Quid apodyterium Polluci?* VII *Porta libitinensis*. VIII *Apodyterium Amphitheatri prope aliquam portam fuit*. IX *Quas vestes noxii inducerent*. X *Quid porta* sanavivaria? *an* Sandapilaria? XI *Quid* portae postícae? XII Catabulum *quid?* XIII *Prope Amphitheatrum ludus*. XIV *Prope Fl. amphitheatrum ludus magnus. Caesaris ludus Ravennae & Capuae*. XV *Capuae ludus gladiatorum celeberrimus*. XVI *Servilis belli narratio ex Plutarcho*. XVII *Quid* Γαλάται καὶ Θρᾷκες *apud eumdem* XVIII *Pausanii aberratio*. XIX *Augusti ludus Alexandriae*.

I PAucis ante mensibus, quam Campani amphitheatri titulus in lucem prodiret, eodem ferme loco lapicidae, dum aggestos consepultosque lapides in varios usus effodiunt, hanc alteram epigraphen candido marmori insculptam altera parte mutilam detexerant, quae sic habet:

SATELLIA. M. F. ANVS.
APODYTERIVM. AD. NOVITATEM. R . . . estituit.
EPISTYLIS. CETERISQVE. MARMORIBVS. O . . . rnavit.

Quod equidem, simul ac rescivi, e saxo ipso, quod domum suam marmorarius asportaverat, sed domo tum forte aberat, descripsi. Statueratque vir non minus eruditione quam generis nobilitate clarissimus Iosephus a Capua Capycius, cuius potissimum hortatu commentariolus hic scribitur, visendo urbis loco illud cum amphitheatri titulo coniungere. Cum ecce nuntiatur corruptum iam marmor non amplius exstare, atque ipsius lapicidae confessione expressum fuit tria quatuorve mortaria fuisse inde confecta. Sed huius quidem marmoris fatum minus doleo, quod descriptum id iam habebam. Illud vero dolendum, quod plurima quotidie elogia ex amphitheatri ruderibus emergentia litterarum pestis illa teterrima ad monumentorum interitum nata, marmorarii, multos ab hinc annos comminuere per summum scelus non destiterunt: nec porro desistent, nisi severissimis poenis coërceantur: quando nec blanditiis allici pos-

Digitized by Google

possunt, nec praemiis, ut a veneranda antiquitate manus abstineant. Verum non hic naeniis locus.

II Ad rem quod attinet, gens SATELLIA neque e Gruteri, nec Reinesii inscriptionibus nota, in Fabretti tantum capite nono, quo novas gentes ille complectitur, duabus in urnis prope montem Politianum detectis reperitur p. 645, n. 380, & 381, quarum priore legitur: A. PAPIRIVS. A. F. SATELLIA. (nempe matre) NATVS. In altera: SATELLIA. C. F. VELIZZA. Et quandoquidem eodem loci utraque urna effossa fuit, Satelliam Velizzam Papirii matrem fuisse oportuit. Itaque altera demum haec nostra est Satellia, cuius cognomen ANVS semel tantum reperi apud Grut. p. 398, 11, ubi recte legitur SVLPITIA. L. F. ANVS. non vero, ut habent Pighii schedae, SVLPITIANVS.

III Iam vero quid sibi hoc vult, quod haec femina apodyterium a se refectum *epistyliis* ceterisque marmoribus ornasse dicitur? Nam si quidem *epistylia* sunt columnarum capitella, quemadmodum apud latinorum lexicorum auctores omnes invenies: an columnis apodyterii lignea aut lateritia capitella imposita ante fuerant, quae Satellia postea marmorea effecerit? Verum id ne fando quidem auditum, columnis marmoreis non etiam marmorea capitella fuisse superposita: quanquam cetera ornamenta, veluti quem *architrabem* vulgo appellant, zophorum, coronam non raro opere caementario constitisse, quamvis columnae essent marmoreae, satis sciamus. Quae cum ita sint, Latini lexicographi quo pacto non errant, qui *epistylium* capitellum interpretantur? Quanto melius architectonices scriptores *epistylium* definiunt id, quod vulgus *architrabem* appellat. Atque haec demum notio vocabuli huic inscriptioni quadrat. Ante Satelliam columnis marmoreis cetera non marmorea superponebantur. Ea demum Satellia confecit e marmore. Sed nemo accuratius in eam vocem inquirit H. Stephano in thes. qui & e Graecis scriptoribus & e Vitruvio planissime evincit non aliud ea voce significari, quam quod posui; negatque exempla inveniri, quibus *epistylium* pro capitello usurpetur. Id etiam accurate a Stephano demonstratur apud Graecos quidem ἐπιστύλιον intelligi sive sit marmoreum sive ligneum: Vitruvium vero ita distinguere, ut *trabem* appellet, quoties e materia conficitur, si vero e marmore, *epistylium*, idque a Stephano comparatis Hagetoris Byzantii & Vitruvii locis firmatur, quae apud illum vide si lubet. Et allatis a Stephano locis haec etiam accedat inscriptio, ex qua luculenter colligitur epistylia non fuisse nisi marmorea: alioqui si lignea aut lateritia recte *epistylia* appellari consuessent, inepte illud subiungeretur CETERISQVE. MARMORIBVS. [Quamquam hanc distinctionem perpetuam non esse apud scriptores percipio ex vetere commentatore Horatii, qui ad illud Od. II, 18:

Non

Digitized by Google

Non trabes Hymettiae
Premunt reciſas ultima columnas
Africa

ait: *Hymettiae: trabes marmoreae ex Hymetto monte Atticae exciſae*; & Strabo lib. IX. laudat Hymettium marmor. Errat ergo Meurſius Relig. Attic. cap. X, qui in dicto Horatii loco trabes e materia ex Hymetti nemoribus exciſa interpretatur.] Quod vero CETERIS ſine diphthongo ſcalpitur, ea rectiſſima ſcribendi ratio eſt in elogiis aurei ſaeculi uſurpata, ut ſit ab ἕτερος, aſpiratione in C tranſeunte, ut ab ἑκατὸν fit *centum*, quod alii notarunt.

IV Verum id quod maxime ex hoc titulo commodi aſſequimur, non ſolum balnearum gymnaſiorumque fuiſſe apodyteria, verum etiam amphitheatrorum. Nam quamvis id *apodyterium* graece ſignificet, quod latine *ſpoliarium* (& ſane in gloſſis Graecis ἀποδυτήριον voci huic *ſpoliarium* reſpondet) tamen ſic hactenus viri docti diſtinxerunt, ut *apodyteria* in balneis & gymnaſiis admitterent (71), ubi loturi ſive certaturi veſtes deponerent: in amphitheatris vero *ſpoliarium* ponerent, teſtibus Seneca & Lampridio, apud quos exſtat de *ſpoliario* amphitheatrali mentio. Sed falluntur dupliciter, primum quod & in re balneari *ſpoliaria* uſurpantur in veteribus gloſſis Latinis, in quibus *ſpoliaria* eſſe dicuntur *inferiores cellulae in balneis*: deinde quod amphitheatri ſpoliarium etiam *apodyterium* Graeca voce diceretur: id quod nunc primum hac inſcriptione docemur. Etſi autem ſuſpicio inceſſerat, huius inſcriptionis apodyterium ad Campanum gymnaſium pertinere potuiſſe: quod gymnaſium in amphitheatri vicinia exſtitiſſe deinceps ſum demonſtraturus; eum tamen mihi ſcrupulum lapicida evellit, qui in ipſius amphitheatri extimis ruderibus eum titulum delituiſſe teſtatus fuit.

V Ac ſicut nomen cum balneis & gymnaſiis commune fuit, ſic officium. Non enim quibuſdam aſſentior, qui vix alium ſpoliarii in amphitheatris uſum agnoſcunt, quam ut mortui gladiatores eo reciperentur, ac ſpoliarentur: ſive ut ſemivivi, quorum curatio fruſtra ſuſciperetur, ibi conficerentur. In eum potiſſimum finem ſpoliarium exſtruebatur, ut eſſet ubi gladiatores aut beſtiarii veſtes ſive ornamenta deponerent: idque apodyterii vox amphitheatro cum gymnaſiis balineiſque communis ſatis declarat. Etſi non eo inficias, quin is quoque poſtea uſus acceſſerit, ut eo mortui aut paene mortui unco traherentur: unde mortuo Commodo illae acclamationes ſenatus apud Lampridium: *Parrici-*

(71) Vtitur ea voce in re balneari Cicero III ad Q Fr. 17: *In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi*. Plin. V, ep. 6: *Inde apodyterium balinei laxum & hilare excipit cella frigidaria; in qua baptiſterium amplum atque opacum*. Et infra: *Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphaeriſterium* &c. ut appareat de re gymnaſtica ea in epiſtola Plinio eſſe ſermonem. Graecorum ſcriptorum, quorum ea vox eſt, teſtimonium nullum affert H. St. in theſauro; utitur tamen Plato in Euthydemo, Ariſtides ſerm. ſacr. I, & Pollux, quorum loca videſis apud Spanhemium ad Iuliani or. I, p. 17, & 18.

Digitized by Google

vicida gladiator in spoliario lanietur . . . gladiatorem in spoliario. Qui senatum occidit, in spoliario ponatur. Qui senatum occidit, unco trabatur. Seneca ep. 94: *Nunquid aliquem esse tam cupidum vitae putas, ut iugulari in spoliario, quam in arena malit?* Nimirum enim semimortui gladiatores, quorum desperata curatio, in spoliario trucidabantur. Idem de provid. cap. 3 translate dixit: *Id enim proscriptionis Syllanae spoliarium est*. Mitto alia testimonia, quae Lipsii Sat. 1, 18 collegit diligentia.

VI Sane ἀποδυτήριον a Polluce III, 30, & IX, 5 inter loca exercitationis athleticae recensetur: ubi non solum vestes certatores exsuebant, verum etiam perfuncti laboribus frictione exerceri ac recreari solebant. Vtrum idem fuerit in amphitheatri apodyterio circa gladiatores factitatum nescimus: multa tamen his cum athletis instituta fuere communia.

VII Hoc vero maxime inter balnearum gymnasiorumve apodyterium & hoc amphitheatrale interfuit, quod in illis apodyterium uno eodemque sive balnei sive gymnasii ambitu contineretur (neque enim refert, quod in veteribus glossis Latinis *spoliaria* definiuntur *exteriores cellulae in balneis*: non refert, inquam, quia exteriores istae cellulae non seiunctae a balneis erant, sed continentes), contra vero amphitheatri apodyterium non continens amphitheatro fuit, sed contiguum, nec illius pars, sed seiunctum aedificium. Id quidem vetus inscriptio Praenestina docet: LVDVM. ETIAM. GLADIATORIVM. ET. SPOLIAR. SOLO. EMPTO. SVA. PECVNIA. EXSTRVCTVM. PVBLICE. OPTVLERIT. Quin & Tertullianus quoque de cor. mil. c. 13 ab amphitheatro spoliarium distinguit: *Ceterum*, inquit, *a saeculo coronantur & lupanaria & latrinae & pistrina & carcer & ludus & ipsa amphitheatra & ipsa spoliaria*. Verum quid his locis per alios iam ceteroqui collectis immoror; cum noster apodyterii titulus extra amphitheatrum, etsi proxime illud erutus fuerit? Nam, quantum e lapicida didici, prope illud amphitheatri latus ea inscriptio detecta fuit, quod orientem hibernum spectat. Ea parte amphitheatri porta libitinensis appellata omnino fuerit, per quam gladiatores aut bestiarii mortui efferrentur, si vera sunt, quae Lipsius docet, spoliarium portae amphitheatri libitinensi obiacuisse.

VIII [Certe prope aliquam portam fuisse Spoliarium percipio ex actis SS. Perpetuae, & Felicitatis n. 18, ubi legimus SS. Martyres prope portam coactos fuisse suis exsui vestibus, atque aliis indui, quas addicti poenae induere solerent, idque illos facere detrectavisse. Id quod de apodyterio portae alicui (utique Libitinensi) vicino est intelligendum: is enim locus deponendis vestibus, uti diximus, erat destinatus.

IX Sed praestat verba ipsa ex praestantissimis iis actis adducere, ex quibus quas potissimum vestes noxii inducerent, intelligemus: *Et cum de-*

Digitized by Google

delati essent in portam, & cogerentur habitum induere, viri quidem Sacerdotum Saturni, feminae vero Sacratarum Cereri; generosa illa in finem usque constantia repugnavit. Dicebant enim: Ideo ad hoc sponte pervenimus, ne libertas nostra abduceretur: ideo animas nostras addiximus, ne tale aliquid faceremus: hoc vobiscum pacti sumus, &c. Ex quibus primum omnium intelligitur Afrorum amphitheatra Saturno (quem olim Afri humana victima placari crediderant) & Cereri venatrici sacra fuisse: ab eaque est causa, quod noxii illa vestimenta induerent, nempe viri Sacerdotum Saturni, feminae vero sacratarum Cereri. Saturni Sacerdotes coccineo pallio usos testatur Tertullianus de pallio cap. 4: *Latioris*, inquit, *purpurae ambitio, & galeatici ruboris superstitio Saturnum commendat*. Et lib. de testim. animae cap. 2: *Pallio Saturni coccinata*, &c. Itaque noxios coccinatos fuisse exhibitos non dubito: hodieque in Hispaniis coccinati cum tauris (quae venatio magna illic insania celebratur) committuntur, more ab Afris propagato, quibuscum Hispani multa habuere communia. Sacratarum vero Cereri vitta prae ceteris insigne fuit. Tertullianus ibid. *Et vitta Cereris redimita, & pallio Saturni coccinata*, &c. Adde praeter vittam ceterum corporis candidum amictum. Idem Tertullianus de pallio cap. 4: *Cum ob cultum*, inquit, *omnia candidatum, & ob notam vittae, & privilegium galeri Cereri initiantur*.]

X Fuisse & alteram quoque portam ex adverso Libitinensis positam, eiusque nomen ignorari Lipsius cap. 28 affirmat. Eius vero portae nomen ex iisdem actis SS. Perpetuae & Felicitatis commonstrare se putat Petrus Possinus paralipomenis ad eam passionem: idque Graevius quoque sequitur praef. ad tom. IX thes. antiq. Rom. Ea in passione sic legitur: *Et coepi ire cum gloria ad portam Sanavivariam*. Et infra: *Et ambae pariter steterunt, & populi duritia devicta, revocatae sunt ad portam Sanavivariam*. Sic enim dictam illam portam Possinus arbitratur, per quam vivi & victores e pugna educerentur; sicut Libitinensis, per quam mortui efferrentur, appellabatur. Coniecturam quidem minime aspernor: de qua tamen amplius cogitandum [praesertim cum duobus iis locis etsi prior de Perpetuae victoria certaminis agat, posterior tamen locus de Perpetua & Felicitate male in amphitheatro habitis loquatur. Quem autem vocis illius barbaries non offendat, in actis praesertim tertio ineunte Christi saeculo conscriptis?]. Itaque videndum an non ea vox in mendo cubet [(nec desunt in iisdem actis plurimae dictiones corruptionis manifestae, ut *diadema* pro *diastema*, *tegnon* pro *teecnon*, *oromate* pro *horamate*, & similia)] & antiqua eius vocis scriptura fuerit *Sandapilaria*, ita ut porta *Libitinensis* eadem *Sandapilaria* quoque appellata fuerit, quod per eam sandapilae, quas damnatorum & plebeiorum fuisse feretrum ait Planciades, agerentur. Martialis VIII, 75:

Sti-

Digitized by Google

Stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.

XI [Verum quid sibi vult AMPHITHEATRVM. CVM. PORTIS. POSTICIIS. ET. OMNEM. FABRICAM. ARENAE. &c. quod in syntagmate Gudiano LXXIV, 3 Velitris in iscriptione posita sub Valentiniano, & Valente legitur? Quid portae posticiae? an *posticae*? an quod vulgo *a posticcio* dicimus? Prius malo.]

XII Atque haec de amphitheatrali apodyterio. Venio nunc ad alterum aedificii genus in amphitheatri usum, & quidem in proximo positum. Errant qui subterraneam amphitheatri specum ad alendas beluas comparatam arbitrantur: id quod nuper Campani amphitheatri cavernam contemplatus mecum statui. Alius prope amphitheatrum locus fuit *catabulum* appellatus, ubi ferae detinerentur: imo & ad crudelitatem in bestiarios erudirentur. Papias: *Catabulum est clausura animalium, ubi desuper aliquid iacitur*: nam respicit vocis originem a κατάβαλλω *deorsum iacio*, unde *catabolum* dici deberet: sed per v scriptum invenitur aeque, ut in antiquis marmoribus & libris *epistula* per V plurimum scribitur. Quanquam autem *catabulum* pro iumentorum stabulo in actis S. Marcelli Papae & martyris positum putatur: unde *catabulenses* Cassiodoro dicuntur, qui stationibus cursus publici destinabantur: tamen fuisse prope amphitheatrum catabulum ad bestias coërcendas, ex loco prope Campanum amphitheatrum, & prope aedem S. Mariae gratiarum, qui hodieque *catavolo* dicitur, docemur, ubi & veteris fabricae reliquiae perseverant. [Quamquam non diffiteor fieri posse, ut in Campano catabulo equi circenses detinerentur, cum ea demum sit magis vulgata catabuli significatio: Circenses vero Capuae fuisse celebratos dicam proximo capite. Et certe locus, ubi ferae in usum venationum coërcebantur, vivarium proprio vocabulo dicebatur, uti ex inscriptione anno 1710 prope Castrum praetorium Romae reperta animadverti, quam H. Brencmannus in appendice ad Fastos conf. Relandi a Paulo Alex. Maffeio sibi communicatam affert in hunc modum: *Pro. S. M. Antoni. Gordiani. Pii. Felicis. Aug. et. Tranquillinae. Sabinae. Aug. Venatores. immun. cum. custode. vivari. Pont.* (i. e. Ponticus) *Venus. mil. coh. VI. pr. Campanius. Verax. mil. coh. VI. pr. Fuscius. Crescentio. ord.* (fort. ordinarius) *custos. vivarii. cohh. praett. et. urbb. Diana* (rescribe Dianae) *Aug. D. S. EX. V. P. Dedicata. XII. Kal. Nov. Imp. D. N. GORDIANO. Aug. & Pompeiano. CS.* (72) Ex hac vero epigraphe hoc praeterea addiscimus per eam aetatem milites praetorianos venationibus addictos fuisse, & ob id munus IMMVNES factos.]

XIII Demum ludum gladiatorium (quem Suidas μονομαχοτροφεῖον,

(72) [Ad hanc inscriptionem de vivariis adde quae habet Maffeius initio pag. 213 ex Procopio & Paulo Maffeio in insignem inscriptionem tom. 12. ephemer. Venet.]

Digitized by Google

Herodianus in Commodi & Maximini vitis μονομάχων κατηγώγιον, & Eutropii metaphraſtes Paeanius in rebus Commodi μονομαχικὸν στάδιον appellant) ubi & degerent gladiatores, & erudirentur, haud procul amphitheatro fuiſſe mihi perſuadeo, indicio Praeneſtinae inſcriptionis apud Grut. p. 489, 12, in qua legitur : LVDVM. ETIAM. GLADIATORIVM. ET. SPOLIAR. SOLO. EMPTO. SVA. PECVNIA. EXSTRVCTVM. PVBLICE. OPTVLERIT. Ex qua epigraphe intelligimus CN. VOESIum initio eius epigrammatis nominatum *ſolo empto* ludum gladiatorium & ſpoliarium exſtruxiſſe, contiguas utique fabricas: quare cum ſpoliarium amphitheatro adhaeſiſſe ſupra docuerimus, etiam gladiatorum diverſorium in vicino poſitum oportuit. Multae ſunt in amphitheatri noſtri vicinia veterum aedificiorum reliquiae: ſed ubi κατηγώγιον illud fuerit quis divinaverit?

XIV Romae ſicut plura fuere amphitheatra, ſic & ludi complures, ex quibus hi tantum innotuere, *ludus magnus*, *Dacicus*, *Gallicus*, *Æmilius*, *Matutinus*, *& Mamertinus*. Quisnam eorum prope Flavium amphitheatrum fuerit, a nemine proditum invenio: nam & nemini de amphitheatri & ludi vicinia ante ſuboluit. Prope illud omnium maximum amphitheatrum Flavium quis convenientius quam *ludus magnus* collocabitur? Et tertia urbis regione tum amphitheatrum, tum ludum magnum Rufus & Victor poſuere, nec non & Dacicum ludum: qui duo ludi *magnus & Dacicus* coniunguntur apud Grut. p. 389, 7. Tamen nihil impedimento eſt, quo minus alii ludi procul amphitheatro fuerint, nam & extra Romam olim Romani ludos quoſdam habebant. Strabo lib. v Ravennam a caeli ſalubritate commendans ait: *Saluber locus, ut illic gladiatores ali atque exerceri viri principes voluerint* (73). Caeſar certe cum Ravennae ſubſtitiſſet: *formam*, inquit Suetonius cap. 31, *qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, conſideravit*. Sed Capuae in primis inſignem ludum Caeſar habuit, in qua colonia quadraginta aut eo amplius gladiatorum millia ſecundum a me initas not. 13 rationes idem Iulius detinebat. Ac de ludo teſtis ipſe Caeſar I Civ. 14: *Capuae*, inquit, *primum ſeſe confirmant & colligunt* (Pompeiani) *delectumque colonorum, qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere inſtituunt; GLADIA-*

(73) Mirabitur aliquis quid Straboni venerit in mentem Ravennae caeli ſalubritatem ex eo potiſſimum colligere, quod ibi gladiatores ſuos Romani alerent. Cauſſa promtiſſima eſt, quia gladiatoribus largiſſime edere ac bibere ſinebatur, ac dabantur velut in *ſaginam*: quae vox non minus gladiatorum quam athletarum propria fuit. Hinc praeter victus rationem ex medicorum praeſcripto (nam MEDICVS. LVD GALLICI. & MEDICVS. LVDI. MATVTINI, in inſcriptionibus legitur, non ſecus atque athletis medico obtemperandum fuit, teſte Arriano) etiam aëris clementia in primis quaeſita fuit. Id quod & ex allato Straboris loco intelligimus, & ex eo etiam, quod Capuae potiſſimum, cuius urbis ab aëris temperie & ſalubritate fuit praecipua commendatio, infinitam gladiatorum multitudinem Romani habuerint, uti ſtatim dicetur. [Quod autem noxii ad ſpectacula ſive gladiatoria, ſive venationem deſtinati ſaginarentur, teſtatur Quintilianus Declam. 9: *Alebas devotum corpus gravior omni fame ſagina*. S. Cypr. ep. 2: *Impletur in ſuccum cibis ſortitivibus corpus, & arvinae toris membrorum moles robuſta pingueſcit, ut ſaginatus in poenam cavius pereat*.]

Digitized by Google

DIATORESQVE, QVOS IBI CAESAR IN LVDO HABEBAT, in forum productos Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, & se sequi iussit, quos postea monitus a suis, quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familias conventus Campani custodiae causſa distribuit.

XV Sed & ante Caesarem Capuae ludus gladiatorum celeberrimus fuit, e quo tanquam ex equo Troiano, duces illi, qui anno V. C. DCLXXX bellum servile conflarunt, prodiere. De quo bello sic breviter Velleius lib. 1, 30: *Dum Sertorianum bellum in Hispania geritur: LXIV fugitivi e ludo gladiatorio Capua profugientes, duce Spartaco, raptis ex ea urbe gladiis, primo Vesuvium montem petiere: mox crescente in dies multitudine, gravibus variisque casibus affecere Italiam. Quorum numerus in tantum adolevit, ut, qua ultimo dimicavere acie, XL hominum se Romano exercitui oppoſuerint* (hoc amplius apud Appianum invenies, ad CXX millia eos aliquando coaluisse.) *Huius patrati gloria penes M. Crassum fuit, mox Romanorum omnium principem.* Quod ex eo ludo LXIV gladiatores profugisse ait, rescribendum fortasse fuerit LXXIV; qui numerus Livianae epitomae, Eutropii, & historiae miscellae codices insedit: nam ceteri inter sese diversi abeunt: Florus triginta eoque amplius numero fuisse tradit, Appianus septuaginta, Plutarchus octo & septuaginta. Ac Livius de eo bello libro xcv exorsus, per duos etiam sequentes prolixam satis narrationem instituerat, quorum librorum restant tantum epitomae; quarum quae est xcv, in ea haec leguntur: *Quatuor & septuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt, & congregata servorum & ergastulorum multitudine* &c. Quis ille Lentulus fuerit, qui Capuae gladiatores aleret, ob Livianas decadas amissas, nihil propius fuit, quam ut nesciremus, nisi Plutarchi vitae commodum suppetias ferrent, qui haec habet in Crasso: Λέντλου τινὸς Βατιάτου μονομάχου ἐν Καπύῃ τρέφοντος &c. ubi male Xylander interpres *Lentulus*, inquit, *BATIATVS Capuae gladiatorum familiam alebat*, &c. Quis unquam Batiati agnomen, horridum illud quidem, & a Latinis auribus abhorrens vel fando audivit? Vitanda interpreti fuisset Graeci nominis insolentia, & suum Lentulo huic agnomen restituendum. Non enim dubito, quin intelligi oporteat *Cn.* illum *Lentulum VACCIAM*, de quo apud Ciceronem 11 ad Q. Fr. 3 fit mentio. Ac de *Cn.* praenomine historiam miscellam hic consentientem habemus. Quanquam in ea, quam modo designavi, epistola ad Q. Fr. *Cn. Lentulum Vatiam*, pro eo quod vulgo legitur *Vacciam*, esse rescribendum persuasum habeo; tum propter Plutarchi auctoritatem, qui Βατιάτου, non Βακκιάτου habet; tum etiam, quod is, cuius in historia est frequens mentio, P. Servilius Vatia Isauricus, is, inquam, in fastis Capitolinis apud Grut. p. 294 & 297, col. 3 non *Vacia*, ut in libris appellari solet, sed VATIA cogno-

Digitized by Google

minatur; ut omittam quod idem quoque cognomen occurrit apud Grut. p. 1098, 3. [Huic Plutarchi emendationi consensit deinde mecum Bimardus V. C. col. 4 D. in com. I Thes. Inscr. Muratorii; ultima autem Βατίατω syllaba erit artic. τῶ, aut τους].

XVI Quando autem e Plutarcho haurire coepimus, libet eius narrationis saltem initium latinitate donare: *Lentulo*, inquit, *Vatia gladiatorum familiam Capuae alente, quorum plerique Galli & Thraces erant; cum ii nullum ob scelus, sed emtoris iniuria in artes gladiatorias auctorati coërcerentur: ducenti eorum de fuga consilium inierunt. Qua a quibusdam molitione detecta, duodeoctoginta, quibus ea suboluit, fugam arripere occupantes, cultris verubusque ex quadam popina correptis, exsilierunt. Nactique in itinere plaustra, quibus arma gladiatoria in aliam civitatem inferebantur, iis arreptis sese obarmarunt. Ita satis firmo ad sese tuendum loco occupato*, (hic mons Vesuvius fuit) *e suorummet numero duces legere tres. Eorum primo Spartaco nomen fuit, natione Thraci, e Nomadum genere, qui cum robore virium spiritus ingentes iungens, simul prudentia modestiaque supra suam conditionem pollebat, & super haec cultior quam pro sua natione . . . . Iam primum omnium iis, qui Capua ad se persequendum venerant, fugatis, belliciscque eorum armis potiti, iis se libenter induerunt, illa vero gladiatoria, quippe indecora ac barbarica, abiecerunt* &c. Ceteram Plutarchi narrationem non opus est huc afferre, (non enim id agimus) quam si quis volet, quanti est laboris nobilem scriptorem adire? Simul etiam Appianus legi poterit, qui satis diffuse lib. I τῶν εμφυλ. eius belli historiam persequitur: a quo hoc discimus, postquam debellatum de fugitivis fuit, sex millia eorum in potestatem redactos per totam viam, qua in Vrbem itur a Capua, ex intervallo dispositos pependisse.

XVII Verum ad Cheronensem ut rédeam, fuit, cum verba illa initio eius narrationis posita, ὧν οἱ πολλοὶ Γαλάται καὶ Θρᾷκες ἦσαν, sic interpretarer, ut *Myrmillones atque Threces* verterem (quam deinde coniecturam a viro docto occupatam deprehendi) itaut non tam fugitivorum istorum nationes, quam qua in classe gladiatorum censerentur, Graecus scriptor indicare voluerit. Scitum illud est *Samnitas* in re muneraria non tam nationis, quam generis gladiatorum, nomen fuisse; itaut opinio sit Lipsii aliorumque, quicunque id armaturae genus ferrent, & ubicumque demum nati essent, Samnitas gladiatores appellatos: id quod de Thracibus sive Threcibus quoque intelligi posse, not. 76 exponam. Iam vero Myrmillones eosdem etiam Gallos appellatos, Festus testatur: *Retiario*, inquit, *pugnanti adversus Myrmillonem cantatur NON TE PETO, PISCEM PETO, QVID ME FVGIS GALLE? quia Myrmillonicum genus armaturae Gallicum est, ipsique Myrmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat*. Quae Festi verba Iuve-

Iuvenalis scholiastes ad sat. 8 descripsisse videtur. Ac Salmasius exerc. in Sol. a *mormyre* pisce, cuius fit ab Ovidio apud Plinium XXXII, 11 mentio, Myrmillones appellatos putavit: de quo tamen vide Vossii etym. Ad rem vero nostram quod attinet: non absurde nos quidem Γαλάτας καὶ Θρᾴκας *Myrmillones & Threces* verti posse putabamus; re enim vera Myrmillones nonnunquam quidem cum retiariis, plerunque autem cum Threcibus committebantur: itaque verisimile est non tam nationem hominum, quam gladiatorum genus Plutarcho scribenti fuisse obversatum. Accedit his, quod apud Florum in huius belli historia expressa est Myrmillonum mentio: *Tandem etiam*, inquit, *totis imperii viribus contra Myrmillonem* (Spartacum) *consurgitur*. Verum ut ut gladiatores illi maximam partem Myrmillones Threcesque exstiterint: vix tamen putarim aliud illis verbis, quam eorum servorum nationem Plutarchum notare voluisse. Quare tutius feci, ut *Gallos* & *Thracas* in interpretatione ponerem. Nam, si cui sit libido, liberum est *Gallos* illos & *Thracas* ad artificium referre, quippe cum Myrmillones iidem Galli olim dicerentur. Itaque sic quoque in tuto res erit. Tamen, uti dicebam, nationes, non studia ibi historicus indicavit: nam revera eos fugitivos ortu partim Gallos partim Thracas fuisse, ex Plutarchi sequente narratione percipitur: *Cum enim*, inquit, *opes Romanas opprimere se posse* (Spartacus) *diffideret; movit cum exercitu versus Alpes, censu itque iis superatis, domum cuique suam, aliis in Thraciam, aliis in Galliam, abeundum*. Ad haec Crixum & Oenomaum genere Gallos fuisse in historia miscella legi. Demum Spartacum ortum in Thracia omnes consentiunt: & tamen hunc, quem genere Thracem scriptores affirmant, artificio non Threcem, sed Myrmillonem fuisse verbis supra recitatis Florus affirmat: itaut, nisi iste nos fallit, nec qui e Thracia genus ducebant eos continuo etiam artificio tales fuisse necesse fuerit, nec qui e Gallia, eos omnino Myrmillones; & nationes, non instituta hominum unice Cheronensis spectarit.

XVIII Antequam vero manum de tabula: Paeanius is, cuius exstat Graeca Eutropii metaphrasis, quod *effracto Capuae ludo* Eutropius dixit, is ὀρύξαντες τὸ μονομαχικὸν θέατρον posuit: quae si vera esset interpretatio, iam Campani amphitheatri veterem tandem testem invenissemus. Sed toto aberrat caelo is Graeculus non secus, atque ubi in Commodi rebus μονομαχικὸν σκδιον appellat, quod μονομαχικὸν καταγώγιον, ut Herodianus vocat, vertere debuisset. Ac de Lentuli ludo, quem fugitivorum eruptio apud posteros celebravit, iam satis. Ceteroqui Caesaris ludus multo frequentior fuit.

XIX At vero *ludus familiae gladiatorum Caesaris Alexandreae ad Aegyptum* cuius mentio fit in Neapolitano elogio apud Grut. p. 376, 3 non ad Caesarem patrem, sed ad filium Augustum est referendus, cui

cui primum Alexandrea paruit, cuius etiam Augusti infra in eadem inscriptione mentio exstitit (74).

CAPVT QVINCTVM

De Campanorum studio in omne genus ludos, praecipue gladiatorios.

I *Ludi a Lydis. Campanorum luxus. Eorundem circenses.* II *A Campanis gladiatores ad mensam adhibiti. Samnitium gladiatorum origo a Campanis.* III *Nicolai Damasceno lux.* IV *Gladiatorum in Campana Colonia multitudo.* V *Campaniae victores.* VI *Qui isti victores?* VII *Inscriptio cum Plinio conciliata.* VIII *De Campanorum venationibus.*

I LUdorum originem imo & nomen a Lydis esse arcessendum, qui duce Tyrrheno in Tuscia consederunt, ibique ludos quos in Lydia agerent, instituerunt, ex Tertulliano & Herodoto iampridem viri eruditi demonstrarunt (75). Quare nulli mirum, si Campani, cum Tusci

(74) Inscriptio sic se habet: L. BOVIVS. L. F. . . . PROCVR. LVDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS. ALEXANDREAE. AD. AEGYPTVM. ADLECTVS. INTER. SELECTOS AB. IMPERATORE. CAESARE. AVG. &c. Ergo ludus Alexandrinus Caesaris, non Iulii fuit, sed Augusti. Hinc illud apud eundem Grut. p. 389, 7 PROC. CLAVDI. ALEXANDRINE. &c. corrigendum prorsus puto ac reponendum PROC. GLAD. LVDI. ALEXANDRINI. qui error supra quoque eadem inscriptione irrepserat, ubi pro PROC. CLAVDI. DACIC. rescribo PROC. GLAD. LVDI. DACIC. Nec aliter in marmore fuisse oportet: nam ludus Alexandrinus e superiore Neapolitano marmore notus est, ludus vero Dacicus e Rufo & Victore notissimus, & insuper cum ludo magno in hac inscriptione coniungitur. Et descriptori parum exercitato promissum fuit pro GLAD. LVDI. exesis litteris intermediis, CLAVDI. nobis obtruderet saepe isto modo in lapidibus ac libris describendis peccatum fuit. Integra inscriptio, quam circa Puteolos e Mazzellae antiqq. Puteol. Gruterus ponit, talis est: TI. CLAVDIO. ILO. PRAEFECTO. CLASSIS. PRAETOR. MISENI. PVB. (istud PVB. ante cognomen est traiiciendum, ut tribum PVBliliam, quae saepius POBlilia dicitur, notet, aut, si P in marmore fuerit, PVPiniam) PROC. LVDI. MAGNI. (Nescio quid venerit in mentem Gudio in notis ad Grut. allegare illud huc Taciti XIII ann. 22: *Cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Artemisio Stellae* permittitur: aliud enim *cura ludorum*, aliud *procurator ludi* seu scholae gladiatorum fuit) PROC. CLAVDI. (rescribe, uti dixi, GLAD. LVDI) DACIC. PROC XX. (deest vicesimae.) HEREDITATIVM. PRAEFE VEHICVLORVM. PROC. CLAVDI ALEXANDRINE (repone, uti monebam, GLAD. LVDI. ALEXANDRINI.) PRAETORIAE. (istud PRAETORIAE, nescio quo pertineat: ac stultum est de aliqua *classe Alexandrina praetoria* cogitare) TRIB. LEG. VII. CLAVDIAE PIAE. FIDEL. PRAEF. COH. II. GALLORVM. PRAEF. COH. II. BOSFORANORVM. Vltimam vocem puto in marmore per P scriptam fuisse BOSPORANORVM.

(75) Tertullianus lib. de spectac. c. 5: *Ludorum*, inquit, *origo sic traditur. Lydos ex Asia transvenas in Etruria consedisse, ut Timaeus refert, duce Tyrheno . . . Igitur in Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instituunt. Inde Romani arcessitos artifices mutuantur, tempus, nuntiationem; ut ludi a Lydis vocentur.* Herodotus lib. II: *Lydi ipsi aiunt se ludos invenisse, qui etiam nunc apud Graecos tum illis communes sunt: simul autem haec invenisse & in Tyrrheniam colonos deduxisse.* Sed & quos *ludios* aut *ludiones* Romani appellabant, idest pueros quosdam δοχμαζε, eosdem & *lydios* scribi consuevisse, haud aliter quam *Syrus* & *Surus* olim scribebatur e veteribus libris Vossius in etymol. probat: nam Lydi optimi saltatores fuerunt, quod innuit Hesychius in λυδίζειν. Miror autem Vossium non Appiani potiss

ſoi eſſent origine (Tuſcos autem ſeu Tyrrhenos e Lydia veniſſe nemini obſcurum) in omne genus ludos propenſiſſimi fuerint. Accedebat caeli temperies, tum luxus, otium, deliciae, quibus (quod toties veteres ſcriptores expoſtulant) Campani diffluebant, in tantum ut vel ipſos Sybaritas ea parte a Campanis ſuperatos ſcribatur apud Athenaeum : quae omnia ludicrarum artium incitamenta ac fomites exſtiterunt. Itaque nullum genus ludicri fuit, cuius non illi artifices celebrarentur. Et ludorum genera quatuor apud Romanos fuere, circenſes, ſcenici, gladiatores, venatio: mox & ſub Caeſaribus introducta gymnaſia. Scenicis voluptatibus quantopere Campani indulgerent, ſeorſum fortaſſe dicetur. Et gymnaſium Capuae fuiſſe, tum qua potiſſimum urbis regione fuerit, deinceps non obſcuris indiciis demonſtrabo. De circenſibus Campanorum fidem facit Gratiani lex 2, C. Theod. lib. XV, t. 10 de equis curulibus: quam proderit hic ſubtexere: *Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius AAA. ad Valerianum P. V. Equos voluptatibus profuturos* (qui in ſtabulis urbis Romae alebantur) *nequaquam Campanorum populus adſequatur, quam ſi duo millia modiorum fabae per ſingulas factiones ſtabulorum* (ea ſunt octo millia modiorum, nam ſicut agitatorum quatuor factiones fuere, ita & equorum ſeu ſtabulorum) *in urbe venerabili* (Roma) *neceſſaria antiqua & ſollemni praebitione contulerint. Dat. X Kal. Maii, Aquil. Syagrio & Eucherio Coſs.* Qui eſt annus aerae CCCLXXXI.

II Sed ad gladiatorios potiſſimum ludos Campani ab antiquiſſimis uſque temporibus proni fuerunt: ac tanta in id ſpectaculi genus ferebantur inſania, nulla ut menſa ſatis apparata cenſeretur, ad quam non aliquot gladiatorum paria committerent; illaque ſe tanta immanitate oblectarent. Teſtis Strabo lib. V: *Eo*, inquit, *luxus provecti ſunt* (Campani) *ut convivas vocarent ad paria gladiatorum; quorum numerum pro dignitate cuiuſque convivii augebant minuebantve*. Livius lib. IX, cap. 40 : *Campani ab ſuperbia & odio Samnitium, gladiatores (quod ſpectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt.* Vnde hoc etiam intelligitur, genus illud gladiatorum, quibus *Samnitibus* nomen fuit, a Campanis excogitatum anno ferme V. C. CCCCXLIV. Ac de Samnitibus iſtis mitto dicere (76). Verum, quod huc attinet, diu

potiſſimum auctoritate uſum, cuius locum ex Punicis p. 35 in Scipionis triumpho libentiſſime adſcribam, quod eo Voſſii etymon mirifice confirmari intelligam : *Ipſum imperatorem praecedunt lictores paludati, & chorus cithariſtarum & ſaltatorum Etruſco more cinctorum, ornatorumque coronis aureis, qui pariter incedunt ordine cum cantu & tripudio : Lydios ipſi vocant, ideo, opinor, quia Etruſci Lydorum coloni ſunt.* Poſtrema haec verba, ne quis forte addubitet, graece ſic habent: Λυδιους καλουσιν, ὅτι (οἶμαι) τυῤῥηνοὶ Λυδῶν ἄποικοι. [Halicarnaſſeus lib. II, p. 97 paullo aliter : Καὶ οἱ σὺν αὐτοῖ τῆς πομπῆς ἡγεμόνες καλέμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδικῆς τῆσδε ἀπὸ Λυδῶν ἐξηυρῆσθαι δοκόντων Λυδίωνες : *& pompae illius duces a ludo, cuius inventores Lydi creditι, Lydiones vocantur.* Melius Appianus, & quidem αὐτόθεν, quia Etruſco ritu ornati eſſent, iccirco Lydos appellatos putat. Huc pertinent etiam verba Herodoti lib. I, cap. 94.]

(76) De gladiatoribus iis, quibus *Samnitibus* nomen fuit, vide Lipſium IX Sat. II. Et ex Livii verbis intelligitur gladiatores *Samnitas*, non

diu ante id tempus (nam Livius tanquam de re iamdiu usitata loquitur) familiare Campanis erat inter dapes pugnas gladiatorum conserere. Silius quoque *olim*, ideſt diu ante Punicum bellum eum morem apud Campanos obtinuiſſe teſtatur; ſic enim canit lib. XI, 51:

Quin etiam exhilarare viris convivia caede
Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira
Certantum ferro, ſaepe & ſuper ipſa cadentum
Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.

itaque bene ex his colligit Lipſius Sat. I, 6 Romanos, apud quos etiam ille mos efferatus invaluit, a Campanis potiſſimum id imitatos.

III Sed turbat Nicolaus Damaſcenus apud Athenaeum IV, 13, qui a Tyrrhenis hauſiſſe eum morem Romanos affirmat. Verba hoc libentius adſcribam, quod mutila a Lipſio ibidem recitantur: *Gladiatorum ſpectacula*, inquit Damaſcenus, *non per ferias tantum populique frequentia, & in theatris* (ſic enim Graecorum more vocat amphitheatra. Vid. not. 79.) *Romani exhibebant, A TYRRHENIS INVECTO MORE, ſed & in conviviis. Quin & ad coenam ſaepe amicos vocare ſoliti cum ob alia, tum ut bina aut terna paria gladiatorum viderent: quos exſatiati iam vinoque madentes advocabant; atque ille quidem iugulabatur, iſti tanquam in re laeta plauſum dabant.* Non video quid cauſſae Lipſio fuerit verba illa omittendi παρὰ Τυῤῥηνῶν παραλαβόντες τὸ ἔθος, ideſt *a Tyrrhenis accepto more*, niſi forte hoc, quod cum paullo ante ipſe dixiſſet Romanos a Campanis eum morem hauſiſſe, Damaſcenus contra a Tuſcis id acceptum affirmare videretur. Sed nihil ab iis Damaſceni verbis timendum fuit: nam Campani ἀνέκαθεν Etruſci fuerunt: & cum ab Etruſcis id hauſtum Nicolaus Damaſcenus affirmat, nae is Etruſcos Campanos, quorum in more id poſitum fuit, non vero Etruſcos Tranſtiberinos intellexit, de quibus nuſquam id legi puto. Quanquam verba illa *a Tyrrhenis accepto more*, non ad convivales tantum gladiatores retulit ille hiſtoricus, verum etiam ad amphitheatrales & qui ludis publicis producebantur. Et attulit ea verba Lipſius Sat. I, 8, (& ſi vir magnus memoria fretus, opinor, paullo diverſa poſuit) ut fidem faceret, univerſe gladiatores ab Etruſcis Romam permanaſſe. Sed malim, uti dixi, ab Etruſcis Campanis Romanos univerſum id ludicri genus accepiſſe, quam ab illis Tranſtiberinis, de

non natione tales exſtitiſſe, ſed ita dictos quod eorum armaturam referrent, quae, Livio teſte XX, 40, huiuſmodi fuit: *Forma*, inquit, *erat ſcuti, ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, feſtigio aequali, ad imum cuneatior mobilitatis cauſſa: ſpongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocrea tectum: galeae criſtatae.* Et vide apud Fabrettum de col. Tra. cap. 8, p. 258 Batoniani monumenti ſculpturam, in quo ad Samnitici ornatus effigiem gladiator inſculpitur: niſi quod ſcutum infra non cuneatur. Ac de Samnitibus iſtis adeantur Turnebi adverſaria, Salmaſius ad Sol. aliique. Poſt Auguſtum putat Lipſius Samnitium nomen inauditum fuiſſe, & in *hoplomachos* tranſiſſe.

Quod de Samnitibus dixi non natione tales fuiſſe, ſed armatura; id de Threcibus quoque intelligendum (quantum e Feſto, & Suetonio in Tito cap. 8 colligi poteſt) qui a Threcidica armatura, ideſt parma & harpe, quam gerebant, Threces dicebantur. Itemque Myrmillones, qui cum Threcibus plerunque committebantur, eoſdem *Gallos* quandoque appellatos invenies, quod Gallicum armaturae genus adhiberent.

Digitized by Google

de quibus nondum quidquam legi, quod ad gladiatorum ſpectacula pertineret. Fortaſſis & Athenaei non nihil auctoritas facit, qui cum IV, 13 dixiſſet: *Campanorum quidam inter convivia ſingulari certamine pugnant*, tum Damaſceni locum ſubiungit, quem, credo, Athenaeus non de aliis Etruſcis, quam noſtris Campanis interpretabatur.

IV Atque haec quae dixi hactenus, ad caſcos illos Campanos pertinent. Venio ad coloniae tempora, de quibus non eſt mihi magnopere laborandum, quod ſuperiore capite Caeſaris verba recitarim de ludo gladiatorum, quem Capuae Caeſar habebat. Eumque fuiſſe ſane quam frequentiſſimum oportet: ita ut cum eos ludus non caperet, per domos diſtribuendi fuerint. Nam ea eſt ſententia M. Tullii ad Att. VII, 14: *Gladiatores*, inquit, *Caeſaris qui Capuae ſunt . . . ſane commode Pompeius diſtribuit, binos ſingulis patribus familiarum. Secutorum in ludo* IↃↃ *fuerunt*. Itaque praeter *ſecutorum* (nomen id gladiatoribus fuit iis, qui plerunque cum retiariis committebantur) IↃↃ, innumerabiles alii fuere per familias diſtributi, quorum ſumma ad XL ſaltem millia gladiatorum fuerunt, quemadmodum ſupra notatione 13 ratiocinabar. Nec fieri poteſt, quin Campani ei ſtudio addictiſſimi ſuorum etiam maximam aluerint multitudinem. Nec minus ſub Caeſaribus ingens eorum manus in ea colonia fuit. Spartianus in Iuliano: *Sed poſtea ſponte ſua gladiatores Capuae iuſſit armari per Lollianum Titianum*. Et vetera epitaphia duo Campana in ſchedis habeo gladiatoribus poſita, in quorum uno rudes inſculptas invenio. Ac praeterea anno MDCXLVII e ruderibus huius amphitheatri eruta fuit ſequens inſcriptio, quam in Paulli Vecchionii MSS. voluminibus a ſe repertam vir eruditus Canonicus Franciſcus Pratillus mecum olim amiciſſime communicavit, quae ſic habet:

L. VETTIVS. TRIBVNVS
AID. Q. $\overline{II}$ ERAVIT
MVNVS. GLADIATO..
IDEM. POPVLO. CA....
MODIOS. BINOS. DED..

Ex qua intelligimus, ſicuti Romae munus edere aedilium fuit (unde Cic. II de offic. *Craſſus*, inquit, *functus eſt aedilitio maximo munere*) ſic & in coloniis ad AIDiles potiſſimum eam editionem pertinuiſſe; quam etiam L. Vettius ITERAVIT (ſic enim altero verſu indubie legendum) idemque populo CAmpano modios binos dedit. In quadam etiam Io. Petri Paſchalis e S. I. ſcheda eadem refertur inſcriptio, ſed

Digitized by Google

magis aliquanto mutila: praesertim primo versu deest vox TRIBVNVS, quam vocem equidem suspectam habeo; nisi forte cognomen fuerit. Narratque idem Paschalis eam epigraphen praegrandi & ornato lapidi scalptam fuisse, ac primo versu litteras habuisse palmares (& palmos Neapolitanos intelligit) ceteris deinceps versibus litteras decrevisse.

V Sed iam a suscepto itinere aufert animum *victorum* Campaniae recordatio, quos Neapolitana (an Hydruntinam appellem? nam Hydruato olim Neapolim eam tabellam allatam Gruterus p. 374, 5 refert) inscriptio indicat, quam nuper ex ipso marmore, quod in S. Mariae Liberorum prostat, diligenter descripsi, ut facile sit lectori tum versuum dispositionem, tum alia quaedam minutiora errata in Grutero emendare. Nam apud Capacium p. 264 mendosior exhibetur. Inscriptio vero sic se habet:

M. BASSAEO. M. F. PAL
AXIO
PATR. COL. CVR. R. P. IIVIR. MV
NIF. PROC. AVG. VIAE. OST. ET. CAMP
TRIB. MIL. LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALA
BRIC. OMNIBVS. HONORIB. CAPVAE. FVNC
PATR. COL. LVPIENSIVM. PATR. MVNICIPI
HVDRENTINOR. VNIVERVS. ORDO. MVNICIP
OB. REM. PVBL. BENE. AC. FIDELITER. GESTAM
HIC. PRIMVS. ET. SOLVS. VICTORES. CAMPANI
AE. PRETIS. ET. AESTIM. PARIA. GLADIAT. EDIDIT
L. D. D. D

VI In cuius inscriptionis singulas partes inquirere hoc quidem loco sit importunius: itaque extremis tantum duabus elogii lineis nonnihil immorabor: cetera in subiecta notatione (77) sepositа habebis. Nam dici-

(77) Ac primum M. hunc Bassaeum domo Capua fuisse ex iis potissimum verbis mihi persuadeo OMNIBVS. HONORIB. CAPVAE. FVNC. Quae verba in Gruterianis inscriptionibus nusquam non occurrunt, ac fere in eum modum: *Omnibus honoribus in colonia sua, vel in rep. sua, aut in patria sua functus*. Hic autem, quod ea inscriptio alibi posita esset, idcirco nomen CAPVAE exprimi visum fuit.

Ad haec M. Bassaeus IIVIR. (quod tertia linea legitur) Capuaene, an Hudrenti, ubi inscriptio posita, sit accipiendus, haud definio. Et si quidem IIVIR. MVNIC. (quemadmodum Gruterus exhibet) in lapide legeretur, haud dubium, quin de Hudrentino municipio esset capiendum: nunc MVNIF. me oculato teste, in tabula scribitur. Itaque Capuae IIVIRum malim intelligendum: primum quod OMNIBVS. HONORIB. CAPVAE. FVNCtus fuerit, quorum maximus duumviratus: deinde quod Hudrentinorum duumviratus haud magnae dignationis fuit, minoris quidem certe, quam eorundem PATRonum appellari, quod septimo versu ponitur; & tamen in inscriptionibus a maioribus sensim ad inferiores dignitates fit plurimum gradus: demum quod IIVIR. MVNIFicentissimus idcirco appelletur, quod eximium illud *munus* ediderit, de quo ima tabella loquitur.

Sic enim animadverti, haud raro *munificentiam* cum respectu ad *munus* gladiatorium usurpari

dicitur M. ille Baſſaeus (quem domo Campanum fuiſſe ex eo licet ſuſpicari, quod OMNIBVS. HONORIB. CAPVAE. FVNCtus eſſet) *primus & ſolus victores Campaniae pretiis & aeſtimatione paria gladiatorum*

pari. Apuleius lib. x de Thyaſi quinquennalitate: *Et ut ſplendori capeſſendarum reſponderet faſcium, munus gladiatorum triduanis ſpectaculis pollicitus, latius MVNIFICENTIAM ſuam protendebas*. In celebri Neapolitana inſcriptione L. Egnatio poſita: *Hic. obliterato. nuncupato. ſpectaculo. imperatum. editione. ab. indulgen. max. principis. diem. gladiatorum. et. omnium. apparatum. pecunia. ſua. edidit. coloni. et. incolae. ob. MVNIFICENTIAM. eius. L. D. D. D.* Ad haec inſcriptio eſt Sueſſae apud Grut. p. 475, 3, & 4 poſita C. TITIO. CHRESIMO. AVG. II. Quo loco male Reineſius AVG. LIB. reſcribit: quis enim Auguſtus ex gente Titia fuit? Nec illud melius quod AVG. VIVIR. reponit; nam *Seviri Auguſtales*, non *Auguſtales Seviri* dicebantur. Atqui AVG. II non nunc primum in inſcriptionibus legitur, valetque *Auguſtalis iterum*. Verum hoc obiter. Ea in inſcriptione honos biſellii & aquae digitus Chreſimo ob edita munera decernitur: tum in averſo latere cauſſa haec adſcribitur OB. MVNIFICENT. &c. Iam vero quid cauſſae eſt, cur inſcriptionem Allifanam apud Grut. p 409, 3, quae huc maxime facit, praeteream? Ea ſic habet:

L. FADIO. PIERO. II. VIRO
MVNIFICENTISSIMO. CIVI
QVI. OB. HONOREM. DECVR
EODEM. ANNO. QVO. FACTVS. EST
GLAD. PARIA. XXX. ET. VENATION
BESTIARVM. AFRICANAR. ET. POST
PAVCOS. MENSES. DVVMVIRATV
SVO. ACCEPTIS. A REP. HS. XIIIXN. VENAT
PLENAS. ET. GLADIATORVM. PARIA. XX
EDIDIT. ITEM. POST. ANNVM. LVDOS
SCAENICOS. P. S. F. AVGVSTALES
L. D. D. D

Et in hac quidem inſcriptione L. Fadius MVNIFICENTISSIMus appellatur ob utriuſque muneris tam gladiatorum quam venationis (nam hanc quoque *munus* fuiſſe ſub Caeſaribus appellatam, ſupra nota 47 demonſtratum fuit) ſplendidiſſimum apparatum. [Tabula prima apud Maffeium de amphitheatris, & pag. 343 numiſma maximi moduli Gordiani Pii, in cuius averſa parte exhibetur in amphitheatri arena venatio cum epigraphe MVNIFICENTIA. GORDIANI. AVG.] In nummis vero Antonini, Commodi & Elagabali inſcribitur MVNIFICENTIA. AVG. cum reſpectu ad *munus* venationis, & elephas in iiſdem ſcalpitur ad ſignificandum elephantorum ab iis Auguſtis fuiſſe praebitam venationem. Antonini nummus cum ea, quam dixi, ſcalpura & epigraphe, eſt maxime obvius: Commodi vero & Elagabali cum eadem inſcriptione & effigie numiſmata vide apud Gisb. Cuperum libro de elephantis, (quem haud ita pridem in theſ. Sallengriani to. III. editum habes) exercit. 2, cap. 9, p. 208. Et tamen vir doctus cum eo libro ita materiam exhauſerit, nihil ut reliquum aliorum fecerit ingeniis, hanc notionem tamen vocis MVNIFICENTIA cum ceteris ignoravit. Atqui ſic ſe res habet: MVNIFICENTIA in iis nummis ponitur ad *munus* apparatiſſimum elephantorum ab iis editum deſignandum. De Antonino res eſt clariſſima ex Capitolino cap. 10: *Edita MVNERA in quibus ELEPHANTOS & corocottas* &c. *exhibuit*. Et de Commodo legitur apud Xiphilinum lib. 72 non ſolum elephantos ab eo exhibitos, ſed & unum ex iis ab illo beſtiario principe deſcendente in arenam fuiſſe occiſum. Ab Elagabalo eandem venationem aliquando praebitam eſt coniiciendum. Et tamen idem Cuperus cum quid MVNIFICENTIA in iis nummis ſibi velit, nihil penſi ducat, tamen de commentitia altera inſcriptione eſt mirifice anxius. Nam pag. 209 oggerit nobis minime obvium imo fictitium ex Angelono nummum, in quo Elephas quidem inſculpitur, ſed cum hac epigraphe MAGNIFICENTIA AVG COS. III. Qui quidem nummus rarior eſt, quam ut uſquam inveniri putem. Et habeo Antonini Pii nummum cum elephanto, in quo diſerte inſcribitur MVNIFICENTIA AVG. COS. III. Et alios non paucos vidi in eundem modum. Itaque ſuſpicabar in nummo, quem contrectavit Angelonus, duo priora inſcriptionis elementa fuiſſe detrita in hunc modum . . NIFICENTIA, illum vero MAGNIFICENTIA de ſuo ſuppleviſſe. Sed revera quod iſto modo in nummo apud Angelonum legatur, non huius, ſed ſculptoris error fuit: nam idem vir doctus in eius nummi explanatione MVNIFICENTIA non MAGNIFICENTIA habet: etſi fallitur, quod ad aliquam liberalitatem ab Antonino exhibitam id vocabulum refert, cum ad munus ideſt venationes elephantorum unice ſit referendum. [Hinc porro etiam actis graecis paſſionis S. Ignatii, quae primus omnium edidit Ruinartus lux mira affunditur. Ibi num. 4: Κεντριάγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ χριστοφόρος φιλοτιμίαις φιλοτιμί'αΣ ἐν τῇ μεγάλῃ Ρώμῃ, ἵνα . . . . θηρσὶν ἀγρίοις παρεδοθείς, &c. *Vrgebatur enim a militibus Chriſtifer ut munificentiam magnae Romae anteverteret, ut belluis ferocibus . . . traditur*, &c. Pauciſque interiectis: Μελλούσης λήγειν τῆς ἀκκεάρτου φιλοτιμί'αΣ, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδύτητος τοσκάλλου. *Cum finis foedae MVNIFICENTIAE immineret, milites ob moram indignabantur*. Rurſumque num. 5 μελλόντων καταπαύειν τὴν φιλοτιμίαν. *Cum mox eſſet deſitura MVNIFICENTIA*. Omnibus his locis veteri

rum edidisse. Quinam sunt isti gladiatores *victores*? Lipsius Sat. II, 16 hac inscriptione producta & Plinii loco quem statim ponam, addubitat, utrum isti γενικῶς, & ab effectu sic dicerentur, an cognomine certo & discernendi caussa. Sed utrumque verum est, & ab effectu sic appellatos, quod plures iam palmas numerarent, & insuper certo cognomine, & discernendi caussa, postquam institutum, ut victores isti insigni munifi-

teri illi interpreti Vsseriano aqua haesit: *Vrgebatur enim*, inquit ille, *a militibus Christophorus occupare HONORES in magna Civitate, ut . . . . bestiis feris proiectus*, &c. Rursumque: *Debente finem accipere MVNDI INANI GLORIA, milites quidem pro tarditate offendebantur*. Ac demum: *Debentibus*, inquit, *quiescere GLORIATIONIBVS*. In quem locum nescio quid Vsserio suboluit; ait enim: *An mundi inani gloria, de qua antea dictum? an gladiatoribus? circenses enim ludos cum gladiatoribus & venatione sive θηριομαχίᾳ saturnalibus dari solemne erat*. Quare appositе Ruinartus omnibus his locis *spectaculis*, propius etiam rem Clericus *muneris* vocabulum usurpavit. Neque enim Clericus ignoravit in Glossis φιλοτιμίαν non esse tantum *liberalitatem* sed etiam *munus*, & in iisdem *munerarium* dici φιλότιμον. Et tamen significationis huius originem non est assecutus. Munificentia, uti iam docuimus, de utroque munere proprie (sub Caesaribus quidem certe) dicebatur: hinc quia munificentia Graecis φιλοτιμία appellatur, obtinuit, ut φιλοτιμία quoque pro utroque illo munere poneretur. Nec quidquam caussae erat cur (not. 14) idem vir doctus a Demosthenis nescio quo incerto loco vim huius significationis arcesseret, quae potius, uti dixi, a Latinae linguae, qualis sub Caesaribus usurpabatur proprietate dependet. Neque enim solis Ignatianis hisce actis ea vocabuli notio reperitur, verum etiam apud alios. Herodianus lib. VI in Alexandri rebus: Καὶ τὸ μὲν παρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆνος ἐξουσίας ἠγόμενοι, ἀκεραίοις πῃ ἤδη, πάσης προκινδυνεύσεως φιλοτιμίας. *Et tum longum principatum gravati minus iam lucrosum omni munificentia pridem consumpta*. Vbi male H. Steph. *ambitionem* verterat. Eusebius lib. de martyrib Palaest. cap. 6: αὐτοῦ δὴ τοῦ τυράννου Μαξιμίνου παρόντος, καὶ θέας τοῖς πᾶσιν φιλοτιμουμένου . . . . πλεῖόν τι καὶ παραδοξον χρὴ ὑπάρξαι τῆς φιλοτιμίας. *Praesente tyranno ipso Maximino, ac munus multitudini exhibente . . . . . magnificentius aliquid & admirabilius solito in MVNIFICENTIA inesse oportere*. Aeschines contra Ctesiphontem post secundam legum recitationem: μὴ ἁρπάζετε τὴν φιλοτιμίαν, &c. h. e. *Ne rapito munificentiam*; ubi male Hieronym. Wolfius *ne rapito istud decus* interpretatur. Cum enim orator contenderet, Demosthenem non ideo a referendis rationibus eximendum, quod aere suo Athenarum muros restituisse iactabat, cum ad eam rem decem talenta a Republica accepisset; illud subiunxit: μὴ ἁρπάζετε τὴν φιλοτιμίαν, quasi diceret, *haec munificentia rapina est*. Atq. haec de *munificentiae* notione, quam postea animadverti occupatam a Spanhemio de usu, & praest. num. ad nummum Gordiani in quo amphitheatrum, & elephas scalpitur.]

Sed redeo in viam. M. Bassaeus IIVIR. MVNIFICentissimus eo dicitur, quod munus splendidissimum e victoribus Campaniae, Capuae utique, ediderit: ex quo colligo non Hudrenti sed Capuae IIVIRum esse intelligendum, ob quam munificentiam in eo magistratu exhibitam credibile est ab iisdem Campanis & PATRonum suae COLoniae fuisse cooptatum, & CVRatorem R. P.

Adhaec ex eo quod via CAMPana in hoc epigrammate cum OSTiensi coniungitur: hinc Fabrettus in notis ad inscriptiones sexti capitis p. 482 viam Campanam inter Appiam & Ostiensem, eamque a *Porta* quadam *clausa* derivat. Ante Fabrettum Holstenius, Bergierius & plerique omnes a porta Caelimontana inter Latinam Labicanamque vias Campanam direxerant: sed contra eam opinionem disputat, suamque firmat Fabrettus p. 481, & 482 quem vide: nam longiorem de re cereroqui obscura disputationem contexere non est otium.

Illud HVDRENTINORVM rectissime scriptum puto (est ne enim credibile municipes Hudrentinos, a quibus ea inscriptio posita, in suo perscribendo nomine aberrasse?) & sic potius scribendum, quam quod in Plinii & Livii editionibus *Hydruntum* per V legitur: nam sic est ab Ὕδρᾱς Hudrentum vel Hydrentum, quemadmodum a Πυξοῦς Buxentum, & alia fortasse non pauca, quae perquirere non vacat. [Favent finitimarum Hudrento urbium Tarenti, Vxentique ὁμοιοπλεύτοι appellationes, quamvis illud Τάρας graece dicatur, hoc Ptolemaeo Οὐξεντον: item Σελοῦντος in Sicilia oppidani appellantur Ciceroni III Ver. cap. 43 *Solentini* secunda vocali; eaque est omnium librorum scriptura.] Demum formulam illam PRIMVS. ET. SOLVS. memini me legisse in celebri Arundelliano marmore ap. Rein v, 20 ubi legitur: κιθαρῳδῶν μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος νικήσας τὰς ὑπογεγραμμένας ἀγῶνας, &c. inter quos agonas Puteolana & Neapolitana certamina prae ceteris recensentur. Et est, opinor, solemnis acclamandi formula istud PRIMVS. ET. SOLVS. MONOΣ. ΚΑΙ. ΠΡΩΤΟΣ. quemadmodum πρωτόδοξος & similia.

Digitized by Google

nificentia invicem committerentur. [Qui mos petitus ab athleticis certaminibus, quibus qui victores evasissent, inter se rursus committebantur. De quo vide Lucianum in Hermotimo, & Valesium ad V. Eus. 1 pag. 88 ad finem col. 2.]

VII Sed enim quo pacto mendacii non accusabitur inscriptio, quae M. Bassaeum, qui certe (ut ex quarta linea constat) sub Caesaribus vixit, *primum & solum* victores produxisse iactet, cum tanto ante & extremis reip. temporibus C. Curio in illo compactili ac stupendae artis amphitheatro (quod duo maxima ac versatilia e ligno theatra, statim ut libitum fuit coëuntia, efficiebant, quae simulatque aversa discederent, rursus theatra erant) eos exhibuerit ? Qua de re tanquam maxime memorabili Plinius XXXVI, 15 scriptum reliquit: *Raptisque e contrario repente pulpitis, eodem die VICTORES e gladiatoribus suis produxit*. Sed dupliciter ille titulus ab ea criminatione absolvitur, primum quod quam Curio Romae munificentiam exhibuerat, eandem Bassaeus Capuae primus ac solus usurparit: deinde quod Curio e gladiatoribus suis, Bassaeus Campaniae victores produxerit, & ille, in quo caput est, adhuc, opinor auctoratos, hic exauctoratos iam *pretiis & aestimatione paria gladiatorum edidit*. Hoc ergo potissimum inter Curionis ac Bassaei editionem interest, quod ille victores quidem, sed adhuc auctoratos nulla mercede conductos (quippe *non opibus insignis*, ait ibidem Plinius, *ut qui nihil in censu habuerit praeter discordiam principum*) inter se se commiserit; noster autem quandoquidem pretiis & aestimatione cum Campaniae victoribus transegit, est id certissimo indicio, eum non modo victores, sed *spectatos satis & donatos iam rude... iterum antiquo includere ludo* quaesiviisse. Atque haec de Campaniae victoribus satis: non enim Campanos tantum, ideſt qui e Capuae ludo prodierant, sed ex universa Campania pretiis & aestimatione victores excivit, quo eorum frequentia apparatius munus exsisteret. Et notabis interim veteres ferme non consuevisse vocem *Campanus* pro eo quod ad universam Campaniam pertineret usurpare, alioqui *Campanos victores* epigrammatographus posuisset: sed id vocabulum urbis Capuae fuisse derivativum.

VIII Ac de ludis gladiatoriis tantum. Nec tamen in venationem minus propensos fuisse Campanos, fidem facit tam ingens amphitheatrum ab ipsa sibi Capua constructum: nam venationis potissimum caussa amphitheatra fuisse exaedificata, deinceps demonstrabitur. Nec fieri potuit, quin in hanc quoque insaniam raperentur, quippe cum sciamus Campanos Dianae cultui tanquam patrii & ἐγχωρίου numinis impensissime addictos fuisse, & Dianae Tifatinae aedem fuisse percelebrem. Venationem vero non illam rusticam solum, sed & istam ludicram in Dianae fuisse tutela quis ignorat? Tertullianus de spect. cap. 10: *Martem & Dianam utriusque ludi* (gladiatorum & venationis) *praesides novimus*. Claudianus paneg. de cons. Manlii:

Am-

Digitized by Google

Amphitheatrali faveat Latonia pompae.

Hinc Martialis lib. de spect. epigr. 14. Dianam pro venatione posuit:

Inter Caesarea discrimina saeva Dianae.

Et sequenti epigr. de sue, quae ex vulnere peperit:

Experta est numen moriens utriusque Dianae.

Cassiodorus v, 42 de venatione ait: *Spectaculum tantum fabricis clarum, sed actione teterrimum, in honorem Scythicae Dianae repertum, quae sanguinis effusione gaudebat.*

CAPVT SEXTVM.

Campani amphitheatri descriptio.

I *Campanum amphitheatrum in dies ruit. Peregrinii de hoc amphitheatro opusculum periit.* II *Hodiernus amphitheatri vultus. Ima saltem amphitheatri pars Tuscanica.* III *Costa olim Capuam & amphitheatrum integrum delineavit.* IV *Eiusdem pedatura, & aspectus interior,* V *tum & circumferentia,* VI *& spissitudo,* VII *& singulorum membrorum dimensiones.* VIII, IX *Exterior amphitheatri facies.* X *Interior amphitheatri porticus tenebrosa.* XI *In arenae meditullio arae, & sacella.* XII *Portulae. Specus cui usui?* XIII *Podium. Orchestra. Equestria. Populuria. Ima, media, summa cavea. Media cavea, quam summa honestior. Partitio caveae verisimilior quam vulgata.* XIV *Praecinctiones.* XV *Aditus seu vomitaria non alibi quam in praecinctionibus patentia.* XVI, XVII *Aditus. Cunei.* XVIII *Cathedra.* XIX *Vilici amphitheatri quid?* XX *De amphitheatris in montibus excavatis.* XXI *Apollinis* προσκηνίου *protome.*

AD eam nunc huius commentarii partem acceditur, quam, nisi amicissimorum hominum studia interceſſissent, silentio obvolverem, duabus maxime de causis: primum quod ea res, si quidem pro dignitate sit pertractanda, exquisitam accuratamque architecti ἀκρίβειαν potius, quam philologicam exercitationem requirit: deinde admirandi olim operis, nunc tantum umbrae & cadaveris, & magis magisque in dies non tam temporis quam hominum iniuria pessum euntis angit summopere recordatio. Quis enim non indignissime ferat, ad insternendas vias, ad publica privataque aedificia construenda, non modo, quod tamen vix esset tolerandum, laceros ac diruptos illius egregii operis artus tamdiu consepultos inquietari, ac stupendas saxorum moles veluti per ludibrium frangi & comminui: verum etiam (*ebu posteri negabitis!*) aegro ipsi ac debilitato corpori manus violentas afferri; & quem post tot accepta vulnera trahit tamen vix adhuc miserum & anhelantem spiritum, eundem exigi per vim crudelissime atque evelli, ferrumque adigi per ipsa adhuc viscera palpitantia? Et indignamur Vandalos, Saracenos, & si quas alias pestes hic debacchatas accepimus, pessime de hac civitate orbis terrarum imperio dignissima meritos: quando quas illi ex tanto incendio reliquias ope-

Digitized by Google

(operisne maiestatem reueriti , an firmitatem non assecuti ?) posteris transmiserunt , nos multis itineribus efferatiores flamma atque ferro convellere tamen pergimus ? In paucorum , inquis , teterrimorum hominum audaciam ea tota culpa est reiicienda . Nam quid iis impune est ? cur non illata antiquitati iniuria vindicatur ? Sed nae ego dolori meo nimium indulgeo . At eum tamen dolorem ne tantae vastitatis memoria refricaret , invitus feci , ut amphitheatri huius paucas vix lineas παχύτερον ducerem . Et hoc sane labore Camillus me Peregrinius ὁ πάνυ liberasset , nisi quae de hoc amphitheatro seorsum conscripserat , cum ceteris Campanis antiquitatibus (alienatane ob morbi violentiam mente , an a plagiariis sibi cautum iturus ?) flammae mandasset , atque aeternum sui desiderium posteris reliquisset . Vid. Camp. Fel. p. 723 , ubi de amphitheatro scripturum se pollicetur , & pag. 117 ad idem opus lectorem reiicit , cum diceret amphitheatra , uti & nostrum , ab austro in arcton porrigi consueuisse , ut aestivo soli minus essent exposita , matutinis , opinor , horis vespertinisque .

II Quare si quis iam ecqua nunc eius sit aedificii facies cognoscere aveat , tabulam adeat ; ubi illius operis vultus , uti quidem nunc habet , maxima sui parte mancus , situque ac macie horridus statim sese offert : vasta ibi omnia , & pauca ipsa quae restant membra sine articulis resoluta ac fatiscentia vides : & ex pulcherrimo illo potissimum ac sumtuosissimi operis exteriore ambitu duo vix fornices trunci lacerique supersunt . Sed quod iidem tamen probe inspecti ad universam extimi orbis structuram colligendam veluti manu ducerent : is , cui ob navatam in amphitheatro depingendo operam plurimum debeo , Sanctulus Cyrillus (qui ad exquisitioris graphices studia tanto impetu animi , nullo sibi praeeunte , incitatur , ut summorum iam nunc artificum gloriae succrescat) eam extimi ambitus particulam seorsum diligentissime delineavit : quam seorsum quoque , uti cernis , in aes incisam exhibemus . Nec enim fuit illud pulcherrimi operis frustum negligendum : primum quod ex eo intelligatur ad ordinem potissimum Tuscanicum illud opus ex parte saltem esse referendum (78) : deinde quod non alio , ut opinor , quam duplicis

(78) Antonius Sanfelicius in illa pereleganti descriptione Campaniae , quam senatui populoque Campano dicavit , nostrum amphitheatrum opere Dorico constructum affirmat . Ad haec Caelestinus Guicciardinus in Mercurio Campano operis fuisse Corinthii imperitissime statuit . Demum e Io. Petri Paschalis Iesuitae schedis , quam Canonicus Galeottus Iunianus & nobilitate & mira in poëticen facilitate eximius comiter mecum communicavit , didici , illud Capuae lumen Io. Baptistam Attendolum . (cuius pater Ambrosius callentissimus architectus , Capua Caietaque munitis , aliisque operibus illustris , amphitheatri molem , ut ibidem narratur , dimensus fuerat , credo etiam delinearat) sic statuisse , e quatuor columnarum ordinibus , quibus haec fabrica surgeret , infimas ac solo citimas fuisse Tuscanicas , proximas his Doricas , tum sequentes Ionicas , ac demum supremi ordinis quadratas columnas ad Corinthiam dispositionem pertinuisse . Ac de ima columnarum serie nihil est dubitandum , quin sint Tuscanicae , uti statim demonstrabitur . Alterius item seriei columnas fuisse Doricas non abnuerim : nam & columnae unius scapus , qui ferme adhuc est integer , procerior est quam pro structura Tuscanica : & capitulum , quod

plicis illius fornicis indicio olim Coſta uſus fuerit ad univerſi amphitheatri faciem delineandam.

III Nam fuit illud tempus, cum eruditiſſimus Capuae Archiepiſcopus Caeſar Coſta Caeſaris Baronii *in iure civili publice interpretando olim in*

quod ſupra ſubiectam coronam collapſum hodieque viſitur, videtur ad Doricum ordinem pertinere: &, in quo caput eſt, Attendolorum aetate alterius ſeriei reliquias multo fuiſſe integriores coniicio, ut rectius de ea iudicium ferrent. Reliquas ſeries ad eos ſpectaſſe ordines, quos modo memoravi ex αὐτοψία diiudicaſſe Attendolos non eſt credibile: neque enim putarim ante centum quinquaginta annos exteriorem amphitheatri orbem multo fuiſſe erectiorem, quam nunc conſpicitur. De ſuperioribus ergo columnis mera ea eſt coniectura: non ſpernenda tamen, & vero proxima, quippe quam Flavii amphitheatri ſtructura confirmat, in quo, ſi a Tuſco diſceſſeris, omnes alii ordines ſeſe produnt: ſunt enim ibi columnae (teſte Alexandro Donato III, 7) Doricae imae, Ionicae mediae, ſummae Corinthiae, tum continuatus paries interlocatis opere compoſito quadratis columnis diſtinguitur.

Sed miſſis coniecturis, imam columnarum ſeriem non Dorica, ſed Tuſcanica diſpoſitione conſtare quivis ſtatuet, modo architectonicem vel primoribus labris attigerit. Nullus quippe hic praetenditur zophorus ſine triglyphis & guttulis dependentibus, ſine metopis: nulli praeterea denticuli: eaque omnino omnia hinc exſulant ornamenta, ſine quibus non poteſt Doricum opus conſiſtere, quaeque Dorico ſi ademeris, in Tyrrhenicum ſtatim degenerabit. Non negarim tamen eſſe quaedam nequaquam ad canones Tuſcanici ordinis, qualem architectonices magiſtri definiunt, exacta. Nam primum columnae ſcapus etſi aliqua ſui parte aggeſtis ruderibus ſubſidit, videtur, ni fallor, aliquanto procerior quam pro brevitate Tuſcanica. [qualem recentiores architecti definiunt. Philander, ex. gratia, ad Vitr. lib. III, cap. 2. Tuſcanicae columnae ſcapum altum ſexies, quam quantum in ima parte eſt craſſus, ſtatuit: Doricae vero columnae ſcapum ſeptieſ altum, quantum craſſus eſt imus ſcapus. Sed aliter Vitr. lib. IV, cap. 7 de tuſcanis rationibus ſcribens, ait: *Eaeque* (columnae) *ſint ima craſſitudine altitudinis parte ſeptima*. Miratur Philander ad hunc locum. Quid ſi noſtri amphitheatri columnas multo proceriores Vitruviana proportione conſpexiſſet?] ſed & capitulum & baſis multo altius uno modulo, imo duobus circiter modulis aſſurgunt, & quaedam ſibi adſciſcunt ab aliis Tuſcis capitulis & baſibus plane diverſa. Quo enim illa in baſi ſupra torulum ſima? Videſis baſis una cum ſubjecto gradu, cuiuſmodi olim effoſſam aiunt, deformationem, quam inter fornices illos duos exhibui. Vt omittam quod tam capituli abacus, quam in baſi plinthus quadratae ſint, cum tamen in Tuſco ordine cylindricae fieri debuiſſent. Sed, ut fatear, veterum opera ſecundum architectonicos canones examinare ſi fatagas, miram offendes inconſtantiam (ex qua variantes recentiorum architectorum ſententiae profectae videntur) multa enim architecti olim pro ſua maxima voluntate variabant: ac difficillimum definitu eſt, quaenam ita ſint neceſſaria, ut abeſſe impune non poſſint.

[Ad haec praeter Tuſcanici ordinis characteres, qui in ima columnarum ſerie deprehenduntur, ipſum etiam ſtructurae genus ad Etruſcae architectonices ingenium, atque indolem exigi poſſe mihi videtur: quippe cum non extimus tantum ambitus, ſed & quodcumque in interiore fabrica marmoreum eſt, quod eſt ſane plurimum, e tam grandibus vaſtiſque ſaxis, ſeu verius rupibus compactum fuerit, ut nemo ſit, qui non obtutu obſtupeſcat. Atqui eum ſtructurae modulum Etruſci obſervarunt, quantum quidem e Leone Baptiſta Alberto diſcimus; qui praegrandibus quadratis lapidibus uti in publicis operibus vetuſta conſuetudine Tuſcos conſuevisſe lib. VII, cap. 2. ſuae architecturae docuit exemplo ductus murorum urbium Etruriae nonnullarum, veluti Volaterrarum, Fetularum, &c. Idque confirmat Livius ad an. V. C. 378 ubi ait: *Vt tributo novum fenus contraberetur in murum a Cenſoribus locatum ſaxo quadrato faciundum*, ut bene animadvertit Marlianus lib I, cap. 4, & 9 ſuae topographiae Vrbis Romae.]

Cum autem Tyrrhenicus ordo ſit ſimpliciſſimus, ac vix ullius elegantiae: quid cauſſae eſſe potuit, quamobrem eum potiſſimum in hoc tam ſumtuoſo opere Campani adhiberent? Primum quod imae columnae Tyrrhenicae fuerint, non continuo totum amphitheatri opus evadet Etruſcum: & Attendolo aſſentior, aliis etiam ordinibus ſuum hic fuiſſe locum. Deinde in coloſſea amphitheatri mole quis ordo infimae columnarum ſeriei Tuſco convenientius adhiberi potuit, cujus maxima omnium firmitas exſtitit? Et habet quoque ſuam maſcula & incomta ſoliditas maieſtatem. Ad haec ex ſuperiorum comparatione columnarum, quibus ſua inerant ornamenta ad ſuos quaeque ordines pertinentia, mira totius operis ſymmetria proficiſcebatur; cum paullatim ex incomta ad ornatam illam Doricam ſoliditatem, tum ex his ad Ionicam Corinthiacamque elegantiam fieret gradus. Demum, ſi lubet, non temere hoc eſt, quod Tuſco etiam ordini, etſi raro ab aliis uſurpato, ſuum eſſe locum Campani voluerunt, nam Tuſcos ſeſe eſſe origine probe norant.

Digitized by Google

in urbe praeceptor (utor enim ipsius Baronii verbis ad an. *968*) Campanarum antiquitatum idem non indiligens perscrutator: fuit, inquam, cum Romani nescio cuius architecti, quem ad sesquiannum secum detinuit (quemadmodum in quodam MS. codice memini me legisse) opera usus, & veteris Capuae ichnographiam, & amphitheatri, quale olim integrum exstitisset, orthographiam in maioris aedium Archiepiscopalium coenaculi parietibus depingenda curaret. Quod etiam doctissimi Archiepiscopi monumentum cum publico communicandum putavi, paucis quibusdam mutatis, in quibus sive architectus, sive pictor erraverat. Illud plane miror, quid caussae fuerit, quamobrem illud amphitheatrum extra urbis pomerium Costa depingi curaverit; cum tamen Flavium amphitheatrum *urbe media*, teste Suetonio, exstructum fuerit; quamquam non nego Placentinum amphitheatrum *situm extra muros* fuisse, teste Tacito in II hist. cap. 21.

IV Praeterea & eiusdem aedificii interiorem aspectum, & e regione ichnographiam posui: quae duae icones satis esse possunt ad universam eius molis structuram perspiciendam. Et internam illam quidem faciem, quam ferme unius generis in omnibus fuisse mihi persuadeo, e Lipsio magnam partem sum mutuatus, non paucis tamen mutatis, quae sive ratio & veterum auctoritas, sive accurata nostrae caveae inspectio, mutanda suaderet. Ichnographiam vero talem exhibui, qualem e singulorum membrorum autopsia & dimensione potui colligere.

V In dimetiendo autem amphitheatro de circumferentia parum sollicitus fui, quod eius dimensio ex utraque diametro cognita facile geometricis rationibus colligatur. Et tamen fornicis unius IN FRONTE (uti veteres loquebantur) dimensiones adnectam, unde etiam extimam circumferentiam assequi possis. Itaque inter singulos imi ordinis fornices palmos (nostrates Neapolitanos semper intelligo, quorum terni deni ex sententia Donati Gallarani doctissimi architecti decem antiquos pedes conficiunt) quindecim, uncia minus reperi: pilas vero ipsas in fronte palmos octo uncia minus latas singulas comperio. Ita singulis fornicibus palmos tres & viginti, duabus unciis minus imputabis: qui sunt pedes ferme $17\frac{1}{12}$. Quam summam si septuagies octies multiplices (totidem enim fornices in ambitu numerantur) atque insuper duarum portarum meridianae & borealis mensuras adiicias (quae quidem portae cum adiacentibus pilis sesquialtero eoque amplius, quam singuli fornices patentiores exsistunt) iam totius extimi orbis dimensionem habebis.

VI Atque haec quidem IN FRONTE: IN AGRO vero, seu RETRO totius fabricae spissitudinem colliges in hunc modum. Ab extimo ambitu, idest ab extrema columnarum parastaticis adhaerentium proiectura ad primorem arenam, seu ad podii murum quaquaversum palmi $174\frac{1}{2}$, idest pedes $134\frac{1}{12}$ colliguntur. Arenae vero ipsius maior axis

Digitized by Google

in palmos usque 294 protenditur, qui sunt pedes 226 $\frac{2}{4}$, minor vere axis palmis 176 idest pedibus 135 $\frac{2}{4}$ patet. Itaque totius iam amphitheatri longitudo maxima palmos 643 hoc est pedes 494 $\frac{2}{4}$ colligit: in maxima vero universae molis latitudine palmi 525 numerantur: ii sunt pedes 403 $\frac{1}{4}$.

VII Accedo nunc ad singulorum membrorum mensuras non IN FRONTE, sed IN AGRVM seu RETRO, uti veteres inscriptiones loquuntur. Extimi ambitus pilae singulae, computata etiam columnae projectura, palmos habent 8 $\frac{2}{4}$. Tum prima omnium porticus palmis 16 $\frac{1}{4}$ patet. Deinde quae sequuntur pilae, singulis palmi 6 $\frac{3}{4}$ cedunt. Quas altera porticus excipit palmis 14 $\frac{1}{4}$ lata. Muris, qui sequuntur, singulis palmi 63 $\frac{1}{4}$ sunt imputandi. Tertia dein porticus palmos 13 $\frac{3}{4}$ habet. Tum alter fabricae ambitus palmis 24 $\frac{3}{4}$ crassus occurrit. Post intima porticus palmis 13 $\frac{2}{4}$ in latum extenditur. Tum ad extremum intimus aedificii orbis, qui hinc quarta porticu, illinc podii muro concluditur, palmis 13 $\frac{3}{4}$ continetur. Et eas summas in ichnographia quoque maioris perspicuitatis gratia libuit adnotare. Quas collige iam: palmi 174 $\frac{3}{4}$ confient. Nec illud te concutiat, quod initio dixi ab extimo ambitu ad podii murum palmos 174 $\frac{2}{4}$ numerari: hic autem e singulis partibus palmos 174 $\frac{2}{4}$ colligi vides. Nam mihi quidem, cum prius totam simul fabricae spissitatem dimensus essem, tum eandem per partes exploraſſem, tantulum hoc discriminis non tanti visum fuit, ut decempedatorem ad integrandam διχωτρησιν adigendum putarem. Et vel haec mediocris, quam attuli, diligentia ad aedificii structuram intelligendam satis futura videbatur.

VIII Iam vero ad amphitheatri descriptionem propius accedamus. Tota moles exteriore pavimento quadratis magnae molis silicibus instrato circumambitur: tum gradu uno amphitheatrum conscenditur. De pavimento & gradu docuit me lapicida, cui ea res potest esse exploratissima, quod multos iam annos in eruendis lapidibus vitam tolerat. Exterior aspectus prope idem, qui Flavii amphitheatri fuit. Tota moles immanibus constructa saxis, triplici ordine porticus, fortasse & quadruplici in orbem erigebat. Affixae parastaticis columnae, duabus tantum sui partibus exstantes, plurium segmentorum scapo: quarum Tyrrhenicae imae, Doricae mediae, tum quae sequuntur fortasse Ionicae: postremo supra continuatum parietem, quadratis opere fortasse Corinthiaco columnis & fenestris ex intervallo dispositis, corona circum attollebatur. Supra quam foramina deorsum patentia in orbem disponebantur, per quae antennae demitterentur, quibus funes ad sustinenda vela & opacandos clivos vinciebantur: qui mos inducendi theatris umbram a Campanis primum ortus ad Romanos postea traductus est, ut alibi dicam. Praeter cetera ornamenta, fuere & imagines humerorum tenus summis for-

Digitized by Google

fornicibus adhaerentes. Sed quoniam & umbilicatae imagines quaedam ex amphitheatri ruderibus olim erutae Capuae in praefecti iuri dicundo sedibus conspiciuntur: iis summo in pariete pictor locum fecit: alibi si quis magis apposite locaverit, non repugnabo: nihil enim impedimento est, quo minus summis in arcubus superiorum ordinum locari illae potuerint, quibus insunt adhuc fornicis adhaerentis indicia; aliae vero maiores alibi.

IX In Lipsii descriptione inter secundam tertiamque porticus bini fornices depressiores hinc & inde depinguntur: quos, quia in nostro amphitheatro non erant, eliminandos putavi; & eorum loco parietem perfregi, quo scalarum se decussantium structura conspiceretur.

X Illud vero hic admonere haud inutile fuerit, interiores porticus fuisse tenebricosas, praesertim illam tertiam, quae fere aequaliter ac duae extimae attollebatur: id quod & structurae genus aperte demonstrat, & nuper ex Herodiano didici, qui & ἀμφιθεάτρε vocabulo haud passim Graecis usitato utitur (79).

S 2 XI

(79) Herodianus in Commodi vita de Quintiano, quem Quadratus summiserat ad occidendum Caesarem, ait: Ὁ δ' ὑποστὰς ἐν τῇ τῶ ἀμφιθεάτρε εἰσόδῳ (ζοφώδης δὲ αὐτη, καὶ λάθοι τις ἂν ἕστως) γυμνώσας τὸ ξιφίδιον &c. *Ille in aditu amphitheatri subsistens (quippe obscuro loco facile se occultum fore sperabat) nudato confestim pugione* &c. Amphitheatri εἴσοδον non primorem tantum aditum, qui illustris erat, sed totum id, qua incedendum principi fuit, ut ad tribunal sibi in podio positum perveniret, intelligit: cuius εἴσοδε pars illa, quae ad tertiam maxime porticum pertinebat, ζοφώδης erat.

Quem locum eo libentius adscripsi, quod praeter morem ceterorum auctorum elegantissimus ceteroqui scriptor Herodianus amphitheatri vocem usurpavit. Nam ceteri Graecorum sic consuevere, ut sive ab ea voce abstinerent, θέατρον dicentes ἀντὶ τῶ ἀμφιθεάτρε; sive certe amphitheatri voce non sine aliquo temperamento uterentur. Itaque optimus dicendi auctor Dio Cassius haud fere aliter quam θέατρον κυνηγετικὸν appellavit, sive cum ie Caesare dixit, θέατρον τε κυνηγετικὸν ἐκτώσας, eodemque modo de Statilii amphitheatro locutus; sive cum de Tito ait, τὸ δὲ δὴ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν ἐφώσας, quod paullo post θέατρον sine alio additamento dixit. Herodianus ipse in rebus Caracalli, ποιήσετι, ait, καὶ θέατρα κυνηγετικὰ . . . κατεσκευάσαμεν. Et θέατρον sine ullo additamento pro amphitheatro a Graecis usurpari plurimis exemplis ostenderem, si id opus esset, quorum aliqua obiter alibi notata: veluti cum Nicolaus Damascenus apud Athenaeum gladiatorum spectacula ἐν θεάτροις apud Romanos exhibita testatur: frequentissime vero apud Xiphilinum, sive cum sub Nerone θέατρον τῶ Τιβέρε combustum ait, sive cum aquam ab eodem principe ἐς τὸ θέατρον inductam narrat; aut cum navim solutilem, cui matrem Nero imposuit, fuisse ei similem, quae ἐν τῷ θεάτρῳ erat; sive demum cum receptaculum omnium ferarum ἐν τῷ θεάτρῳ instar navis exstructum in Severo affirmat. Hinc venatio ludicra, quatenus a rustica distinguitur, *venatio theatralis* passim in cod. Theod. appellatur: non enim venatio in theatris dari solita, ut not. 68 contra Xiphilinum & Bulengerum diximus; sed in iis legibus Graeca consuetudo servatur: quemadmodum nov. Ios. θεάτρα κυνηγικὰ & θεάτρα κυνηγετικὰ eadem amphitheatralis venatio appellatur: sic quoque & sequiore aetate Erchempertus copias in Campano amphitheatro stativa habentes *scaram theatralem* nuncupavit. Sed & Spartianus Hadriano *theatrum* pro amphitheatro appellaverat e *Theatrum*, inquit, *quod ille* (Traianus) *in campo Martio posuerat, contra omnium vota destruxit*. Nam *theatrum* situi a Traiano positum, amphitheatrum fuisse Pausanias in Eliacorum priori cap 12 fidem faciet, ubi inter Traiani opera, καὶ θέατρον μέγα κυκλοτερὲς πανταχόθεν recenset. Vbi altera occurrit amphitheatri circumscriptio ab orbiculari ambitu petita; cui simile illud Dionis lib. XLIII de C. Iulii Caesaris amphitheatro: θέατρόν τε κυνηγετικὸν ἐφώσας, ὃ καὶ Ἀμφιθέατρον, ἐκ τῶ πέριξ πανταχόθεν ἐρρῶσθαι ἔχει, προσερρήθη. *Theatrum*, inquit, *quoque ad venationes apeum tabulatis instruxit, quod quia undequaque sedilia habet, secundaque caret, Amphitheatrum est appellatum*. Itaque nobilissimus scriptor cum & vocis etymon detexisset, tamen abstinendum sibi ab ea voce duxit: hoc ideo, quia ea vox, in qua

cete-

XI [Praeterea Lipsius in arenae meditullio aram Iovi Latiari, aut Plutoni sacram fuisse docet. Favetque Prudentius contra Symmacum v. 397, ut alios locos a Lipsio productos praeteream. Verum aliquid amplius acta S. Ignatii innuunt: οὕτως θηρσὶν ὠμοῖς πρὰ τῷ ΝΑΩΙ, παρεβάλλετο; *Sic crudelibus bestiis apud TEMPLVM obiiciebatur* (Ignatius). Nimirum enim non ara tantum, sed & sacellum aliquod in arena fuit, sive Dianae, sive Iovi Latiari, aut Plutoni sacrum. Vnde Prudentius contra Sym. 380:

Respice terrifici scelerata SACRARIA Ditis,
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.]

XII Age vero interiorem iam amphitheatri faciem, totamque cuneationem lustremus. Sed ante omnia quid illae in arenae ambitu portulae sibi volunt? Per eas ferae e subiectis specubus emittebantur. Quamquam nostri amphitheatri aream ad summum usque podium terra oppleverit; nec ulla proinde ostiola sint conspicua: tamen Veronensis amphitheatri exemplo depingenda curavi. Praesertim cum ingens nostri amphitheatri subterranea specus (quam subter meridianam amphitheatri portam ingressus ad aliquot tantum ulnas a meridie versus arcton pervasi: non enim ultra progredi licuit, quod ex perforata superne testudine ruderibus obstructam offendissem) ad eas portulas pertinere, ad emittendas

ceteroqui nihil non Graeci fuit, tamen non in ipsa Graecia, sed in alieno solo nata, ideft in Latio a Romanis formata fuerat: id quod Graeci aversati, satius sibi duxerunt circumscriptione uti. Aut, certe sicubi ἀμφιθέατρον posuerunt, non sine additamento τὸ κεκλιμένον dixerunt, quo vocis insolentiam emollirent. Itaque metaphrastes ille Eutropii Paeanius, cum Eutropius dixisset amphitheatrum Romae a Tito aedificatum τὸ κεκλιμένον ἀμφιθέατρον appellavit: cumque idem Eutropius dixisset Commodum eo insaniae processisse, ut in amphitheatro dimicaret, ille eodem modo vocem emollivit, ut diceret, κατὰ τὸ κεκλιμένον ἀμφιθέατρον. [Praeterea in actis SS. Tarachi ec. apud Ruinartum pag. 446, n. 10 amphitheatrum appellatur τὸ στάδιον sine alio additamento, idque rursus bis appellatur ἡ ἀμφιθήκιμι. In genuinis S. Ignatii actis: ἀντυχθῆ μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον: cum contra in actis Metaphrastis semper θέατρον sine ullo additamento ponatur. Et in Historia Miscella Titianum amphitheatrum appellatur theatrum: an quia e Theophane, an quo alio scriptore Graeco traducta?]

Quod tamen Herodianus ἀμφιθέατρον sine ullo temperamento usurpavit, id exemplo non caret; nam [nec Strabo eam vocem repudiavit lib. V, pag. 236, ubi de magnificis Romae operibus: καὶ θέατρα τρία, καὶ ἀμφιθέατρον, &c.; turpe enim fuisset post θέατρα τρία, iterum θέατρον τὸ κυνηγετικὸν ingerere.] Et disertissimus scriptor Iosephus ἀμφιθέατρον μέγιστον Hierosolymis constructum narrat; itemque Caesareae, quod appellat ἀμφιθέατρον πολὺν ὄχλον ἀνθρώπων δέχεσθαι δυνάμενον. In epistola quoque ecclesiae Lugdunensis apud Eusebium v hist. eccl. 1 Attalus ob Christianae fidei crimen dicitur πεοιαχθῆναι κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου. Nec alii porro deerunt.

[Ex hactenus dictis facile pleraque eorum, quae Maffeius de Amphith lib. I, cap. 7, & 8 ad amphitheatrorum (per orientem praesertim) paucitatem adstruendam congerit, convelluntur: cum certum sit plerumque Graecos θέατρον vocabulo etiam amphitheatra complexos. Et sane de Iconiensi amphitheatro meminit Am Marcellinus lib. 14, pag. (mihi) 9, lin. 5. Parmensis fit mentio in Excerptis ex Agathia tom I script. Italiae lib. I, pag. 385, col. 2, litt. D, *in quo auctoratis in id hominibus spectante populo depugnare cum bestiis solebant*. Quo in loco credo Agathiam interpretandum esse de praeteritis temporibus, quibus ea exercitatio delectationi erat: mirum enim si Iustiniani aetate venatio amphitheatralis in usu esset. Socrates VII, 22 meminit venationis a Theodosio iuniore Constantinopoli in amphitheatro, (quod κυνήγιον, *Cynegium* appellabatur, ut docet Cangius lib. 2 Constantinop. Christ. p. 108) editae. De Anazarbensi, Caesareensi, & Cretensi apud Hierapytnam, mox dicam in fine huius capitis. Nec dubito quin quamplurima occurrant alia rimantibus, quae adversus Maffeium testimonium reddant.]

Digitized by Google

das opportune beſtias, debuiſſet. Mira autem eius antri immanitas, ita ut ingentia foeni plauſtra per illud agi potuerint; niſi qua teſtudo ex intervallo coarctatur, quam rurſus deinceps laxari videas: ſicque per vices modo ſatis amplam ſe crypta praebet, modo arctiore obiecto lateritio fornice anguſtatur. Falluntur autem quicumque apud Lipſium de amph. cap. 8. cloacas huiuſmodi eſſe ſunt ſuſpicati. Si ita ſit, nemo mihi iam amplius urbis Romae cloacarum iactet amplitudinem. Eſtne credibile unius amphitheatri exſugendis ſordibus tam vaſta receptacula exſtructa fuiſſe? Et vidi alios lateritios ductus minutiores ſive ad aquas perducendas, quarum plurimus hic uſus fuit, ſive ad ſordes egerendas. Nam ſpecus ille maximus, de quo agimus, pro cuniculo fuit, & ad ſubitum ſive ferarum ſive munerariorum & egreſſum & receptum comparatus. Arguit id & fabricae genus non totum lateritium, cuiuſmodi cloacae aut aquaeductus requirerent: nam ſoli illi anguſtiores ex intervallo fornices, quos modo deſcripſi, e praegrandibus lateribus ſunt compacti: cetera fabrica eſt caementitia.

XIII Sed antro iſtoc egreſſi podium conſcendamus columellis in orbem circumſeptum. Hic imperatori, ſi quando affuiſſet, ſuggeſtus figebatur: hic & magiſtratuum ſellae curules: ibidem & in ſuperioribus aliquot gradibus, qui omnes orcheſtrae nomine intelliguntur, ſenatores, quorum loco decuriones in coloniis cenſebantur, adſidebant. Tum ſupra colonicum ſenatum equitibus gradus quatuordecim aſſignati (80): unde *ſedere in quatuordecim* ad equeſtrem dignitatem ſignificandam uſurpabatur. Supra *equeſtria* reliqui deinceps gradus plebi ceterae addicti erant, & *popularia* vocabantur, quae erant omnium maxime diffuſa. Et, ut ſemel dicam, tres in partes tota illa ſubſelliorum acclivitas tribuebatur, in imam, mediam, & ſummam caveam: ima, quae omnium honeſtiſſima, in orcheſtram & equeſtria rurſus dividebatur: media & ſumma cavea ad popularia pertinebat: ſed ita tamen ut media cavea multo, quam ſumma, haberetur honeſtior; ab eaque eſt cauſſa, quod ſanxit Auguſtus apud Suetonium cap. 44, *nequis pullatorum media cavea ſederet*. Eoque queritur Calpurnius ecl. VII sibi ob paupertatem non licuiſſe media in cavea aliquando propius imperatorem adsidere:

O uti-

(80) At enim cui uſui, inquies, in colonico amphitheatro gradus equeſtres quatuordecim? eſt ne veriſimile tantam equitum R. copiam in coloniis fuiſſe, ut quatuordecim iis gradus, aeque ac Romae, ſeponerentur? Verum praeter equites R. quorum p rmagna fuit extra Romam ubique copia, fuere & equites coloniarum peculiares. Quem quidem equeſtrem ordinem municipalem alio in opere, quod affectum in forulis habeo, copioſiſſime mihi adſertum vix eſt ut in dubium revoces. Interea ne adhuc quis fluctuet & animi pendeat: ecce tibi ad equeſtres illos quatuordecim gradus etiam extra Romam confirmandos luculentiſſimum Pollionis Aſinii locum x epiſt. fam. 32: ibi Balbus Cornelius iunior prope eadem Gaditano in municipio feciſſe narratur, quae Caeſar dictator Romae pro ſua voluntate feciſſet; atque hoc in primis: *Ludis*, inquit, *quos Gadibus fecit, Herennium Gallum biſtrionem ſummo ludorum die anulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit: tot enim fecerat ordines equeſtris loci*. Nec equeſtri tantum ordini, ſed & tribunis militaribus in equeſtribus hiſce locus fuit.

Digitized by Google

O utinam nobis non ruſtica veſtis adeſſet;
Vidiſſem propius mea numina: ſed mihi ſordes;
Pullaque paupertas, & adunco fibula morſu
Obſtiterunt.

Et apud Senecam de tranquill. *verba ad ſummam caveam ſpectantia* ſunt ad guſtum imae plebis. Quanquam, ut fatear, ſi quis forte imam mediamque caveam paullo aliter, ac Lipſius, diſpoſuerit, non video cur sit magnopere reprehendendus. Quid enim impedimento eſt, quominus imam orcheſtra tantum definiamus, mediae vero caveae inferiorem partem, quae orcheſtrae propior, equiti, ſuperiorem plebeiis, quibus & ſumma cavea vacabat, aſſignemus? Ita ſumma ſubſelliorum partitio exſiſtet in *orcheſtram*, & *popularia*, tum haec rurſus in *equeſtria*, & *popularia* ſtricte accepta tribuentur (81).

XIV Et quaedam fuere *diazomata*, ſeu *praecinctiones*, quas alii *balteos* appellarunt (ideſt gradus quidam latiores, fere ut in ſcalis retractiones) ad popularia tum inter ſe bifariam, tum ab equeſtribus, tum

(81) Popularibus etiam equeſtria contineri multis docere poſſum. Ac primum Germanorum legati cum *in popularia deducti* dicuntur Suetonio in Claudio cap. 25 equeſtria intellige, quae popularibus continebantur: *Germanorum* inquit, *legatis in orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate & fiducia eorum motus, quod in POPVLARIA deducti, tum animadverſiſſent Parthos & Armenios in ſenatu ſedentes, ad eadem loca ſponte tranſievant*. Vbi *popularia* pro equeſtribus, hoc eſt totum pro parte, Tranquillus uſurpavit: neque enim eſt veriſimile tam parvipenſos a diſſignatore eos legatos fuiſſe, ut ad popularia ſtricte accepta deducerentur, quo nullo deducente ſponte ire licuiſſet; praeſertim cum Parthi & Armenii in orcheſtra ſederent. Hinc ſummam caveae diviſionem apud Maronem, Iuvenalem, Martialem reperio in orcheſtram & populum. Virgilius:

Hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatur enim) PLEBISQVE PATRVMQVE
Corripuit.

Iuvenalis:

Aequales illic habitus, ſimilemque videbis
ORCHESTRAM ET POPVLVM.

Equeſtria nulla his locis commemorantur, quod ea *populo* ſeu *popularibus* continerentur. Ab eadem eſt cauſſa quod Martialis VIII, 78 ait:

Omnis habet ſua dona dies, nec LINEA dives
Ceſſat, & in POPVLVM multa rapina cadit.

Diſſentio enim a doctiſſimo Graevio, a quo in praef. ad to. IX antiquitatum Roman. *lineam divitem* pro orcheſtra ſimul & equeſtribus accipi memini. Equidem ſic interpretor: omnis dies ſua habet miſſilia, tum quae in orcheſtram (quam ob exiguitatem lineam appellat) caderent; tum etiam quae in popularia, hoc eſt ceterorum omnem cuneationem, quae equiti ſimul plebique vocabat. Hinc demum eſt quod Tertullianus lib de ſpect. ait: *Viae enim vocant cardines balteorum per ambitum, & diſcrimina popularium per proclivum*. Vbi vi arum nomine non tantum ſcalaria (de quibus infra dicetur) Tertullianus complectitur, verum etiam ipſas praecinctiones, quas vocat *cardines balteorum*. Verum illud Lipſium torquet, quod ſcalaria appellarit *diſcrimina popularium*; *excludere enim*, inquit Lipſius, *aperte equeſtria & orcheſtram videtur*. Tum ſic nodum ſolvit: *Sed*, inquit, *popularia large fortaſſe acceperit ſcriptor Afer pro omni POPVLI conſeſſu*. Non inepta ratio, ſed dubito an vera; quandoquidem iam uſu receptum fuerat, ut *popularia* pro plebis, itemque equitum conſeſſu, non vero totius populi R xxxv tribuum ſumerentur. Mihi ſane videtur Tertullianus *popularia* cum *equeſtribus* tantum miſcuiſſe, non etiam cum orcheſtra, quam ob exiguitatem tacuit. Itaque Poeno ſcriptori nihil de orcheſtrae ſcalaris, quae utpote breviſſima vix animadverſione digna erant, ſollicito, ea ſola ſcalaria animo obverſabantur, quae equeſtrem & plebeiam caveam ſcindebant in cuneos. Ea vero *diſcrimina popularium* potiſſimum appellavit, nulla equeſtrium mentione facta, quod popularibus equeſtria quoque continebantur.

Atque his quidem locis omnibus popularia ea notione accipiuntur, ut equitem complectantur. Profero demum Suetonii locum Domitiano cap 4, quo popularia ſtricte ſumuntur, quatenus ab equeſtribus diſtinguuntur. *Et quia pars maior* inquit, *intra POPVLARIA decidebant, quinquagenas teſſeras in ſingulos CVNEOS EQVESTRIS ac ſenatorii ordinis pronuntiavit*. Vides *cuneos equeſtris ordinis* diverſos a *popularibus* preſſe acceptis.

Digitized by Google

tum demum haec ab orcheſtra diſterminanda. Tres Vitruvius in theatro praecinctiones exſtruit, unde & totidem in amphitheatro fuiſſe oportuit. Quas quidem sic ſtatuendas puto: prima erit praecinctio, quae orcheſtram ab equeſtribus ſeiungit (82), altera quae equeſtria a popularibus, tum tertia, quae mediam totam caveam a ſumma diſpeſcuit.

XV Venio nunc ad *aditus* ſeu *vomitaria* sive (ut alii apud Macrobium reſcribunt) *vomitoria*; quae nihil aliud ſunt, quam oſtiola, per quae populus ab exterioribus porticibus veniebat ad ſedes ſuas. Hos aditus in praecinctionibus poſitos mihi prorſus perſuadeo: non enim commode mediis in ipsis gradibus adiri oſtia potuiſſent: areola aliqua opus fuit, quae ante huiusmodi aditus explicaretur, ubi turba conſiſteret. Itaque nihil verisimilius fingi poteſt, quam si vomitaria in praecinctionibus locentur. Apud nos paullo ſupra podium in dimidiata caveae parte, quae orientem ſpectat (nam occidentalis cuneatio corruptior exſtitit) ſex omnino huiuſmodi aditus reſerantur: tum ſupra longiſſimo intervallo altera oſtiolorum ſeries fuit, quorum unum ad orientem aeſtivum, tum ſupra portam, tam quae meridiem, quam quae boream ſpectat, ſingula hodieque ſe produnt. Cum ergo duae tantum oſtiolorum ſeries noſtra in cavea compareant, maximo intervallo invicem diſterminatae, mediam praecinctionem aditibus caruiſſe putabam; nec aliter fieri potuiſſe, ſi interiorum ſcalarum, quae ad iſta vomitaria pertinere debuerunt, ſtructura cernatur (83). Verum poſtquam accuratius noſtrae caveae

(82) Lipſius vir ſummus in notis, quas deformationi amphitheatri ſubiecit, n. 4 primam praecinctionem ipſo in podio collocat, & queritur ſculptorem tres alias ſuperas praecinctiones ſcalpſiſſe, ita ut quatuor evaderent. Sed viri magni pace dixerim, nihil ſcalptor offendit, quin ipſum potius Lipſium, cetera lynceum, hic ratio fugit. Nam ſive vim vocis διάζωμα inſpicias, facile aliquid intelligis, quo unum ab altero diſpeſcitur; orcheſtra autem nihil infra ſe habet, a quo per iſtam praecinctionem ſit dirimenda: ſive rem ipſam intueare, cui quaeſo uſui iſta in podio praecinctio? Sunt ergo praecinctiones nihil aliud, quam interiectae gradibus areolae ſeu retractiones, & quaſi tranſverſa cingula diviſioneſque ordinum ſedendi. Quare cum quatuor huiuſmodi ordines in amphitheatro fuerint, orcheſtra, equeſtria, tum media & ſumma cavea: tribus illa praecinctionibus (nec plures Vitruvius admittit) a ſe invicem ſeiungebantur. Quarum ſi unam cum Lipſio in ipſo podio ſtatueris, tum vel orcheſtra cum equeſtribus, vel media cum ſumma cavea coëat neceſſe fuerit.

Verum quid iam ratiocinatione opus habeo, cum Vitruvius rem planiſſime demonſtret? *Cunei*, inquit is lib. v, cap. 6, *ſpectaculorum in theatris dividantur, uti anguli trigonorum, qui earum circa curvaturam circinationis, dirigant ASCENSUS SCALASQUE inter cuneos AD PRIMAM PRAECINCTIONEM. Supra autem alternis itineribus ſuperiores cunei mediis dirigantur.* Si per ſcalaria, de quibus infra dicetur, ad primam praecinctionem dirigebantur ASCENSUS & ex hac rurſus per alia ſcalaria ad ſuperiora loca conſcendebatur: annon videtur inepte in ipſo podio primam praecinctionem conſtitui? Et eadem prope habet architectus v, 8: *Gradationes*, inquit, *ſcalarum inter cuneos & ſedes dirigantur ad primam praecinctionem: ab ea praecinctione inter eas iterum mediae dirigantur.* Non in extrema ergo ora caveae & in podio ſtatuenda eſt prima praecinctio, quandoquidem & inferiora ſcalaria excipiebat, & ſurſum alia dirigebat.

(83) Nam vide quo artificio interiores ſcalae conſtructae fuerint. Quae in tertia porticu C gradationes introrſus aſſurgentes ex intervallo occurrunt (vide ichnographiam) iis procul dubio ad primam oſtiorum ſeriem conſcendebatur: nam iis oſtiolis directe reſpondent ternae hinc, ternaeque inde ſcalae: binae vero illae in medio ſe, ſeu ad orientem aequinoctialem verſus ſcalae, iicum nulla oſtiola in prima praecinctione reſpondeant, ad podium, credo, ipſum & ad utrum, que ſuggeſti latus lenior aſcenſus ἀμείνων patebat qua aditus duo patefacti hodieque apparent. Videſis

caveae cuneationem perluſtraſſem, falſum me deprehendi, & quamvis tenuiſſima, non incerta tamen oſtiolorum ad ſecundam praecinctionem pertinentium veſtigia ſum conſpicatus (84).

XVI Et quidem adituum proba conſtitutio ad rectam viarum & cuneorum deformationem unice confert. *Viae* ſeu *itinera*, aut *ſcalaria* (his enim modis omnibus appellata comperiuntur) ſunt graduum anguſtiorum ac depreſſiorum ſeries, non ſeſſilium quidem, ſed ad aſcendendum comparatorum, per quos ad ſuum quiſque cuneum perveniret. Portiones illae inter bina ſcalaria interceptae a figura, quam referunt *cunei* appellantur, quia deorſum paullatim cuneantur. Triplicem viarum, itemque cuneorum interceptorum ſeriem Lipſius & ceteri paſſim conſtituunt. Equidem antequam ſecundae praecinctionis vomitaria detexiſſem, duplicem tantum ſcalariorum ſeriem fuiſſe ſuſpicabar (85), nunc vero labor

deſis & confer interiores gradationes in ichnographia notatas cum imis oſtiolis in interiore caveae aſpectu conſpicuis. Inter duos illos in podio aditus imperatori tribunal erigi appoſite potuit. Reliqua eſt illa ſcalarum ſeries longe pulcherrima, quae ab altera porticu B, tertiaque C pariter conſcenduntur, unaque ooëunt in E: &, cum ad communem quaternis ſcalis retractionem E perventum eſt, tum per unas tantummodo ſcalas ad ſuperiorem porticum F aſcenditur. Ex ſuperiore autem porticu F ad tertiae praecinctionis vomitaria per totidem ſcalas exitus patebat, ut ex intuitu tabulae tute ſtatuere poſſis. Ita nullas eſſe ſcalas, quibus ad ſecundam praecinctionem perveniretur, eoque alteram praecinctionem oſtiis caruiſſe putabam. Verum poſtquam ſecundae praecinctionis aditus deprehendi: ſimul etiam perſpexi his non ſuas ſingulis ſcalas, ſed depreſſiorem quandam retro porticum reſpondiſſe, uti ſequente notatione dicam.

(84) Obſcuriſſima ea veſtigia ſunt ob eam cauſſam, quod ea cuneationis parte reperiuntur, qua caveae acclivitas penitus interrupta viſitur; quae rurſus acclivitas poſt aliquod intervallum nonnullis in locis ſurſum verſus continuatur, ibique tertiae praecinctionis quaedam vomitaria cernuntur. Atque ea quidem oſtiorum ad ſecundam praecinctionem pertinentium veſtigia in orientali tantum amphitheatri latere, qua parte cuneatio exſtitit integrior, adhuc ſuperſunt, unum proxime portam meridianam, tria ſeptentrionalem portam verſus: eaque, ſi quaeris, paullo ſupra tertiae porticus C fornicem reſpondent; ita ut mediam praecinctionem paullo ſupra eum fornicem fuiſſe oporteat. Cumque prope portam ſeptentrionalem tria non amplius aditum indicia comperiantur, totidem ad alterum portae eiuſdem itus fuiſſe neceſſe eſt, ita ut duodecim omnino a univerſo amphitheatri orbe fuerint; quemadmodum & imae praecinctionis vomitaria totidem numerabantur. Et quidem non in directum cum imis oſtiis illa intermedia diriguntur, neque tamen medio illorum interſtitio exacte reſpondent; ſed ita diſponuntur, ut paullo propius portas, quam inferiora, accedant. Suprema autem tertiae praecinctionis oſtiola directe aditibus arenae citimis reſpondebant, ut ex uno eorum, quod adhuc verſus orientem aeſtivum comparet, intelligitur. Demum hoc inter illa, de quibus loquimur, ſecundae praecinctionis vomitaria, & cetera tum imae ſeriei tum tertiae intereſt, quod haec quidem ſcalas in poſtico obiectas habent, per quas ἀνίσως ad ea conſcenditur; illis vero intermediis oſtiis nullae retro aſcenſiones obiacent, ſed humillima quaedam porticus retro iiſdem praetendebatur cuius quidem porticus ſupra meridianam portam adhuc puſilla pars ſuperat.

(85) Praeſertim cum Vitruvius lib v, cap. 6 & 8 (cuius verba not 82 ſunt recitata) duas non amplius aſcenſuum ſeries in theatro agnoſcat: nec ſane plures in Veronenſis theatri delineatione viſuntur. Ipſa etiam *cunei* vox meam coniecturam iuvabat; ſubſelliorum enim portiones inter bina ſcalaria interceptae non ob aliam cauſſam *cunei*, & Vitruvio *trigona* appellantur, quod triangularem figuram oculis referrent. Nam quamvis quatuor lateribus proprie concluderentur: tamen quod ima latera longe breviſſima prae aliis eſſent, trigonis ſimiliora, quam quadrilateris figuris videbantur, puta iis trigonis, quorum extremus apex deperiiſſet. Nunc vero, ſi tres ſcalariorum ſeries adſtruuntur, nihil trigonis ſimile invenietur, ac trapezoidem quam vocant figuram veriſſime repraeſentabunt. Quis enim non videt, uti longiſſima ſcalariorum itinera fuerint, ita ea maxime divaricatum iri ſuperne, ſenſim vero inferne coitura, ac triangulari figurae acceſſura?

His accedebant ii ſcriptorum loci. Suetonii, Virgilii, Iuvenalis, Martialis, Tertulliani, quibus ſupra evicimus *populariibus* et eam equeſtria intelligi conſueviſſe: nam quod iiſdem cuneis, iiſdemque intercurrentibus viis ſeu ſcalariis plebs cum equite ſederet, eo factum puta- am, ut po-

pulo-.

Digitized by Google

labor ut quadruplicem ſtatuam (86) ita uti in tabula exſculpendum curavi. Quae quidem ſcalaria non in directum inferiora cum ſuperioribus continuabantur, ſed alternabant eo modo, quo in tabula conſpicis: id quod Vitruvius v, 6, & 8, cujus verba not. 82 ſunt recitata, diſerte affirmat.

XVII Supremae autem praecinctionis aditus, ſicuti & itinerum ſtrigas, quae ad eos aditus diriguntur, multo plures, quam intermedios, aut imos, fuiſſe veriſimile arbitror (87) atque in eum modum in tabula exhibui.

XVIII Demum ſeſe *cathedra* offert, quam obſcuriſſime, uti ſolet, Tertullianus definit in hunc modum: *Cathedra vocatur ipſe in anfractu ad conſeſſum ſitus*. Quem locum haud probe intellexiſſe videtur phoenix ille ingeniorum Lipſius (88), qui praeterea non tantum feminas,

pularium nomen equeſtria quoque complecteretur.

Tamen cum Suetonius Domitiano cap. 4 *cuneos equeſtris ordinis* fecernat a *populoribus*: cumque Veronenſis amphitheatri cavea, uti quidem illa vulgo exhibetur, plures quam duas aſcenſionum, earumque ſeries repraeſentet, nos quoque plures delineandas curavimus: praeſertim poſtquam ſecundae praecinctionis vomitaria noſtro in amphitheatro detexeram. Nam ad vomitaria in praecinctionibus patentia dirigi aſcenſus neceſſe fuit.

Nam illud profecto quis ferat, quod mediis in ipſis ſubſelliorum gradibus ſcalariorum initia ſineque Lipſius (an pictori potius id vitio vertendum?) exhibuerit? Omnino enim a praecinctione ad praecinctionem dirigi aſcenſus oportuit, auctore Vitruvio, cujus verba vide not. 82.

Viderint tamen viri eruditi, utrum ex Vitruvii auctoritate (cujus verba not. 82 ſunt poſita) & Veronenſi theatro, in quo duas duntaxat aſcenſuum ſeries depictas vidi, recte ſit concludendum, ſaltem in theatris duas non amplius huiuſmodi itinerum diſpoſitiones exſtitiſſe: inoque *cuneorum* ac *trigonorum* (ob triangularem figuram quam referrent) orta vocabula, etiam in amphitheatris eadem poſtea obtinuiſſe; in quibus tamen, propter plures ſcalariorum ſeries excogitatas, triangularis figura parum eſſet conſpicua.

(86) Quatuor ſcalariorum ſeries in hunc modum conſtitui. Prima ſeu areae citima orcheſtram totam pervadent ad uſque primam praecinctionem ac patentia ibidem oſtiola: altera a prima ad ſecundam praecinctionem, & ea oſtia, quae nuper ibi deteximus, feruntur: tertia ab altera praecinctione ad tertiam & ſuprema omnium vomitaria proficiſcuntur: quarta demum a praecinctione tertia ad fornices ſummae porticus diriguntur. „Sane cum ſcalaria alternis itineribus diſpoſita Vitruvius lib. v, cap. 6 & 8 dixerit, ſic quoque ea nos diſpoſuimus. Quarta vero haec itinera, contra quam viri docti fecerunt, adſtruximus ob eam cauſſam, quod tertiae ſeriei ſcalariis oſtia ſummae praecinctionis occurrentia impedimento eſſent, quominus ad ſummos uſque fornices continuarentur.

(87) Suprema oſtiola plura numero fuiſſe oportuit; tum ne plebes, quae pars populi multo maxima fuit, ingrediendo aut egrediendo ſe plane comprimeret; tum etiam quia illius praecinctionis multo laxior orbis plures aditus admittere debuit. In dimidiata amphitheatri cavea octo equidem depingendos curavi: neque id temere; totidem enim ſcalas illas ſeſe invicem decuſſantes, quas modo not. 83 deſcribebam, in ichnographia vides: nam his ſcalis totidem, opinor, in ſuperiore porticu ſcalae reſpondebant, quibus ad ſupremae praecinctionis vomitaria conſcenderetur. Et quia (ut poſui in ichnographia) prope portas ſcalae ad ſuperiorem porticum ferentes duplicantur: hinc non immerito ſupra portas etiam ſuum cuique oſtiolum reſpondet; ita ut in univerſo ſupremae praecinctionis ambitu duodeviginti, opinor, vomitaria numerarentur, totidemque ſuperiecta ſcalaria. Nec plura aut pauciora ea ſcalaria fuiſſe puto, quae hinc ad ſummae porticus fornices alternis itineribus dirigebantur. Ita fient ſex & triginta mediae ſummaeque caveae ſcalaria. Quibus ſi duodena orcheſtrae, itemque duodena equeſtrium addicias (totidem enim oſtia in prima, alteraque praecinctione numerari diximus) ſexaginta in univerſum totius cuneationis ſcalaria exſtitent.

(88) In recitato Septimii loco *anfractum* interpretatur Lipſius *ſuperum locum, ubi clivi ſubſelliorum deſinunt, & murus incipit, qui porticum facit, clivoſque illos veluti FRANGIT. Nam plani aliquid*, ut idem ſubjungit, *ſpatii ibi fuiſſe videatur, unde cathedris poſitis ſpectarent*. Quia in oratione nihil admodum mihi arridet. Nam quod *anfractum* murum frangentem clivos intelligit: nonne pronius fuerat

sed & pullatos hic collocasse videtur, haud bonus hic quidem certe dissignator: nam pullati in summa cavea, feminae in ista cathedra, idest porticu (id enim cathedra apud Tertullianum significat) seorsum spectabant (89).

XIX [Antequam manum de tabula scire libet, quid sibi velit ille HYACINTHVS. VILICVS. MAPHITHEATRI (h. e. *amphitheatri*) apud Fabrettum pag. 3, n. 13. Vilicos apud veteres eos fuisse, quos nunc *exactores* appellamus, ex vulgata versione Evangelii Lucae XVI, 1, & a-

rat *circuitum* interpretari? qua significatione Tullius in part. or. dixit: *Oratio circumscripta longo anfractu*, idest circuitione. Quidquid id fuit, quod supremos gradus excipiebat, orbiculare id fuit, & anfractu quodam in se reductum. Illud deinde quis ferat, quod extra *murum qui porticum facit* (ut is loquitur) paullulum areae complanarit, ut ibi sub dio matronarum cathedras poneret? vel Calpurnius ecl. VII, cuius is carmina adnectit, docere debuisset, tectum id fuisse, ubi feminae consitissent:

Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter femineas spectabat turba cathedras:
Nam quaecunque patent sub APERTO libera caelo
Aut eques, aut nivei loca densavere tribuni.

Sub tecto igitur, non sub *aperto caelo*, feminae versabantur, nec alibi sane, quam in summa porticu suffulta pilis opere arcuato.

Ac de ista quidem porticu, quam in eum, quem descripsi, modum supra summam caveam delineandam in tabula curavi, Vitruvius lib. V non obscure addocet: *TECTVM*, inquit, *PORTICVS, quod futurum est in summa gradatione.* Eandem intellexisse videtur Calpurnius eadem ecloga VII:

Balteus en gemmis, en illita porticus auro
Certatim radiant.

De eadem quoque capiendus fortassis & Dio apud Xiphilinum in rebus Neronis, ubi narrat, ut elephas ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψῖδα sublatus fuerit, ibique sessorem ferens in tunc ambulaverit.

Eam vero porticum idcirco *cathedram* Afer appellavit, quod ibi matronae cathedras suas ponerent, easdem, opinor, cathedras seu sellas velatas, quibus per urbem ingrediebantur, de quibus Martialis XII, 38:

Hunc qui femineis nocteſque dieſque cathedris
Incedit.

(89) Libet hic prius totum Suetonii locum, qui ad sedendi ordinem apprime facit, adscribere: tum seorsum virum magnum aggrediar. *Spectandi*, inquit ille in Octavio cap. 44, *confusissimum ac solutissimum morem correxit ordinavitque: motus iniuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid spectandum usquam* (non tantum Romae, sed ubiubi) *publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus: Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere; cum quosdam etiam libertini generis missi deprehendisset. Militem secrevit a populo. Maritis a plebe proprios ordines assignavit: praetextatis Cuneum suum, & proximum paedagogis: SANXITQVE NE QVIS PVLLATORVM MEDIA CAVEA SEDERET. FEMINIS NE GLADIATORES QVIDEM, quos promiscue spectari sollemne olim erat, NISI EX SVPERIORE LOCO SPECTARE CONCESSIT. SOLIS virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, & contra praetoris tribunal, dedit &c.* Hunc in modum spectandi ordinem digessit Augustus, quibus multa qui postea sunt consecuti Caesares addiderunt, quae referre non est otium.

Quod vero pullatorum feminarumque loca confuderit Lipsius eumque secutus Vossius etymol. in voce *cavea*, id neque τὸ πρέπον, nec Suetonii verba patiuntur. Equis enim non indignissimum putet inter sordidam turbam honestissimas matronas versari? Quasne Augustus ex universa cavea submovit, eae ut cum taeca vulgi pariter subsellia ponerent? Itaque scite Casaubonus sic ea verba, quae maioribus litteris posui, distinguenda putavit: *Feminis . . spectare concessit SOLIS. Virginibus Vestalibus* &c. Deinde, quod attinet Suetonium pullatos, quos ille princeps e MEDIA CAVEA *excitavit* (ut sollemni in hac re formula utar) eos utique in ultima cavea est passus consistere: at vero feminas *EX SVPERIORE* tantum *LOCO spectare concessit*. Quare immerito vir tale doctissimus utrosque confundens ait: *Nam feminae & pullati non nisi ex superiore loco spectabant ex Augusti decreto.* Aliud enim summa cavea, ubi pullati spectarent, aliud superior locus, ubi feminae subsisterent.

Sed illud, opinor, doctissimo Belgae imposuit, quod Calpurnius in illa ecloga de ludis Carini pullatos cum feminis permiscuerit. An sub postremis principibus pessum iisse omnia dicemus? An potius, quod ludi essent longe magnificentissimi, tantus concursus equitum tribunorumque ex universa Italia fuerit, ut quando nec

& aliunde compertum habeo. Itaque videntur *vilici* in amphitheatris instituti, ut pecuniam a spectatoribus exigerent ; id quod tertio saltem saeculo usurpatum fuisse Cyprianus ep. ad Donatum docebit : *Et spectaculi licet pretium largior muneris apparatus amplificet ; ut moeroribus suis mater interfit, hoc, prob dolor, mater & redimit.* Hinc factum, ut editores vilicos adhibuerint, qui stipem illam colligerent. Verum cum ex Frontino didicerim vocem *vilici* esse aquaeductuum maxime propriam, & in alia inscriptione apud eumdem Fabrettum pag. 103, n. 26 VILICVS. AQVAE. CLAVDIAE legatur, non repugnabo, quominus amphitheatrales vilici pro aquariis accipiantur. Et sane in nostri amphitheatri vicinia plumbeas fistulas aliquando effossas audivi.

XX Nunc illud restat, ut moneam, quod pro miraculo tradit Lipsius amphitheatrum quoddam in visceribus montis excavatum, id in oriente frequens fuisse oportere. Tale Anazarbi in Cilicia κατάθεκτα fuisse, ubi feris expositus S. Tarachus cum sociis colligitur ex eorum actis apud Ruinartum num. X, pag. 445, ubi sic legitur : ὡς ἂν, ἴδομεν τούτους ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν (εἰς τὸ ἀμφιθέατρα) φερομένους, προτελθόντες ὀλίγον ἀνήημεν ἐν τῷ πλησίον ὄρει μετὰ σπουδῆς, καὶ καθισάντες . . . . . κατὰ τῶν πετρῶν ἡσυχάζομεν. Vetus interpres a Ruinarto editus sic vertit : *Quos ut vidimus a militibus (ad amphitheatrum) adduci, accedentes modicum in proximo gradu montis, cum festinantia posuimus nos . . . . . in media fissura petrarum, & quievimus.* Apud Maffeium ad finem cap. 7. lib. 1 de Amphitheatris memoratur ex Honorio Bello apud Hierapytnam in insula Creta quoddam amphitheatrum inter duos colles excavatum. Unde coniici potest familiare hoc Graecis fuisse amphitheatra ἐν τῇ πετρᾳ λατομεῖν (sicut de sepulcro Domini loquitur Matthaeus XXVII, 60) ubicumque ὑπὸ πετρον solum nanciscerentur. Item theatrum Polanum olim, teste Serlio apud Maffeium pag. 323 gradus in colle excisos habebat : uti hodie quoque pars cuneationis amphitheatri Polani item in colle excavatur.]

XXI Haec dum scribimus, praegrandis & pulcherrima iuvenis criniti ac laureati protome, fornicis parti adhaerens, detecta fuit, quam quidem, tum ob colossicam molem, tum etiam quod inter portae meridianae rudera reperta fuit, supra illam portam prostitisse oportuit : eamque ob causam prope amphitheatri titulum sexviri Campani collocandam

T 2

mediam ii iam summamque caveam inhaesissent, plebes (quam raro alter quam *pallatam* dest penulatam per ea tempora prodiisse notissimum est) ad pertica feminis destinatam sese receperit ? Nihil dubito quin ea fuerit Calpurnii mens :

Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter femineas spectabat turba cathedras :
Nam quaecunque patens sub aperto libera caelo
Aut eques, aut nivei loca densavere tribuni.

Cum praeter morem cuneos omnes eques & tribuni densassent, quid propius fuit, quam ut illi penulati matronarum confessui sese interponerent ? Nisi id praeter morem accidisset, quid caussae fuerat, quamobrem postea rationem eius facti afferret ?

Digitized by Google

dam ſtatuerunt. Ac mea quidem ſententia Apollinis προστατηρίου imago fuiſſe videtur (90).

CAPVT SEPTIMVM.

De Campano amphitheatro per ſequiora ſaecula.

I *Variae eiuſdem appellationes.* II *Amphitheatri Campani per ſequiorem aetatem hiſtoria.*

I *Amphitheatri huius per Langobardorum aetatem nomina.* II Coloſſus, *aut* coliſaeum. III *In eius explanatione nominis doctorum allucinatio. Ab excelſitate fabricae vera eſt origo.* IV *Altera appellatio*, Berelais *ſive* Berolaſis. V *Suus venationi amphitheatrali ſub Gothis honos. An a* berſa *Berelaſis.* VI Berelais *non tam arenae, quam arcis appellatio fuiſſe videtur. Hungarico ſermone quid ſignificet.* VII Berolaſis *iaem quod* παλαίπολις. *Vetus Capua quando ſubverſa funditus. Nova Capua quando exaedificata.* VIII *Schiſma inter Landulfum & Landonulfum. Landulfus epiſcopus Berolaſis.* IX *Cur interdum* Berelais *pro arena poſitum videatur? Dari* ad cohabitandum, ad convivendum *quid?* X *Vox* Berolaſis, *qua* παλαίπολιν *ſignificat, unde adſcenda.* XI *Campanum amphitheatrum a Gothis illeſum & Saracenico urbis incendio ſuperſtes.* XII *Sub Comitibus Campanis in monumenti uſum interpolatur.* XIII *Ex Erchemperto excerpta ex amphitheatro. Berelais Landonis* Segnis *portio.* XIV *Duo Athanaſii moribus diſſimillimi. Berelais ab Athanaſio infeſtatur.* XV, XVI *De Campano gymnaſio.* XVII *Ab infeſtanda Berolaſi Athanaſium Papa deterret, cuius ille detrectans imperium excommunicatur: ſtatimque abſolutus, non tamen reſipuit.* XVIII *Berelais Athanaſio paruit per ſexennium.* XIX *Berolaſica obſidio.* XX, XXI *Atenulfi victoria ad S. Caſſium, & Berelais recuperatio. Guaiferii* Coloſſienſis *exitium. Annus recuperatae Berelais.*

I *Variae eiuſdem appellationes.*

I AMphitheatri noſtri veterum ſcriptorum qui meminerit neminem adhuc nanciſci potui: poſteriore autem aetate Erchempertus monachus Benedictinus natione Langobardus, qui nono exeunte ſaeculo, & qui-

(90) Apollinis προστατηρίου ſeu praeſidis meminit Euripides Electr.

Καλοῖς ἂν ἔδη Φοίβου προστατήροις.

Apollinem ſupra portas ſive templorum ſive publicorum aedificiorum collocari conſueviſſe, memini alicubi me legiſſe: [(Gaſpar Saggittarius de Ianuis vet. cap. 34 ait a Macrobio Saturn. I, 9 fieri mentionem Apollinis Θυραίου, & ex Helladici Beſantini auctoritate probat Apollinem Ἀξίεω prae foribus cultum. Vide IV Reg. XIII, 11.)] id, ſi verum, τῇ τῶ προστατηρίω ἐπωνυμίᾳ mirifice quadrat. Et colonias pleraſque Apollinem praeſidem adſciviſſe mihi perſuadeo: in nummis certe tum Graecis tum Latinis Campaniae & vicinarum regionum nihil frequentius, quam Apollinis laureati caput, viſitur. Adhaec coloniae Capuae peculiaris cauſſa, cur Apollinem ſibi praeſidem adoptaret, ea eſſe potuit, quod Campani in Dianae Tifatinae (quam πολιοῦχον ideſt *urbium praeſidem* Apollonius l. 1 vocat) tutela eſſent: cuius frater Apollo. Fortaſſe quemadmodum ſupra meridianam amphitheatri portam, quae Cumanum Phoebi χρηστήριον ſpectabat (& ſcimus aliquando Cumas in Campanorum poteſtate fuiſſe) Apollinis ſimulacrum fuit: ita ſupra borealem, quae Tifatinae Dianae fanum aſpiciebat, huius Deae ſimulacrum cernebatur; quam ceteroqui Deam amphitheatralis venationis praeſidem exſtitiſſe, alibi diximus; ſicuti & Apollinem ἀγρευτὴν appellat Euripides. Vtut eſto hanc certe, qua de agimus, Apollinis fuiſſe protomen, vix eſt ut dubites, cum & pulcherrimi iu-

Digitized by Google

quidem Capuae, ut videtur, suam Langobardicam scripsit historiam (quam olim ab Antonio Caracciolo, iterumque emendatiorem a Camillo Peregrinio editam nuper cl. Muratorius tomo secundo scriptorum Italiae inseruit) saepe huius molis iniicit mentionem; a quo modo *Berelais* modo *colossus*, alibi *amphitheatrum* aut *arena* appellatur. Itaque priorum potissimum duorum nominum causas rimari libet: nam *arena* cur dicta fuerit, in promtu est ratio, quia in eius area arena insternebatur, in qua pugnae committerentur; & hodieque amphitheatra omnia ubiubi exstantia arenas communi vocabulo nuncupari Lipsius de amphitheatris quae extra Romam cap. I testatur.

II A *colossi* vocabulo ordiar, cuius haud difficilis investigatio exsistit, quippe ob eandem caussam, qua Flavium amphitheatrum *colisaeum* vulgo appellatur, nostrum quoque *colossum* dici placuit. Neque enim *collisaei* vocabulum nostra primum aut patrum nostrorum aetate de Romana cavea exaudiri coepit. Iamdudum illa vox omnium est sermone tritissima; & ex sequioris aetatis scriptoribus nonnulla exempla in Cangii glossario reperies (91).

III Verum undenam Flavium amphitheatrum id nomen invenerit, quis hactenus expedivit? Lipsius de amph. cap. 2. in margine hanc attulit caussam: *Quia*, inquit, *Neronis cum capite colossus in vicinia*. Id quod a Lucio Fauno hausisse videtur, qui lib. III de antiq. urb. Rom. cap.

iuvenis, & ἀχρηϊόρυ, & non solum intonsi, seu ἀκρόκομοι, verum etiam κοσμοπλόκοι (quemadmodum in anthologia appellatur) imo etiam calamistrati, crinnis hinc & inde dependentibus, speciem exhibeat.

Verum quid illud est, quod urna sinistro in latere cernitur? De hoc nihil memini me legisse: nisi forte id spectat Apollinem vatem & μυθολογητὴν. Vidi nuper apud mihi amicissimum Franciscum Ciccarellium, cui amphitheatrici tituli sarta tecta debet posteritas, elegantissimum anaglyptum; quo prope Phoebi sortinam Pythia virgo cernitur, manu altera lyram, altera pelvim, in quam virgo altera alata liquorem nescio quem alte ex urceo effundit: de quo anaglypto alias fortasse differetur. [De anaglypti Ciccarelliani pelvi divinatoria vide adnotata ad Genes. XLIV, 5, & Plinium lib. XXX, initio cap. 2, ubi de divinatione per aquas & pelvim.]

Alia, si e capita humerorum tenus, quae imae dispositionis arcubus adhaerebant, sive umbilicata simulacra quae superioribus fornicibus affigebantur, & olim innumera, & quotidie deteguntur; cuiusmodi sunt Iovis Ammonis & Mercurii umbilicatae imagines exteriori praetorii parieti cum aliis nonnullis affixae, & alibi aliae.

(91) Ac primum exstat Bedae vaticinium in excerptis seu collectaneis eiusdem Bedae in hunc modum: *Quamdiu stabis Colysseus, stabis & Roma: quando cadet Colysseus, cadet & Roma: quando cadet Roma, cadet & mundus.* Sed & ex Anastasio in Stephano II haec affert Cangius: *Dum ad Colisseum advenissent* &c. Quae quidem verba in Stephani II seu potius III (nam Stephanus secundus is fuit, qui initio vitae Stephani III triduo aut quatriduo in pontificatu vixisse narratur) vita non reperi. Demum Vgutionis de *coloseo*, ut is appellat, putida fabella narratur de dispositis ibi arte necromantiae omnium provinciarum imaginibus, ex quibus Romani pernoscerent, si quid in aliqua provincia turbarum interveniret. Quam fabulam vide apud Cangium in *Coliseum*. [Atque heic abs re non erit monere Periegetam Latinum a Iac. Gothofredo editum nova loquendi consuetudine *Colosseum* (Romanum credo) *statuam* appellasse: nam cum sciret praegrandes statuas appellari colossos; quod colosseum vulgo dicebatur, id homo latine balbutiens, *statuam* nuncupavit. *Namque Rhodum insulam & civitatem maximam* (Romam intellige quae μεγαλόπολις tertio & quarto saeculo passim appellabatur, ut ad Apocal. XVI, 39 adnotavimus) *quas prophetavit Sibylla ab ira Dei esse perituras. Est autem in ipsam civitatem STATVA, quam omnes COLOSSEVM nominant, novam mirae magnitudinis, dolus enim in ipsa fuit secundum prophetiam Sibyllae*, &c. Quae cum Bedae vaticinio, quod supra ex Cangii glossario attulimus, mire consonant.]

Digitized by Google

cap. 12 eandem ante Lipſium eius appellationis originem attulerat: idque ceteri caeco impetu potius quam certa ratione ſecuti ſunt. Quid enim ea ſententia habet, quo probari poſſit? (92) Vera eius vocis origo non ab aliquo in vicinia coloſſo petenda eſt, ſed e coloſſea amphitheatri ipſius excelſitate, quam *aegre*, ut ait Ammianus, *viſio humana conſcendit*: praeſertim cum non proceriſſimas tantum ſtatuas, ſed & quidquid in immenſum ſurgeret, tali aliqua appellatione donatum inveniam (93).

IV

(92) Nihil certe ineptius fingi poteſt, quam a vicino coloſſo amphitheatrum appellatum eſſe *coloſſaeum*. Prae hoc quidem commento tolerabilior illa fabula fuerit, quam affert Suidas in voce Κολοσσεῖς, Coloſſenſes illos, ad quos Paullus ſcripſit epiſtolam, non alios fuiſſe quam Rhodios, a celebri nimirum coloſſo ita appellatos: cum tamen conſtet a Phrygiae non obſcuri nominis civitate Coloſſenſes cognominatos. Verum fabulae iſtae faceſſant. Flavium amphitheatrum per ſequiorem demum aetatem Coloſſaeum dici coepit, cum non amplius coleſſum illum vicinum haberet, poſtquam diu antea Imperator Hadrianus alio coloſſum iſtum tranſtuliſſet, uti narrat Spartianus; qui *ſtantem atque ſuſpenſum per Decianum architectum* translatum in Hadriani vita prodidit. Vel veterum ſcriptorum aliquem proferant, qui politiore latinitatis ſaeculo ſic Flavium illam caveam appellatam doceat. Poſtremo per eadem poſteriora ſaecula Campano etiam amphitheatro id nomen quaeſitum fuit, cum nullum tamen in vicinia adſitum coloſſum haberet: tantumque abeſt, quin ab adiacente aliquo coloſſo id nomen ſibi adſciverit ut ipſum potius amphitheatrum *coloſſus* ab Erchemperto vocetur.

(93) Et Romanum amphitheatrum *coloſſeum*, & noſtrum *coloſſus* ſine controverſia non aliunde, quam ab immanitate atque excelſitate molis ſunt appellata. Κολοσσός, inquit Heſychius, ὁ διάπυρος σκιὰ, καὶ τὸ εἰς ὕψος ἀΐσσων. Quidquid ergo praeter morem ſubrectum conſpiceretur, κολοσσός Heſychio teſte dicebatur. Et ſavet huic notioni mirifice *coloſſi* etymon quod Etymologus affert: Κολοσσός, inquit ille, παρὰ τὸ κολούω (ὅ ἐστι μειῶ) τοὺς ὄσσους (τουτέστι τοὺς ὀφθαλμούς) διὰ τὸ μείουν ὄψιν. ὡς μὴ ἐρίζειν μέ τινα τῶν ὀφθαλμῶν ὁρᾶν. Putat igitur dictum coloſſum ab *imminuendis* & *decurtandis* oculis, qui minores ſe eſſe ſentiant, quam ut obtutu poſſint aſſequi excelſitatem. Quam Etymologi ſententiam Papinius ſilv. carm. I non parum iuvat, ubi comparatione inita inter coloſſicum Domitiani equum, & alterum e regione templi Veneris poſitum, longe illum excelſiorem affirmat; itaque ait:

Vix LVMINE PESSO
Explores, quam longus in hunc deſpectus ab illo.

[Idem etymon inſinuat Vitruvius III 3: *Quo enim*, inquit, *altius oculi ſcandit acies, non facile perſecat aëris crebritatem: dila ſa itaque altitudinis ſpatio, & VIRIBVS EX ALTA, incertam modulorum renuntiat ſeribus quantitatem. Quare ſemper adiciendum eſt rationis ſupplementum in ſymmetriarum membris, ut cum fuerint in altero hac loco operi, ante etiam ipſa COLOSSICOTERA* (u recte reſcripſit Philander, cum antea *Coloſſi* ceteri legeretur) *certam habeant magnitudinis rationem*.] Quare quidquid ita in altum erigeretur, ut oculorum aciem fatigaret recte id ſive coloſſus, ſive coloſſeum ex Heſychii & Etymologi ſententia dicebatur: nihil vero magis quam amphitheatrum illud Flavium de quo haec habet Ammianus Marcellinus, qu e Etymologi verbis paria ac germana cenſebis. *Amphitheatri molem*, inquit lib. XVI, cap 17, *ſolidatam lapidis Tiburtini compage, ad cuius SVMMITATEM AEGRE VISIO HVMANA CONSCENDIT*. Par altitudo & immanitas noſtri fuit, ut merito *coloſſus* diceretur. Dimum ſicut *coloſſicum ſignum* Plinius [& *Statuam Coloſſicam* Vitruvius II 8,] non dubito enim ita reſtituendum quod vulgo legitur *ſtatuam Coloſſi* ineptiſſime. Locus enim ſic habet: *In ſumma arce media Martis fanum habens ſtatuam coloſſi, quam ἀκρόλιθον dicunt, nobili manu Tolochariis factam*)] & alii paſſim dicebant, ſic ampliſſima quaeque *coloſſea* dici potuiſſe Vitruvii auctoritas docet, qui κολοσσικὰ ἔργα onera dixit lib. X, cap. 4 in hunc modum: *Sin autem coloſſicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit ſecuras ea timentibus*. [Poſtremo eadem notione Strabo lib I ad finem pag. 13 Κολοσσικὰ ἔργα dixit, quod interpres Xilander minime aſſecutus *i gentes ſtatuas* interpretatur, cum potius *ingentia aedificia* vertere debuiſſet. Κεφάτερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς κολοσσιαίοις ἔργοις, ἢ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν. ἀλλὰ τοῖς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον, ἐὰν ᾖ καλῶς τὸ ὅλον, &c. *Quemadmodum vero in ingentibus aedificiis, non in ſingulis particulis exacta quaeritur ſubtilitas, ſed id magis perpendimus, totum ne opus recte ſit conſectum.* Profecto enim in maximis aedificiis id verum eſt, in toto accurationem quaeri magis, quam in ſingulis partibus, non item in ſtatuis; quae quo

IV Venio nunc ad alterum Campani amphitheatri nomen *Berelais* sive *Berolasis* (94) quod ad hunc usque diem omnium sermone usurpatur (nec enim alio nomine, quam *Vorlasci* docti indoctique caveam illam hodieque appellant) cuius inquisitionem longe difficillimam puto ob septentrionalium linguarum inscitiam, unde hoc vocabulum manasse indubie oportuit: cum eo primum tempore orta ea vox fuerit, cum illa septentrionalium populorum colluvies in Italiam inundavit.

V Et quidem Erchempertum, qui nono exeunte saeculo Langobardorum Capuae dominantium scripsit historiam, pervolutanti vix dubium esse videatur, quin vox *Berelais* amphitheatrum significet: nam cap. 41 de Guaiferio ait: *Adveniens Berelais, hoc est amphitheatrum* &c. Adhaec idipsum quod ab eo *Berelais* appellatur, alibi *arena*, sive *colosſus*, sive *amphitheatrum* dicitur: vix ut dubitandum videatur, quin alia nulla, quam amphitheatri notio ei vocabulo subiecta esset. Quod si res ita se habet, nec aliud ea voce quam amphitheatrum notatur, per Gothica maxime tempora eam vocem ortam oportuit: quippe cum sciam sub dominatione Gothica amphitheatralem venationem adhuc fuisse frequentatam, ac potissimum tempore Theodorici regis, uti constat ex Cassiodoro v var. 42, qua Maximum hortatur ad liberalitatem in bestiarios exhibendam, & multus est in variis venatorum artibus ad eludendas bestias describendis. [Idem Theodoricus in excerptis Chronicorum, quae Valesius ad Ammiani calcem edidit, dicitur *exhibens ludos Circensium & Amphitheatrum*; h. e. venationem, quae sola tunc in Amphitheatris, abolitis gladiatoribus, dabatur. Ibidem paullo post de eodem Theodorico legitur: *Item Ticenum palatium, thermas, amphitheatrum, & alios muros civitatis fecit.*] Etymon vero quod attinet, dubitabam sane utrum arcessendum a vocabulo *berſa* esset, quod locum sive saltum undique circumseptum, nequis feris egressus pateat, ad exercendas venationes significat: & *berſare* idem fuit quod intra eas berſas venari, & *berſarii* iidem, quod id genus venatores: de quibus vocabulis Cangii glossarium consulatur. Accedebat, quod & iam olim initio non ob aliam causſam, quam ad venationes exhibendas exstructa amphitheatra fuerint (unde θέα-

quo maiores sunt, tanto exactiorem in singulis membris requirunt diligentiam. Quis enim negat multa in pusillis simulacris non exprimi, ac ne posse quidem, quae in colossicis signis negligere citra inscitiae notam non liceat? Ergo κολοσσικὰ ἔργα Straboni sunt amphitheatra, ac similes fabricae.]

(94) Apud Erchempertum non aliud frequentius amphitheatri nomen occurrit, quam *Berelais*: quam vocem non uno modo scriptam in libris Peregrinius in var. lect affirmat, nam & *Bereali* & *Berolasi* & *Berolassi* inveniri testatur. Sed magis est ut *Berelais*, ut in editione Erchemperti exhibetur, legatur, quo modo & apud Iohannem abbatem Casinensem Capuae olim Archidiaconum in chronico legitur. In duabus tamen epistolis Iohannis VIII, quas deinceps producam, *Berolasis*, sive ut in Harduini editione habetur, *Berolassis* appellatur. Demum in Anonymo Casinensi *Berelais* quoque inveniri Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 228 affirmat, a quo & Vghellius eadem descripsit, & Cangius ab Vghello. Sed fugit memoria Monachum: nam in toto Anonymi illius chronico (quod olim Antonius Caracciolus inter quatuor chronologos, nuperque Muratorius ediderunt) semel iterumque a capite ad calcem pervolutato frustra eam vocem quaesivi.

Digitized by Google

θέατρα κυνηγετικὰ, ut alibi dictum, Graecis appellabantur) & per Gothica tempora, desitis iam ab Honorii usque aetate gladiatoribus, non aliis usibus, quam venatibus serviebant, uti modo ex Cassiodoro v var. 42 demonstrabam. [Quin diu etiam post Theodoricum venationum spectacula adhibita Canon LI Trullanae Synodi sub exitum saeculi septimi coactae docet, quo inter cetera venationum spectationes cum Clericis, tum laicis interdicuntur, illis depositionis, his segregationis poena proposita.] Sed tamen vix est ut vox *Berolasis* a *berja* adscisenda videatur, quod una tantum syllaba utrique vocabulo sit communis (quemadmodum vix etiam a *bero* quod Belgis ursum significare dicitur, quod genus animal in amphitheatris frequens exhibebatur) &, quod totius rei caput est, si a Gothis id nomen fuisset impositum, cur ante nonum saeculum nusquam ea vox occurrit? Cur Flavium amphitheatrum & cetera per Italiam non eodem nomine appellata?

VI Itaque illa quoque suspicio subiit, utrum *Berelais* sive *Berolasis* arcem significaret, quippe qui ex Erchemperti historia nossem nostrum amphitheatrum nono exeunte saeculo propugnaculi loco fuisse, de quo deinceps dicetur. Cumque de ea re virum optimum ac doctissimum Thaddaeum Omulrian Augustalium in hoc regno copiarum tribunum militum consuluissem, quod is non solum Hibernicam, unde domo profectus, Anglosaxonicam, Italicam, sed & Francicam, Germanicam, Belgicam, Slavicam, Hungaricam aliasque septentrionales linguas apprime callet: is pro sua humanitate sic Berolasim est interpretatus, ut *castrum Italicum* significare diceret: ut sit vox ex duabus Hungaricis conflata nominibus, *Var* quod arcem notat (95) & *Olasz*, quod Italiam signi-

(95) Plurima sunt per Hungariam oppida quae ex voce *Var*, quae arcem significat, aliquo praeposito aut postposito epitheto nomen invenerunt: ut *Ovar*, idest vetus arx, *Vivar*, nova arx, *Temesvar* ex *temes* quod rivulum valet, & *var* conflato nomine, quod ad cuiusdam rivuli utramque ripam id castrum conditum iam ab initio fuerit, quod in celebrem postea urbem evasit; & *Feiervar*, idest alba arx, quae olim *Alba Iulia* & *Apulum*, nunc Germanis *Weissenburg*, ac demum *Carlstad* a nostro invictissimo CAROLO VI AVG. appellata. Alia innumera castrorum aut oppidorum nomina per Hungariam, Transylvaniam, Serviam, quae eadem analogia postposito *Var* formantur, quae idem doctissimus Omultrianus mecum amicissime communicavit, comportare huc supersedeo. Sed & *Var* interdum praeponitur (ut propius ad nostrum *Berolasis* accedatur) ut *Varadin*, idest arx melopeponum. Cognationem vero V & B litterarum cui inauditam putem, ut mirari possit ex *Var Berolasim* fieri potuisse? Aut quis ignorat A & E ceteraque vocales in linguis frequentissime permutari, & consonarum potissimum habendam esse rationem?

[Quin etiam *Barum* apud Langobardos ipsos *Arx* dicebatur. Testis mihi Paulus Diac. I, 26 *In castro Casini quod Barum appellatur*. Is locus mire adhuc torsit eruditos dum alii aliud substituunt. Nuceus (mihi pag. 163) *Arx* legi iubet: prorsus inepta lectio; ineptum est enim *in Castro quod arx appellatur*; neque enim *Arx* nomen proprium, sed appellativum. MS. codices non uno modo habent. Est ubi legatur *Bacrum* (in variis lectionibus apud Paulum Diac. in Muratorio p 4 1), alii apud Nic um ibidem *Baurum* habent. Vera lectio *Barum* vox Langobardica arcem significans; unde prona fuit in *Harum* depravatio, quippe B & V consonans permutantur: V vero seu digammatis AEolici in H facilis mutatio. Atque hinc orta Baronum vox potius, quam unde arcessit Cangius. Sane feudorum res tota a Langobardis est, unde & nomen Baronum inde venisse est verisimile.

Accedit altera illius castri appellatio *Mello*. Sciendum Langobardos biblico sermoni fuisse addi-

significat (96). Ab Hungarico sermone nemo miretur si vir doctus vocabulum arcessiverit: nam Hunnos, a quibus Hungari propagantur, in Pannoniam primum, postea in Italiam irrupisse nemo est qui ignoret. Et habeo viro docto gratiam; tum quod sane probabilem mihi interpretationem suppeditarit; tum etiam potissimum quod facillimus mihi inde gradus fuerit ad alteram firmandam coniecturam, quae iam tum, cum huic commentario manus admovi, animo obversabatur.

VII Sic enim, usu vocis *Berolasis* apud scriptores ipsos etiam atque etiam perpenso, mecum certissime semper statueram, videri ea voce non aliud Langobardos significare voluisse, quam παλαιπολιν, seu veterem civitatem. Etenim ante nonum medium saeculum nusquam alibi ea vox occurrit, ac tum primum orta est, cum anno circiter 840 vetus illa Capua, quae ubi nunc oppidum, quod *S. Maria* dicitur, latissima in planitie explicabatur, Saracenico incendio conflagravit. *Cum his* (Saracenis), inquit ignotus monachus Casinensis Muratorii to. 2, p. 266, C, *Radelchis totam devastavit Siconolfi regionem, CAPVAMQVE PRIMARIAM redegit in cinerem*. Neque statim post eam conflagrationem *Berolasis* audiri coepit: etiam tum cum Sicopoli, quam in monte Triflisco condiderant, Campani degerent, tamen veteris urbis reliquiis Capuae nomen inhaeserat (97). Demum postquam anno 856 incensa Sicopoli, nova haec altera Capua *ad pontem Caselini* est aedificata: tum demum & prior Capua eo nomine appellari desiit, ne cum altera confunderetur, & *Berelais*, sive *Berolasis* nomen inaudiri coeptum ad veteris utique illius Capuae reliquias designandas. Hinc apud Erchempertum cap. 40 mortuo iam Landulfo episcopo & comite Capuae anno 879 eius nepotes *in unum collati*, inquit scriptor ille, *diviserunt inter se sub iureiurando Capuam* (idest comitatum Capuanum) *aequa distributione. Pandonulfus urbem Teanensem & Casamirtam; Lando* (non ille senior, cui olim Capua vetus obtigerat, sed alter iunior, & *segnis* cognominatus, Pandonulfi filius, pater Landulfi qui postea episcopus Berelais fuit, uti postea dicetur) *BERELAIS & Suessam, alter Lando Calinium & Caiaziae* &c. Ridicula sane Landonis *segnis* portio fuisset,

V si ei

addictissimos, vix enim alium librum in manus sumebant. Hinc cum Mello nomen arcis in lib. Regum legissent, ea appellatione libenter usi. Frustra sunt qui aliter explicant. Sicuti ergo sermone Biblico Arcem Casini Mello appellarunt, sic vernaculo *Barum*, seu *Varum*, quod arcem significat.]

(96) *Olasz* Hungaris esse Italiam his exemplis conficit idem Omulrianus: nam *Olasz orszag* Italicum regnum significat: *nem tudom olaszul*, hoc est *non scio Italice*.

(97) Nam anno 842, *Subtracto*, inquit Erchempertus cap. 21 *ex hac luce Landulfo* (illo seniore) *Capuano comite . . . quatuor reliquis liberos . . . ex quibus Lando CAPVAM, Pando Marephais Suram, Landonulfus Teanum regebat* &c. Quo loco *Capuam* procul dubio veteris Capuae reliquias intelligit: nego enim Sicopolim eo nomine intelligi posse; nam praeter nominum diversitatem, Sicopolis communiter ab omnibus fratribus inhabitabatur, eoque nemini eorum assignata fuit. Quemadmodum apud eundem Erchempertum cap. 40 cum nepotes Landulfi Episcopi vita functi comitatum Capuanum inter se partirentur, nemini eorum altera haec ad pontem Caselini recens exstructa Capua obtigit, quia communiter haec ab omnibus iis fratribus incolebatur.

Digitized by Google

si ei amphitheatrum tantum cessisset. Atqui *Berelais*, quae Landonem contigit, non aliud profecto fuit, quam quod ex vetere Capua superfuerat: & sermone Langobardico Berelais idem quod πολίπολις fuerit.

VIII Accedit quod post eiusdem Landulfi episcopi mortem, exorto inter Landulfum Landonis *segnis* filium, eiusque patruum Landonulfum schismate: sic demum utcunque res est composita, ut Landonulfus nova in Capua sederet, Landulfus vero *Berolasim* ideſt (ut equidem interpretor) veterem Capuam, quae Landoni patri obtigerat, regeret. Et exstat Iohannis VIII epistola conscripta anno 881 quae sic inscribitur: *Omnibus episcopis Caietam, Neapolim, CAPVAM, BEROLASIM & Amalphim, Beneventum & Salernum incolentibus.* Vbi pontifex *Capuam a Berolasi* ita distinguit, tanquam si Capuam novam & παλαίπολιν dixisset. [Revera Constant. Porphyrog. apud Peregrinium in Camp. pag. 170 dictam eam, quae hodie exstat, ait Καπάντην; quod V. Cl. mutat in Καπάνων quasi Καπύην νέαν.] Age vero fac *Berolasim* pro amphitheatro positum, quis risum tenere possit, audito vix tantum episcopo amphitheatri? Sedes autem episcopi Berolasis in ecclesia S. Stephani fuit, cuius etiamnum haud procul amphitheatro vestigia visuntur. Constat id ex Erchemperto cap. 46: *Egressus*, inquit, *ex urbe* (Capua nova Landulfus) *episcopalem ad sedem propriam B. Protomartyris properavit, quo possit quietam ducere vitam.* Sed & ecclesiam *S. Mariae Suricorum*, quae nunc collegialis est, cathedralis ecclesiae loco fuisse constat ex altera Iohannis VIII epistola, qua idem Landulfus *episcopus Suricorum* appellatur.

IX Neque illud incommodat quod apud Erchempertum *Berelais*, *amphitheatrum*, *colossus* & *arena* tanquam synonyma usurpantur: nam cum veteris civitatis reliquiae amphitheatro potissimum adiacerent, ab eoque tanquam arce praesidium sibi adscisceret: hinc factum ut *Berelais*, etsi ceteroqui παλαίπολιν significaret, tamen ad vitandam ταυτολογίαν (nam mirum in barbaro quamvis illo scriptore Erchemperto variae dictionis studium) aliis nominibus sive *arena* sive *amphitheatrum*, a potiore nimirum sui parte, appellaretur. Et tamen vel tum etiam cum amphitheatri voce utitur Erchempertus, non obscure tamen significat, se παλαίπολιν intelligere, veluti cum cap. 50 ait: *Dato AMPHITHEATRO eidem Athanasio: & ille Guaiferio ad cohabitandum tradidit* &c. Non enim amphitheatrum *ad cohabitandum* datum fuit, sed id universum quod ex urbe vetere superabat, quod a potissima sui parte *amphitheatrum* dicebatur. Frequens est apud sequioris aevi scriptores illa locutio, qua oppida alicui procerum *ad cohabitandum*, *ad habitandum*, *ad convivendum* dari dicuntur: qua quidem loquendi ratione non aliud quam oppidi illius dominatio, aut certe administratio designatur.

X Satis iam, opinor, superque demonstratum fuit, *Berelaim* seu *Berolasim* idem quod πολίπολιν significasse. Nunc origo vocis perscru-

tan-

Digitized by Google

tanda esset: quae quoniam a septentrionalibus, uti saepius dixi, linguis est arcessenda (nam inde Langobardi profecti Italiam insederunt), idcirco viris doctissimis, qui in iis diu multumque sint volutati, eam inquisitionem integram relinquo. Tamen non inepte mihi videtur *Berolasis* ex Hungarica voce *Var* & Germanica *Alt* posse derivari. De *Var* iam supra dictum fuit, qua non solum arx, sed etiam civitas significatur, ut ex innumeris Hungaricis oppidis, quorum nomina in *Var* desinunt, (quorum aliqua not. 95 recensui) aestimari potest: quibus accedit quod *Varos* apud eosdem Hungaros non aliud quam civitatem significat. *Alt* autem, sive (ut Germani pronuntiare solent) *Olt*, idem est quod vetus: unde vox *Old* ad Anglosaxones manavit, quod idem significat, ut *Oldcastel* (quod cuiusdam Iohannis Wiclefianarum in Anglia partium quintodecimo ineunte saeculo cognomen fuit) idem Anglice valet, quod castrum vetus. Itaque ex duabus iis vocibus *Var* sive *Bar*, & *Olt* vocabulum *Berolasis* conflari potuit, ut idem hoc plane fuerit, quod παλαίπολις. Et vox Germanica *Olt* fieri potest ut olim per Langobardica tempora *Olas* diceretur. Sed rimentur ii felicius, qui arctoas dialectos norunt, quo pacto *Berelais* aut *Berolasis* veterem civitatem Langobardico idiomate notarit: modo illud constet, non aliam notionem ei vocabulo, quam παλαίπολιν, fuisse subiectam. [Eodem anno 1727, quo haec edidi, prodiit medii aevi Italia: in appendice ad tom. 2 script. Italiae, Berolasis veteris Capuae appellatio fuisse dicitur, sed nulla ratione allata. Laetor in eadem nos incurrisse vestigia.]

II *Amphitheatri Campani per sequiorem aetatem historia.*

XI Ac de barbara nostrae huius caveae appellatione satis. Nunc quid eidem per eadem illa infelicia saecula contigerit, porro exsequamur. Ac Genserico primum Capuae vastitatem afferente, num quid infortunii huic moli acciderit, quis facile assequetur? Et si quid a Genserico iniuriae passum, a Postumio Lampadio consulare Campaniae refectum puto, cuius olim inscriptio in amphitheatro reperta, quae nunc Capuae visitur, sic habet: POSTVMIO . LAMPADIO . V. C. ET . INLVSTRI . CONS. CAMPANIAE . RESTITVTORI . PATRIAE . ET. REDINTEGRATORI . OPERVM . PVBLICORVM. cetera lege apud Grut. p. 459, 1, de qua inscriptione alibi dicetur. Per Gothica certe tempora nego ullam ei illatam iniuriam: cum adhuc amphitheatralis venatus in pretio & honore esset, ut ex Senatore v var. 42 colligimus, ubi multus est in amphitheatrali venatione describenda. Adhaec Langobardica dominatione obtinente, quo tempore Radelchis Beneventi princeps Campanis, quod hi Siconolfo Salerni principi studerent, infensissimus, Saracenos sibi adiunxit, *Capuamque primariam* (ut verbis utar

Digitized by Google

ignoti monachi Casinensis apud Murat. to. 2, p. 266) *redegit in cinerem*: vix fieri potest, quin maximum tum amphitheatro vulnus inflictum fuerit. Sed aedificii firmitas hostili, opinor, facile furori restitit, ne plane everteretur.

XII Demum sub extrema comitum Capuanorum tempora longe alia huius amphitheatri fortuna fuit; nam e ludicri spectaculi theatro in arcis usum ii traduxere: id quod & ex Erchemperti historia palam fiet, & ex quibusdam novitii operis substructionibus non uno equidem loco deprehendi (98). Et eam quidem cum multis per Europam amphitheatris fortunam communem habuit (99).

XIII Quando autem Erchemperti saepe facta est mentio: non erit inutile quaecunque ad nostram hanc arenam spectant ex eius historia decerpere. Ac primum omnium cap. 40 haec leguntur: *His quoque diebus Landulfus jam fatus praesul* (primus is novae Capuae episcopus, idemque comes) *percussus interiit* (anno 879) . . . *Videntes autem nepotes illius depositionem, in unum collati diviserunt inter se sub iureiurando Capuam* (idest comitatum Capuanum) *aequa distributione. Pandonulfus urbem Teanensem & Casamirtam* (hodie Casertam) *Lando BERELAIS & Suessam; alter Lando Calinium* (quae nunc Carinola dicitur) *& Caiaziae. Atenulfus coepit aedificare castrum in Calvo. Landulfum autem adolescentulum Landonis filium . . . . unanimiter pontificem constituerunt. Sed segnitie proprii genitoris* (Landonis cognomento segnis) *qua naturali-*

(98) Atque eo referendas puto quasdam in amphitheatri ruderibus sepulcrales inscriptiones interdum repertas: neque enim putandum est, licuisse olim in amphitheatro sepeliri. Quis unquam sibi hoc persuaserit? Verum posterioribus saeculis ad novas ibi substructiones moliendas quoscunque lapides ad manus habuissent, etiamsi tituli sepulcrales exsisterent, iis usi sunt. Vel dum haec scriberem, unus ex his sepulcralibus cippis novitio parieti inaedificatus sese prodidit, qui sic habet:

VICTORIA HAVE
B V

De statuarum vero aliusve generis inscriptionibus longe aliud esto iudicium. Clarissimorum enim virorum memorias in huiusmodi publicis locis poni nec apud Romanos, nec apud Graecos insolens fuit. Cic. IV fam. 12: *Posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco* (nimirum Academia) *monumentum ei* (Marcello) *marmoreum faciendum locarent*. Itidem Capuae clarorum virorum aut de colonia benemeritorum statuas & elogia in amphitheatro posita, testes eae epigraphae sunt, quas non raro ibidem detectas novimus. Prae ceteris Postumii Lampadii elogium, quod Capuae visitur, cum sua statua, qua quid factum sit nescio, in amphitheatro olim fuisse repertum in quodam Mſs. codice memini me olim legisse. Sed cum id epigramma Capuae, inquam, profiet: cur a Grutero p. 459, 1 Romae ponitur, & Capuae ex aedibus Michaëlis Perpignani Romam traductum refertur? An plures eodem exemplo inscriptiones Capuae repertae?

(99) Non Campanum tantum amphitheatrum praesidii loco usurpatum fuit. Nam Rotherius Episcopus Veronensis de Veronensi amphitheatro haec habet apud Cangium in *Arenae: Ipse*, inquit, *in circum quod Arena dicitur ob custodiam munisterat*. Almoinus lib. III, cap. 1: *Treviris in arenis civitatis praesidio locato conatibus eius restiterunt*. De eodem amphitheatro historia Trevirensis p. 208: *Civium pars aliquanta in arena civitatis ideſt amphitheatro, quam munierunt, liberata est*. In historia Wambae regis: *Intra arenas* (Nemausenses) *quae validiori muro antiquioribus aedificiis cingebantur, se muniendos includunt*. Charta an. 1179 apud Cangium ibidem: *Fortitudinem de arenis* (Nemausensibus) nominat. Ac de arenis Nemausensibus exstat & Roderici Toletani testimonium apud Lipsium, quod pro munimento a Gothis fuerit usurpatum. Vide apud Cangium ibidem *arenarum Petrocoricensium excelsam turrim*; nec non *castrum arenarum* Massiliae. Nihil autem dubium quin his locis omnibus *arenae* sint amphitheatra.

Digitized by Google

raliter torpet, detentus, non eſt mox ſacratus &c. Mox cap. 41 fratrum diſcordes animi in apertum bellum proruperunt, aliis Guaiferio Salerni principi, aliis Guaideriſio ſe adiungentibus. *Quibus*, inquit Erchempertus, *ex diverſo ſine mora per Caiaziam Sicopolimque adventantibus, ab occaſu iuxta urbem Capuanam reſederunt. Guaiferius autem e contra ab ortu ſolis adveniens BERELAIS, HOC EST AMPHITHEATRVM, applicuit cum ſuis, & vallata eſt civitas* (Capuana) *boſtibus*.

XIV Tum cap. 44 narratur quemadmodum Pandonulfus cum Athanaſio, non illo ſanctiſſimo epiſcopo Neapolitano, ſed altero iuniore illius, uti teſtatur Iohannes Diaconus, nepote, ſed a patruo moribus diſſimillimo, epiſcopo item Neapolitano, & duce Neapolis, foedus iunxerit. Tum ſubiungit: *Sequenti vero anno generaliter motionem faciens* (Pandonulfus) *cum ſuis, Neapolitibus, & Saracenis* (quos nimirum Sarecenos Athanaſius peſſimo totius Campaniae foederatos habebat) *ſuper COLOSSVM, quo filii Landonis degebant, inſedit: prius tamen illos, qui reſidebant in TERMIS iuxta ARENAM, pecuniata depoſuit, & Capuam remiſit: illis vero, videlicet filiis Landonis, in AMPHITHEATRO circumſeptis pacem ceſſit, accipiens ab eis Liburiam* (quae ante *Laboriae* dicebantur) *ſub ſacramento*.

XV Atqui in *termis iuxta arenam*, quas verbis modo recitatis memorat Erchempertus, paulliſper ſubſiſtere operae pretium fuerit. Nam & ex his thermis, & ex cryptoporticu, quae in hunc uſque diem haud procul ab amphitheatro viſitur, non modo Capuae gymnaſium exſtitiſſe, ſed & eiuſdem locus non obſcure deſignari mihi videtur. Tamen ne feſtinanti moras iniiciam, quae huc faciunt, ea in ſubiectam notationem (100) in cupidorum commodum conieci: quae facile faſtidioſi tranſilient.

XVI.

(100) Fuiſſe Capuae ſub prioribus ipſis Caeſaribus gymnaſium ex Suetonio in Caligula cap. 18 non obſcure percipio: *Munera*, inquit, *gladiatoria partim in ſeptis aliquot edidit: quibus inſerviit caterva Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electiſſimorum*. Quanquam aliquandiu dubitavi, utrum illud *Campanorum* ad univerſam Campaniam pertineret, & Neapolitani Puteolanique potiſſimum eſſent capiendi, apud quos artes palaeſtricae maximo in pretio fuere. Verum difficile eſt Suetonii aetate *Campanos* dici eos potuiſſe, qui ex quocumque Campaniae oppido orti eſſent: & in inſcriptione M. Baſſaei, quam cap. V produxi, *victores Campaniae* potius quam *Campanos* dici placuit. At ſequitur, inquies, apud Suetonium *ex utraque regione*. Quaſi vero neceſſe ſit regionem pro provincia uſurpari. Atqui Cicero, pro tractu Arpinate poſuit or. pro Plancio: *Totus*, inquit, *ille tractus celeberrimus Venafranus, Allifanus, tota denique noſtra illa aſpera & montuoſa & fidelis & ſimplex & fautrix ſuorum regio*.

[Niſi vero *pugiles Campani* ſunt gladiatores. Certe Lipſius I Sat. 12 illud Ammiani XIV, 7 *vetitis certaminibus pugilum*, de gladiatoribus accepit, quos Conſtantinus vetuerat; ſic etiam Lindenbrogius ad eum Ammiani locum. At Valeſius ibidem πύκτας & πυκτεύειν Graecos de gladiatoribus dicere, ultro faſſus, negat Latinis gladiatores *pugiles* appellari. Et ut eſt apud Suetonium non videntur pugiles eſſe gladiatores; niſi pro *inſervit* legamus *conſervit*, aut pro *conſervit*, ſeu *commiſeris* accipiatur.]

Nunc quod inſtat agamus. Nam Erchemperti locus ſupra recitatus non tantum gymnaſium Capuae fuiſſe docet, ſed & eiuſdem locum deſignat prope amphitheatrum: *In thermis*, inquit, *iuxta arenam*: thermas enim, quas hic ſcriptor prope amphitheatrum fuiſſe prodit, ad gymnaſium pertinuiſſe mihi perſuadeo. Et thermae quidem

gy-

Digitized by Google

XVI Haec quae ex Erchemperto modo recitavimus, acciderunt anno 881, Erchemperto ipso testante, qui eodem cap. 44 captum se per id tempus bonisque exutum narrat, *& ad urbem Capuanam exsulem evectum x Kal. Septembris*, inquit, *anno domini* DCCCLXXXI.

XVII

gymnasii partem fuisse nemo ignorat, in tantum ut saepe gymnasia non aliter quam thermae appellarentur. Testis mihi locupletissimus Herodianus, qui quas vulgo *thermas Commodianas* appellant, ipse gymnasium nuncupavit: *Idem*, inquit, (Cleander) *GYMNASIVM quoque maximum exaedificaverat, publicatis etiam balneis, ut eo modo populum ineptiret*. Ad haec Dioeletiani thermae, quae hodieque toti vico *Termini* nomen a *thermis* utique corruptum indiderunt, quid aliud, quam gymnasium, idque amplissimum exstiterunt? Merito Ammianus de thermis Romanorum ait: *Lavacra in modum provinciarum exstructa*: intelligit enim laxissima aedificia, ita ut non tantum cellae ad lavandum ibi essent, sed & xysta, & platanones, & spatiosissimae porticus, diaetae, exedrae, ephebaea, sphaeristeria, coniseteria, elaeothesia, & alia id genus. Neapoli regio illa, qua gymnasium fuit (ubi nunc *Fureilla* dicitur) *regio thermensis* dicebatur, teste Petro Lasena in gymn. Neap. cap. 10. Illud quoque simile inter Neapolitanum Campanumque gymnasium fuisse comperio, quod utrumque amphitheatro vicinum fuit (ut omittam quod Flavium quoque amphitheatrum thermas seu gymnasium sibi adhaerens habuit, testante id Suet. Tito cap. 7: *Amphitheatro*, inquit, *dedicato, thermisq. iuxta celeriter exstructis*) nam de Campano, uti dixi, testatur Erchempertus, qui thermas, hoc est gymnasium, prope amphitheatrum statuit: de Neapolitano vero addocet Fabius Iordanus in haec verba: *In vetustis quoque*, inquit, *Sancti Sebastiani tabulis amphitheatri, & vici amphitheatri regionis thermensis nomen saepenumero legimus: quo arbitrabar quandoque inter Capuanam Nolanamque viam in loco Don Petri dicto nedum thermas, sed aliud quoque amphitheatrum exstitisse. Sed . . . apud alios sit huiusce rei iudicium*. Verum Petrus Lasena tantum abest quin prope gymnasium alterum amphitheatrum fuisse putet, ut etiam cap. septimo, p. 135 neget inter doctos esse numerandos, qui omnino Neapoli, utpote Graeca civitate ullum amphitheatrum fuisse arbitrentur: quasi vero non sub Caesaribus in Graecis etiam passim civitatibus amphitheatra aedificarentur, uti Lipsius demonstravit. Frustra est ergo Lasenae interpretatio qua amphitheatrum in regione thermensi positum non aliud quam stadium fuisse contendit. Nec tamen necesse est duplex cum Iordano Neapoli amphitheatrum adstruere. Multo erit satius regionem thermensem eo usque protendere, ubicunque demum Neapolitana cavea fuerit.

Et nostrarum quidem thermarum seu gymnasii sit mentio in quodam inscriptionis fragmento, quod apud Casampullam in suburbano Camilli Peregrinii legitur in hunc modum:

. . . VS. T. F. QVIR. NEPOS
. . . . . LAM. CALDARIAM. A . . .

ubi ὁ δᾶμος QVIRina tribu cognomento NEPOS cellam CALDARIAM (quam Vitruvius *caldarium* appellat, sed Plinius v. epist. 6 *caldarium cellam* peraeque habet) a fundamentis, opinor, sive aedificasse sive refecisse dicitur. Sed quoniam ubi id fragmentum inventum fuerit ignoratur, incertum quoque est, de thermisne prope amphitheatrum, an de aliis sit capiendum. Quis enim dubitat, quin sicuti Romae prope innumerabiles, ita & in frequentissima ac deliciis diffluente illa Capua plurimae huiusmodi fuerint?

Quae si cui forte parum firma videbuntur ad Campanum gymnasium eiusque positum indicandum, ad haec certe, quae de Campana cryptoporticu, Plinio praeeunte, sum dicturus, ne hiscere quidem audebit. Nam cryptoporticum gymnasii partem fuisse ex utriusque Plinianae villae descriptione didici, tum Laurentinae II, ep. 17, tum alterius in Tuscis v. epist. 6. Campanum ergo gymnasium haud procul amphitheatro fuit, & ibi omnino, ubi in hunc usque diem visitur *cryptoporticus*: quo sane nomine etiam Sanfelicius usus fuit ad triplicem illam porticum designandam, quae ante viginti ferme annos in regiorum stabulorum usum traducta fuit.

Et libet huc Plinii verba afferre, ex quibus intelligatur nostram cryptoporticum Plinianae fuisse non dissimilem. *Hinc cryptoporticus*, inquit lib. II, epist. 17, *probe publici operis, extenditur. Utrinque fenestras, a mari plures, ab horto singulae & altius pauciores. Hae, cum serenus dies & immotus, omnes; cum hinc vel inde ventus inquietus, quae venti quiescunt sine iniuria patent. Ante cryptoporticum aestus violis odoratus. Teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quae ut tenet solem, sic aquilonem inhibet submovetque: quantumque caloris ante, tantum retro frigoris. Similiter africum sistit, atque ita diversissimos ventos alium alio a latere frangit & finit. Haec iucunditas eius hieme, maior aestate . . . Ipsa vero cryptoporticus tunc maxime caret sole, cum ardentissimus culmini eius insistit. Ad hoc patentibus fenestris favonios accipit transmittitque, nec unquam aëre pigro & manente ingravescit*. Ad haec lib. V, epist. 6 in hunc modum habet: *Nec procul a balineo scalae quae in cryptoporticum ferunt, prius ad diaetos tres. Harum alia areolae il li, in qua platani quatuor, alia prato, alia vi-*

ueis

XVII Et ad eundem annum referenda est epistola Iohannis VIII (quae est 113 in Harduini collectione) ad Athanasium episcopum Neapolitanum, data prid. Id. Martii indict. XIV, idest anno 881. Ea in epistola Athanasium acriter reprehendit, quod nondum foedus cum Saracenis fregerit, uti promiserat, hortaturque uti quantocius id rumpat, & ut tandem resipiscat, Apostolicae excommunicationis sententia alioqui proscindendus. Vbi sub finem epistolae hoc legitur: *Nullam seditionem, nullam commotionem, nulla discrimina, vel laesionem cum his qui in BEROLASSI commorantur* (quod erat in Landonis *segnis* potestate) *aut facias aut facientibus omnino consentias*. Verum cum Athanasius neque Apostolicis adhortationibus excitatus, neque minis perterrefactus ab inceptis destitisset, sequenti mense excommunicatur. Constat id ex epistola 116 ejusdem Iohannis VIII data mense Aprili indict. XIV, quae inscribitur: *Omnibus episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, BEROLASIM & Amalfim, Beneventum & Salernum incolentibus*. Qua in epistola Athanasium memoratis eius sceleribus & contumacia, iure a se excommunicatum significat. Verum eodem aut sequenti anno (nam non ultra annum 882 Iohannes pontifex advixit) Athanasius ab excommunicatione absolvitur, uti patet ex eiusdem Iohannis epistola 126 ad Athanasium, in qua nulla est nota temporis. Rediisse tamen statim ad ingenium Athanasium ex iis, quae de eo narrat Erchempertus, colligitur; a quo iam scriptore pergam, quae nostrum spectant amphitheatrum, delibare.

XVIII Ergo anno 882 inita non sine Athanasii fraude inter Capuanorum Comitum subolem pace, amphitheatrum in Athanasii ditione mansit. *Tunc*, inquit Erchempertus cap. 50, *omnes fratres in unum adunati Capuam adierunt, dato prius AMPHITHEATRO eidem Athanasio, & ille Guaiferio* (non Salerni principi qui biennio antea mo-

na-

meis imminet, diversasque caeli partes ac prospectus habet. In summa cryptoporticu cubiculum ex ipsa cryptoporticu excisum, quod hypodromum, vineas, montes intuetur .... A latere aestiva cryptoporticus in edito posita, quae non aspicere vineas, sed tangere vid . In media triclinium saluberrimum aff ex Apenninis vellibus recipit .... Subo, porticus subterraneae similis, aestate frigore riget, contentaque aëre suo, nec de vat auras nec admittit: post utramque cryp porticum, unde triclinium definit, incipit portieus, ante medium diem hiberna, inclinato die aestiva, &c. Non inutile erit Sidonii quoque haec pauca adtexere lib. II, epist. 2 ad Domitium: *A parte*, inquit, *vestibuli longitudo tecta inerinsecus patet, mediis non interpellata parietibus; quae .. cryptoporticus meo mihi iure vocitabitur*. Difficile quidem est Plinii nec cryptoporticus structuram nostrae accommodare, quae adiacentibus exuta aedificiis, mutatum undique praebet latus: tamen & ab aestu & algore satis haec quoque munita fuit, & *subterraneae similis* (non enim olim subterranea fuit, antequam aggesto undique solo subsideret) utramque inclementiam devitabat. Plexuoso hinc atque inde itinere, ad arcendum externum aërem, me puero, adibatur, antequam fabulorum usui deret. Et evanidas quasdam summa in testudi- picturas memini me olim deprehendisse. Sed -otoporticu tantum. Ex quibus intelligis ibi ab Erchemperto memoratas, Campanum- sium prostitisse. Et in eadem quoque vi -um fuit, de quo proximo capite dis -erito Statius Neapolitanum gymna -atro coniungens dixerit:

Et -olem nudi tectique theatri.

Quem loc -se Lasena gymn. Neap. cap. 5 de & theatro interpretatur; quem vide.

Digitized by Google

nachus obierat, ut ex cap. 48 patet, ſed alteri cuidam) *ad cohabitandum tradidit ad perpetuum Capuanorum iurgium* (101). Hinc iſte Guaiferius, uti deinceps intelligetur, modo *coloſſenſis*, modo *praefectus arenarum* Erchemperto appellatur, modo & *proconſul*: nimirum enim Athanaſius, uti & ceteri Neapolitani duces, iidem *conſules* quoque inſcribebantur. Fuit autem per ſexennium ſub Athanaſii poteſtate Amphitheatrum (id quod de veteris quoque Capuae reliquiis amphitheatro adſitis eſt intelligendum, uti ſupra diximus) hoc eſt ab anno 882 uſque ad 888, quo iterum ab Atenulfo Capuae comite receptum: quod quemadmodum geſtum ſit, id iam ex Erchemperti hiſtoria demonſtratum imus.

XIX Nam primum omnium Ajo Beneventi princeps ab Athanaſio laceſſitus, cum tria millia militum raptim Abellinum ſubmiſiſſet, audito Capuam ab Athanaſii exercitu devaſtari, illuc celeriter advolavit. Cumque Athanaſii copiae curſu praecipiti Neapolim ſe recepiſſent, Aio coniunctis cum Atenulfo copiis Liburiam, quae ab Athanaſio tenebatur, igni ferroque vaſtavit, abactoque pecore ac mortalibus quos reperiſſet, puteiſque obſtructis, *AMPHITHEATRVM*, inquit idem hiſtoricus cap. 71, *profectus eſt; quo reſidens per aliquot dies, machinis & diverſis telis fortiter expugnavit*. Vbi *expugnandi* verbum pro *impugnandi* poſitum ſcito: nam adhuc in Athanaſii poteſtate tunc manſiſſe amphitheatrum fidem facit commiſſa paullo poſt inter Atenulfi Athanaſiique copias ad Clanium pugna, e qua Atenulfus facile ſuperior diſceſſiſſet: *Sed ſuperveniens*, ſubiicit Erchempertus cap. 72 *ſcara* (ideſt copiae) *THEATRALIS a tergo, & in medio circumſepti* (Capuani) *devicti ſunt, partim capti, partimque gladiis extincti ſunt*. Ex quo & ingentes ſpiritus ſumſit Athanaſius, & Atenulfo rem non ſegniter gerendi ardor iniectus.

XX Quare inſtaurato *ultra rivulum Lanii* (hoc eſt Clanii) *iuxta Sanctum Carſium* in agro Averſano maximis utrinque viribus proelio; Atenulfus fractis primo impetu hoſtibus, *pertrivit eos*, ait ſcriptor idem cap. 73, *uſque ad ultimam perniciem, occiſis ex eis plurimis, multiſque ca-*

(101) Bene hoc noſter dixit *ad perpetuum Capuanorum iurgium* amphitheatro inhaeſiſſe Guaiferium: id quod ex ſequentibus ſtatim percipitur. Ait enim cap. 51: *Guaiferius autem COLOSSO reſidens ſuaſus ab Athanaſio, imo & Athanaſius ab illo coactus, bellum coepit inferre dictis fratribus, atque cum Saracenis nimium eos affligebat* &c. Mox cum paſſim omnes Capuani vindemiae tempore in agris verſarentur: *Ille vero* (Athanaſius), inquit Erchempertus cap. 56, *ſuggerente hoc vel maxime Guaiferio COLOSSENSE, ex abditis Graecos, Neapolitanos, una cum THEATRALIBVS* (ideſt amphitheatralibus) *viris, & depraedavit totam Capuam, apprehenſis in ea multis & praeſtantiſſimis viris, peculiiſque non paucis* &c. Ad haec Atenulfo iam Capuam tenente, *Coepit*, inquit idem cap. 70, (Athanaſius) *occaſionem quaerere adverſus Atenulfum, & obſides ab eo, ſeu & pacem innovare, decurrentibus inter alterutros miſſis . . . Quos Athanaſius ad AMPHITHEATRVM ire praecepit, ſimulque Atenulfum illic adeſſe voluit, quatenus firmato foedere una cum Guaiferio conſule filium ſuum cum aliquantis e Capua obſidem mitteret . . . Sed Atenulfus & filium ſuum infra urbem clauſit, ſupradictos viros miſit ARENAM, egreſſuſque ſtatim Graecorum cuneus ſupradictos apprehendit viros cum aliis, & depraedavit totam Capuam graviter: moxque ſine dilatione cunctum equitatum & pedeſtrem exercitum mittens, omnia ſata Capuae ſuccidit exterminatique fecit funditus.*

Digitized by Google

captis, reliquos oppido fugere compulit; victorque triumphans ad castra onustatus ac laetus cum suis omnibus repedavit: de suis autem praeter unum amisit .... Ab hoc sane die coepit iam quasi potens esse Atenulfus, & Athanasius impotens. Hinc inchoavit omnia fata eorum, qui in COLOSSO morabantur, diripere, cunctaque bona eorum vehiculis diversis ad urbem trahere. Tum cap. 74 narrat, quemadmodum *Guaiferius PRAEFECTVS ARENARVM, qui paene omnia mala quae facta sunt in diebus eius, is opere suo gessit, fecitque patrare &c. & exitium & finem accepit .... Nam subito superna inspirante gratia, a qua omne bonum procedit, in illum excitati illi, a quibus ille putabatur salvari, mutata mente* (102) *in eum surgentes apprehenderunt, bonaque ipsius diripientes vinxerunt, revertentes nihilominus ad solum, de quo nunquam diabolice abscissi sunt: ipsumque proconsulem* (Guaiferium) *despicabilem Capuam, Atenulfo consentientes, remiserunt pane tribulationis, & aqua angustiae sustentatum ... Tunc coepit cohors Bardica triumphans regnare super eos, quos semper armis subegerant.* En igitur post sexennium ideſt anno 888, quo pugnam ad S. Carsium consignat Peregrinius, Berelais ab Atenulfo comite Capuano recepta fuit. Eaque consignatio temporis certissime confirmatur ex Iohanne Abbate Casinensi exarchidiacono Capuae in chronico apud Peregrinium, & Muratorium to. 2, p. 273, A. in haec verba: *Indictione* VI *post dies undecim* (a pugna ad S. Carsium, de qua proxime dixerat) *capitur BERELAIS a domno Atenolfo.* Is est annus aerae 888.

XXI Post pugnam ad S. Carsium ideſt post annum 888 ad nostra usque tempora, quid Campano amphitheatro factum fuerit, nihil dum inveni: nisi quod celebriora novae Capuae aedificia ex eius ingentibus saxis fuisse compacta, nemo est qui non videat. Et tamen quanta religione & abstinentia duobus ab hinc saeculis aggestos in ruderibus lapides Campani decuriones usurparent, ex Ioh. Antonio Manna, qui per illam aetatem nostras res litteris commendavit, existimari potest. Nunc demum dies ille appetiit antiquitati fatalis, quo iugulus ipse a stolidissimis parricidis petendus erat: nimirum

Aetas parentum peior avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

X CA-

(102) Qui sunt isti, a quibus Guaiferium captum narrat Erchempertus? Haud alii profecto quam Saraceni, quibus characteres omnes ab Erchemperto hic descripti apprime conveniunt. *Illi*, inquit, *a quibus putabatur salvari*: nam Saracenos semper foederatos habuit Athanasius, eiusque praefectus arenarum Guaiferius. *Mutata*, inquit, *mente*: sed non tum primum mutata; nam in pugna ad S. Carsium, apud eundem cap. 77, Saraceni immoti steterunt, cederet utri victoria, observantes. Accedit illud: *Revertentes ad solum, a quo nunquam diabolice abscissi sunt.* Noluit tamen noster Saracenos diserte nominare, ut invidiam declinaret, quod eos dixerit *Atenulfo consentientes.*

Digitized by Google

CAPVT OCTAVVM.

De Campanorum ſcenicis, eorumque theatro.

I Campanorum in ſcenicos ludos ſtudium. II De Campano theatro.

I Naevius domo Campanus. II Mos inumbrandi theatra a Campanis invectus. III Pagorum Capuae ſcenici ludi. IV Legis Herculanenſis ſententia, & interpretatio. V, VI Eiuſdem legis plenior explanatio. VII Theatri ruinae. VIII Theatrum quando aedificatum. IX Sanſilicio lux. X Quis Capuae theatrum a fundamentis extrui curarit. XI Theatri aetas. Auguſtales aut decuriones gratuiti. Quid exactor operum publicorum. XII Campani proſcenii redemptor quis? Anaglypti explanatio.

I Campanorum in ſcenicos ludos ſtudium.

I DIxi Cap. VI in omne genus ludicra Campanos fuiſſe intentiſſimos: ſupereſt ut de ſcenicis quoque pauca dicam. Neque enim non huic quoque voluptati plurimam eos operam dediſſe oportuit: cum Atellanarum Oſcarumque fabularum gratia Romae in tantum increbuiſſet, ut merito Titinnius expoſtularet:

Qui Opſce & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.

Itaque praeter ceteros, qui Romae fabulas conſcripſerunt, cum primis celebrabatur is, qui bello Punico primo ſtipendia fecit, Cn. Naevius homo Campanus, qui alter poſt Livium Andronicum fabulam docuit; qui tanta in ſcribendo libertate uſus fuit, ut nobilium factione, praecipue Metelli Roma pulſus, Vticae tandem diem ſuum obierit. Quanto vero is in pretio fuerit, vel epitaphium quod ipſe ſibi conſcripſit, teſtatur apud Gellium I, 24, quod tale fuit:

Mortalis immortalis flere ſi foret fas,
Flerent divae Camoenae Naevium poetam.
Itaque poſtquam eſt orci traditus theſauro,
Oblitei ſunt Romae lingua Latina loquier.

Quanquam autem *epigramma Naevii plenum ſuperbiae Campanae, quod teſtimonium eſſe iuſtum potuiſſet, niſi ab ipſo dictum eſſet*, Gellius criminatur: tamen ſuo ſibi merito tantos ſumſiſſe ſpiritus, antiquorum de eo poëta exiſtimatio fidem facere poteſt.

II Illud vero maxime Campanorum in id ludicri genus effuſiſſimum ſtudium declarat, quod apud eos primum excogitatum id fuerit, ut theatra velis, ſive ad aeſtum, ſive ad frigus arcendum, inumbrarentur. Quem Romani morem, quandiu apud eos vetus illa ſeverior diſciplina manſit, adeo ſunt averſati, ut etiam theatra, ſi qua ſubitario ope-

Digitized by Google

opere lignea compingerentur, disiicerent. Itaque cum censores duo, a quibus obrepenti licentiae iri obviam oportuisset, M. Valerius Messalla & C. Cassius anno V. C. 599 theatrum in urbe posuissent: *Auctore*, inquit Valerius Max. II, 4, 2, *P. Scipione Nasica, omnem apparatum operis illorum subiectum hastae venire placuit: atque adeo S. C. cautum est, ne quis in urbe, propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum iuncta stantium virilitas propria Romanae gentis nota esset*. Idem legitur in Livii epitoma XLVIII. Tantum abest quin umbracula velis instruerent, ut sessus etiam casso illo reip. aevo vetaretur. [Hinc Propertius IV, 1:

Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro,
Pulpita sollemnes non oluere crocos.

Ovidius de Arte lib. I prope iisdem verbis:

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro,
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

Lucret. IV, 73:

Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela,
Et ferrugina, cum magnis intenta theatris
Per malos vulgata trabesque trementia pendent.
Namque ibi consessum caveat subter, & omnem
Scenalem speciem patrum, matrumque, Deorumque,
Inficiunt coguntque suo fluitare colore: &c.]

Itaque sero admodum & lascivientis iam reip. temporibus omnium princeps Q. Catulus pessimo exemplo vela theatris induxit. *Postea*, inquit Plinius XIX, 1, *in theatris tantum umbram fecere* (vela) *quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret*. Id ubi semel admissum, statim & ad amphitheatrum vela perrepserunt. Verum quod Plinius Q. Catulum primum omnium id inveniisse tradidit, cave aliter quam Romae illum hoc principem usurpasse accipias, quod diu iam antea in more Campanorum positum fuerat, illorum, inquam, veterum Campanorum, qui a luxu & lascivia omnium maxime infames fuere. Nec fallit nos Valerius Max. II, 4, 6: *Religionem*, inquit, *ludorum crescentibus opibus mox secuta lautitia est. Eius instinctu Q. Catulus, Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium consessum velorum umbraculis texit*. Ammianus XIV, 14: *Nonnulli velabris velorum theatralium latent: quae Campanam imitatus lasciviam Catulus in aedilitate sua suspendit omnium primus* (103).

III Quid vero mirandum Capuae in urbe desidiosissima tantopere ludos scenicos celebratos, cum in ipsis eiusdem civitatis pagis maximo eosdem opere frequentatos intelligam? Non una est Capuae epigraphe ve-

(103) [Ad hunc locum Valesius optimis rationibus negat id in aedilitate contingere potuisse, sed serius, cum iam consularis esset. Sed quia Gellio II, 10 curator restituendi Capitolii dicitur, eam curationem aedilitatem Marcellinus appellat.]

Digitized by Google

tuſtiſſima centum ipſos & amplius ante Chriſtum natum annos inſculpta, ubi LOIDOrum paganicorum, ut opinor, fit mentio. Sed unam interea quantivis pretii nec hactenus editam libentiſſime adſcribam, quam Capuae in ſuis aedibus habet vir nobilis, & tum humaniorum omnium litterarum, tum huius generis cimeliorum ſtudioſiſſimus Ioſephus a Capua Capycius, qui ante hos paucos dies Campanorum ſexvirum primus eſt renuntiatus. Ea, ſi quaeris, inſcriptio in pago *Recale* Campani agri antea viſebatur in praetorio Patrum Societatis Ieſu, priuſquam idem vir praeſtantiſſimus nuper Vindobona reverſus ab iiſdem religioſiſſimis viris eam dono habuiſſet. Lapis ipſe non magnus eſt, quaqua verſus ſeſquipedalis, cuius inſcriptio minutis characteribus, ac ſaepe coëuntibus dictionibus, ita ut raro puncta compareant, in hunc maxime modum concipitur:

PAGVS. HERCVLANEVS. SCIVIT. A. O. X. TERMINA...
CONLEGIVM. SEIVE. MAGISTREI. IOVEI. COMPAGEI. S..
VTEI. IN. PORTICVM. PAGANAM. REFICIENDAM
PEQVNIAM. CONSVMERENT. EX. LEGE. PAGANA
ARBITRATV. CN. LAETORI. CN. F. MAGISTREI
PAGEIEI. VTEIQVE. EI. CONLEGIO. SEIVE. MAGISTRI
SVNT. IOVEI. COMPAGEI. LOCVS. IN THEATRO
ESSET. TAMQVASEISEILVOOS. FECISSENT
L. AVFVSTIVS. L. L. STRATO. C. ANTONIVS. M. L.
NICO. CN. AVIVS. CN. L. AGATHOCLES. C. BLOSSI
M. L. PROTEMVS. M. RAMNIVS. P. L. DIOPANT
T. SVLPICIVS. P. Q. PVL. Q. NOVIVS. Q. L. PROTEM
M. PACCIVS. M. L. PHILEM. M. LICCVLEIVS. M. L.
PHILIN. CN. HORDEONIVS. CN. L. EVPHEMIO
A POLLIVS. P. L. ALEXAND. N. MVNNIVS. N. L.
ANTIOCVS. C. COELIO. C. F. CALDO
.. DOMITIO. CN. F. AHENOBARB. COS

IV Quo elogio lex pagana, ſeu (quis enim ſic appellare vetat?) *pagiſcitum* pagi Herculanei continetur; cuius haec maxime eſt ſententia. Duo fuere pagi inter ſeſe finitimi, quorum alteri Herculaneo, alteri Iovo nomen fuit: qui ſive per omnia, ſive ſaltem in iis quae ludos ſpectarent, communiter adminiſtrabantur; unde merito ille alter *compagus* ab Herculaneenſibus appellatur: ſicut & Herculaneum viciſſim ab Iovienſibus compagum audiſſe mihi perſuadeo. Cum autem tempus paganicarum quarundam feriarum appeteret, quo ludi in pagi Herculanei theatro inſtaurandi erant: placuit Herculaneenſibus magiſtris, ea demum lege magiſtris Iovienſibus locum in theatro futurum, ſi hi porticum Herculaneenſis theatri pecunia ſua reficerent. Id ſi perficerent tum iis locum in theatro futurum aeque, ac ſi ipſi Iovienſes ſuis expenſis ludos facerent; qui ceteroqui ludi Herculaneenſium fiebant impendiis. Habes eius legis ſententiam. Libet

Digitized by Google

bet iam & interpretationem subiicere. *Pagus Herculaneus scivit ante diem decimum terminalia* (is est dies XIV Februarii) *uti collegium sive magistri Iovi compagi pecuniam* (quam apud se habebant) *consumerent in reficiendam porticum paganam* (quae in pagi Herculanei theatro erat, non vero in compago Iovo) *ex* (hac) *lege pagana* (idque facerent) *arbitratu Cn. Laetorii Cn. F. magistri pagi eius* (Iovi) *& uti ei collegio, sive magistri sunt* (idest sive magistris) *Iovi Compagi locus in theatro* (Herculaneensi) *esset tam, quasi si ludos* (ipsi magistri Iovi compagi) *fecissent*. Tum nomina duodecim magistrorum Herculaneensium subiiciuntur, qui ei decreto interfuerunt.

V Ex ea vero inscriptione colligimus fuisse in pagis ipsis vel tenuissimam quandam reip. imaginem, quam qui moderarentur, *magistri* appellabantur. Quanquam nolim hinc de omnibus omnino pagis fieri coniecturam, quorum fortasse non eadem omnium conditio fuerit. Et cum haec inscriptio in Campanae praefecturae tempora inciderit, antequam ulla Capuam colonia deducta esset: praeter ludos aliasque minoris momenti curationes, cetera maioris alicuius momenti a praefecto, qui Roma Capuam mittebatur, administrata fuisse oportuit. Plura de hac epigraphe si quis volet, adeat subiectam notationem (104), in quam, ne extra chorum

(104) *IN LEGEM PAGANAM PAGI HERCVLANEI COMMENTATIO.*

PAGVS.) Quae de *pagi* notione & etymologia viri docti tradiderunt, notiora sunt, quam ut his immorandum videatur. [Nam plerique omnes Festum & Servium sequuti pagos ἀπὸ τῶν πηγῶν Dorice πᾱγῶν deducunt. Itaque S. Augustinum, qui in X de Civ. 10 Areopagum vertit *Martis pagum*, nec non Sedulium, qui lib. I dixit:

. . . . . *Athenaei paedorem linquite pagi*.

postremo Bedam, qui ad cap. XVII Actorum & in libro *de nominibus locor. in Actis* eodem modo interpretatur, erasse putat Vossius in *Areopagus*, quod existimassent hoc Graecis notasse vocem πάγος, quod *pagus* Latinis; cum tamen Graece πάγος collem significet, & Areopagum fuisse ἀκροτήριον Actis ex Stephani excerptis liqueat. Quidni igitur quos Latini pagos, eosdem Graeci πάγους dixerint ab eam causam, quod primis temporibus in collibus securitatis causa struxerint aedificia, uti testatur Dion Halicarn. lib. IV? Huc etiam pertinet altera significatio vocabuli huius, qua totam aliquam praefecturam, sive Nomum interdum notat; unde Helvetiorum gens tota quatuor in pagos divisa Caesari De bello Gall. I, 12 dicitur. In Glossis: Pagus πάγος, χώρα, νομός. Quae sane divisio ad conventum, concilioramque distributionem pertinet.]

HERCVLANEVS.) Est in hunc diem in agro Campano pagus *Herculeus* appellatus. Isne pagus Herculaneus fuit? an ille potius, cui nunc pago *Recoli* nomen manet, ubi & lapis ille prostabat? Hoc certe propius fidem est: tum quia vox ipsa *Recale* ab Herculaneo omnino detorta videtur: tum etiam, quod non est credibile ab hominibus harum rerum incuriosis ab usque duobus tribusve passuum millibus, quot pagus Herculeus abest, eo advectum non aliam ob causam, quam ut villae atrio silicibus insternendo adhiberetur.

SCIVIT.) Vltima litera ad morem Graeci gamma caret sinistro cornu, quadratarii magis errore, quam certo consilio. Ex hac autem vocula SCIVIT vides non immerito legem, qua de commentamur, *pagiscitum* posse appellari: & revera *pagi scitum* reperi apud Grut. p 1007, 7, ubi legitur: EX. SITV. PAGI, sed rescribendum indubie SCITV; nec aliter habet Ligorius. Proderit autem totam eam inscriptionem adtexere, quae ad sacra paganica non parum allucet. Pederianae in ditione Erixiana eam ponit Gruterus, quae talis est: IOVI (nimirum PAGANICO, ut legitur apud Grut. 21, 12,) M. POMPONIVS. M. F. PRIMIT. C POMPONIVS. M. F. ARAS. SEPTEM. PAGANICO. (supple deo) PAGI. FERRATIO. (id deo illi paganico nomen fuit) EX. SCITV. PAGI. PAGANORVM. FERRATICANORVM . . . . PROPTER. MAGISTERIVM PAGI. ET. VACATIONEM. IN. PERPETVVM. SIBI. ET. FILIO. CIVIBVS. CREMONENSIVM. D. P. S.

A. O X.) Bis in hoc epigrammate O loco τῦ D scalptum invenitur: semel hic, iterumque linea octava, ubi LVOOS pro LVDOS ponitur.

Quod

rum saltare videar, ea omnia contuli, quae ad illius marmoris illustrationem conducere videbantur: libuit enim qualemcunque hanc operam viro

Quod utrum inter marmorarii σφάλματα referas, an ad quandam scribendi consuetudinem, nihil pensi duco. [Huius autem consuetudinis suspicionem movit horum elementorum in inscriptionibus non infrequens alternatio. In S. C. de Bacchanalibus anno V. C. DCLXVII facto, quod nuper ex aenea tabella edidit Aegyptius DQVOVTOD pro OCCVLTO: D pro O. Apud Guthe rium de iure manium pag. 457, IO pro ID.]

Ante Diem X TERMINALia) Eruditissimus Norisius ad cenot. Pis. a pag. 342, ad 346, copiosissime demonstrat idem esse A. D. VIII Kal. MARTIAS, quo die in illis cenotaphiis mors Caii Caesaris consignatur, ac si diceretur *Octavo Kalendas Martias*: ita ut C. Caesar die XXII Februarii, hoc est prid. Terminaliorum diem suum obierit Inter exempla, quae ibi copiose cumulat Norisius, digreditur ad l 132. *Anniculus* de verb. signif. qua in lege interpretanda, nec non & loco Lactantii de mort. persec. ei cum Baluzio quaedam non ignobilis velitatio efferbuit, nimirum utrumne hae duae locutiones *ante diem decimum Kalendarum*, & *post diem decimum Kalendarum* idem significent, uti Norisius putavit, an vero altera illa locutio dies, qui Kalendas consequuntur, numerari iubeat, quemadmodum verisimilius existimavit Baluzius.

Et quidem Iosephus Scaliger in libris de emend. temp. locutiones illas *A. D. IV. Eid.* itemque *Ex A. D. IV. Eid.* hinc natas existimat, quod cum dies vulgaris ab exortu solis ad occasum, dies vero naturalis, seu τὸ νυχθήμερον apud Romanos a media nocte ad alteram decurreret, hinc *ante diem*, vel *ex ante diem* nihil aliud notare putat, quam νυχθήμερα, non dies vulgares esse numerandos. Contra vero Petavius in II de doctr temp. 72 *ante diem* idem esse putat in iis locutionibus, quod *ante diem confectum*.

Rem vero nostram quod spectat: non est dubium, quin *ante diem X TERMINALia*, sive *TERMINALiorum* idem prorsus fuerit, quod *decimo Terminalia*. Quare cum Terminalia in XXIII Februarii olim inciderint; sequitur diem in inscriptione designatum non alium fore, quam XIV eiusdem mensis.

Non aliud vero monumentum, puto, invenias, quo ista dierum notandorum consuetudo reperiatur, ut dies ante Terminalia computentur: quare vel hac tantum particula marmor hoc viris eruditis se commendabit. Quo circa quid Terminalia sibi velint, operae pretium fuerit paucis hic docere. Terminalia festi cuiusdam in honorem dei Termini nomen fuit: quod festum extremo anni die (nimirum ut ille deus Terminus non tantum agros, sed & annos finiret) id est XXIII Februarii peragebatur; eoque is dies Terminalia appellabatur. Varro V de L. L. 3: *Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus. Duodecimus enim mensis fuit Februarius: & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense*. Cave vero putes Varronem Terminalia a terminando deduxisse: quin potius a deo Termino deducere in animo habuit; quia initio capitis sic proposuerat: *Dicam prius, qui deorum caussa, tum qui hominum sint instituti*. Quamquam fortasse Termini festum in eum diem reiectum credidit, ut annum terminare diceretur. Semper autem Terminalia, quantum e veteribus intelligitur, in XXIII Februarii incidebant, nunquam vero in XXII eiusdem mensis; quod interdum evenisse Scaliger sibi persuaserat: sed Scaligeri commentum Petavius in II de doctr. temp 72 copiose refellit. Cumque annus intercalaris veterum Romanorum XXIII Februarii die terminaretur: hinc quinque reliqui Februarii dies usque ad XXVIII, veluti appendices atque extra anni metas decurrebant, saltem in intercalari anno. Nam miror equidem Puteanum & alios viros doctos universe pronuntiare & constituere, quolibet anno Terminalia postremum anni diem fuisse habitum, ita ut quinque reliqui dies extra anni curriculum putarentur. Non assentior. Nam Varro, cuius modo verba sunt recitata, intercalari tantum anno quinque ultimos Februarii dies extra eum mensem decurrisse testatur: ex quo & illud sequitur, alternis tantum annis, idest cum intercalabatur, tum demum Terminalia pro ultimo anni die habitum. *Terminalia*, inquit, *quod is dies anni extremus constitutus*. Quod vero Terminaliorum dies extremus esset, duobus conficit rationibus, primum quod Februarius ultimus anni mensis esset: *duodecimus enim*, inquit, *mensis fuit Februarius*: deinde quod Terminalia in postremum eius mensis diem inciderent, propterea quod quinque insequentes dies ad eum mensem nequaquam pertinerent, idque anno tantum intercalari: *& cum*, inquit, *intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense*. Ergo, (nisi vero nos togatorum eruditissimus fallit, cui sua potissimum tempora obscura esse non poterant) cum non intercalabatur, nec inferiores quinque dies duodecimo mense demebantur, nec proinde eo anno Terminalia ultimus anni dies putandus erat. Idem ex Macrobio colligo, cujus verba paullo post dabo.

Itaque ante Iulianam correctionem alter quisque annus intercalaris erat, eoque anno inter Terminalia ideſt XXIII Februarii, & Regifugium, quod XXIV Februarii diem perpetuo obsidebat, mensis intercalarius infindebatur; qui mensis μεσονύκτιος aut μεσονύκτιος, Plutarcho teste in Numae & Caesaris vitis, a Romanis dicebatur. Etymon eius nominis obscurissimum est: & vide an non vox Etruscae originis fuerit: certe enim in Etru-

Digitized by Google

viro clariſſimo, quem maximi facio, eius marmoris poſſeſſori gratificari.

VI Ad rem vero noſtram: ſi in pagis ipſis & erant theatra, & ludi in

Etruſca (an Oſca ?) inſcriptione, quae penes me eſt, Etruſcis, ſive Oſcis litteris MERK. ſcriptum reperitur; id quod & in veteribus quibuſdam Kalendariis notatur. Poſt elapſum hunc Merkedonium quinque reliqui Februarii dies ſtatim pertexebantur. Merkedonius vero ipſe, ſi quaeris, alternis biennis modo XXIII, modo XXIIII diebus conſtabat. Iis iam, quae diximus, veterem unam alteramve auctoritatem libet ſubiungere. *Cum intercalarium menſem*, inquit Cenſorinus, *viginti duorum vel viginti trium dierum alternis annis addi placuiſſet, ut civilis annus ad naturalem exaequaretur: in menſe poſtiſſimum Februario inter Terminalia & Regifugium intercalatum eſt*. Macrobius I Sat. 13: *Romani non conſecto Februario, ſed poſt viceſimum tertium diem eius intercalabant, Terminalibus ſcilicet iam peractis. Deinde reliqui Februarii menſis dies, qui erant quinque, poſt intercalationem ſubiungebant*. Ita Romani ante Iulianam correctionem unius Merkedonii beneficio annum ſuum lunarem CCCLV dierum cum ſolari conciliabant. Menſis quidem iſte intercalaris ab Iulio Caeſare ut inutilis ſublatus fuit: ſed ita tamen ut etiam is dies, qui per ſingula quadriennia intercalari iuſſus fuit, poſt XXIII Februarii, ut antea Merkedonius, inſereretur, & XXIV eiuſdem menſis diem ita inſideret, uti bis ſexto Kal. diceretur, unde & *biſſexti* nomen manavit. Non enim aſſentior Iuventio Celſo, qui l. 98 de verb. ſign. ait: *Cum biſſextum Kal. eſt . . . . id biduum pro uno die habetur: ſed POSTERIOR dies intercalatur, non PRIOR*. Quod Celſi dictum laudatur etiam ab Vlpiano l. 3, §. *minorem*, de min. Mihi ſane Celſi, qui ducentis poſt Iuliam correctionem annis ſcripſit, auctoritas non eſt tanti, ut putem Caeſarem relicta veterum conſuetudine tertium diem poſt Terminalia pro intercalari habuiſſe, ideſt eum diem, qui Regifugium pone ſequeretur, cum antea poſtridie Terminaliorum & ante Regifugium menſis ἐμβόλιμος infinderetur. Quare mea ſententia prior dies, non poſterior, intercalarius Caeſari fuit: quidquid poſtea iureconſultus ille cenſuerit. Accedit, quod ex priſca Eccleſiae conſuetudine dies feſtus S. Matthiae apoſtoli, qui in XXIV Februarii incurrit, anno biſſextili ab intercalario die ſummotus in XXV eiuſdem menſis reiicitur. An non hinc patet priorem in eo biduo, non poſteriorem ex veteri Eccleſiae inſtituto intercalarium haberi?

Verum, ut initio dicebam, apud nullum adhuc ſcriptorem, nullo in veteri monumento dierum iſto modo computandorum rationem reperire licuit, ut ſicuti a Kalendis, nonis, eidibus, ſic ab extremo anni die ideſt Terminalibus dies numerarentur: eamque rationem, abſque hoc epigrammate eſſet, neſciremus. Quartus decimus autem Februarii dies primus eorum dierum fuit, qui iſto modo annuntiarentur. Non enim ſicuti quartus decimus dies A. D. X TERMINALIA dicebatur, ſic tertius decimus eiuſdem menſis *ante diem* XI *Terminalia* dici poterat, quod in hunc diem eidus inciderent, coque *eidibus Februariis* dicendum fuiſſet.

Atque haec quidem dierum a Terminalibus computandorum ratio intercalaribus tantum annis mihi videtur fuiſſe uſurpata; propterea quod eo tantum anno Terminalia ultimus anni dies haberetur, uti ſupra demonſtravi. Revera conſulibus is, qui hoc in marmore deſcribuntur, fuiſſe intercalatum facillime colligo in hunc modum. Annus confuſionis, qui eſt ab V. C. DCCVII, quo C. Caeſar III, M. Aimilius conſules proceſſerunt, certiſſime intercalaris fuit: ergo C. Caelio, L. Domitio Coſ ideſt anno ab V. C. DCCIX, eo quod hic annus ſolidis biennis ab illo altero DCCVII diſtaret, intercalatum quoque fuiſſe oportuit. Quare annis non intercalaribus, quarto decimo Februarii die dicere non licuit A. D. X. Terminalia, ſed dicendum fuit, A. D XVI. Kal. Martias.

Fuit quoque altera horum dierum enuntiandorum ratio, quae intercalaribus annis uſurpabatur, in quos Merkedinus menſis incurriſſet: tum enim poſt eidus Februarias Kalendae intercalares numerabantur hoc modo. Quartus decimus Februarii dies XI *Kal. intercalares* dicebatur, & ſic deinceps, ita ut ipſis Terminalibus *pridie Kal. intercalares* diceretur. Quae quidem putandorum dierum ratio ex Ciceronis or. pro Quin cognoſcitur, ubi n. 25: *Ante* V, inquit, *Kalendas intercalares*. Et paullo poſt *pridie Kalendas intercalares*. Nam ſine controverſia errant, quicunque Kalendas intercalares apud Tullium ſive Februarias ſive Martias Kalendas interpretantur; nec dubium eſſe poteſt, quin Merkedonii Kalendas orator aſpexerit: uti iam viri docti notarunt. Quae cum ita ſint, quae cauſſa eſſe potuit, quamobrem non *ante diem* XI. *Kal. intercalares* potius, quam A. D. X. TERMINALia in inſcriptione ſcalperetur? An liberum fuit utramvis numerandorum dierum rationem ſequi? An vero, quod Terminalia inter paganicas ferias longe eſſent celeberrima, paganorum peculiaris illa putandorum dierum ratio fuerit; eoque nunquam eadem in ſcriptoribus occurrit? [Ac ne cui inuſitatum fortaſſe videatur, quod a Terminaliorum feſto, ac non a Kalendis, numerare iſti pagani maluerint, ſimilis prorſus computandi ratio Ioh. XII, 1 occurrit; Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα. Nimirum quod hoc celeberrimum erat Iudaeorum feſtum, ab hoc numerare ſatagebant. Vide ibi dicta]

Et quoniam Kalendarum intercalarium feci mentionem; quid illud eſt, quod M. Cicero ad Ligarium VI fam. 14 ſcribit? *Ego idem tamen*, inquit, *eam vel V Kal. intercalares priores re-*

gato

in his agitabantur: ecquid urbem ipsam Capuam otio & deliciis diffluentem non eorundem scenicorum studio perditissime inflammatam censebimus? II

gatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Caeſarem &c. Dicam quid in hunc locum viri docti animadverterint. Hanc epistolam anno ipso confusionis scriptam oportuit: quo anno Caesar, ut in posterum menses ad suas rationes reverterentur, vide quid excogitarit. Praeter Merkedonium, qui forte eo anno post Terminalia immittendus fuit, duos alios menses inter Novembrem Decembremque inseruit; ita ut ille annus quindecim menses habuerit. Quare post idus Novembres is qui sequebatur quartus decimus dies ita enuntiandus fuit, ut diceretur XVIII *Kalendas intercalares priores*, & ita deinceps: itemque post idus mensis intercalaris prioris Kalendae, opinor, intercalares posteriores numerabantur. Verum de his iam satis.

CONLEGIVM. SEIVE. MAGISTREI) *Magistrare*, inquit Festus, *moderari: unde in magistri non solum doctores artium, sed etiam PAGORVM, societatum, vicorum, COLLEGIORVM, aequitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt: unde & magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati*. De magistris collegiorum Asconius in Ciceronem: *Solebant*, inquit, *magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant compitalitios praetextati*. Magistri vero pagorum occurrunt non raro in inscriptionibus, veluti ap. Grut. p. 26, 9, CERERI. AVGVST..... L. BENNIVS. PRIMVS MAG. PAGI. BENNIA. PRIMIGENIA. MAGISTRA. FECER. & pag. 1007, 7: MAGISTERIVM. PAGI. legitur. Apud Siculum quoque Flaccum de condit. agr. p. 25 *magistri pagorum* reperiuntur. Idem posteriore aetate *praepositi pagorum* sunt appellati, uti ex C. Th. & Eusebio adnotat Salmasius ad Treb. Poll. cap. 24. Nostra aetate in hoc regno *electi universitatis* nuncupari solent. Taceo de magistris sodalitiorum, seu corporum. Vide de his omnibus indicem Grutcrianum magistratuum, ubi occurrunt magistri anni primi, anni V, anni VI, anni LXXXII, anni CV. Fuere & fanorum magistri, ut in quodam Campano marmore legitur: Q PETICIO .... MAG. FANI. DIANAE Tifatinae. Hodieque in hoc regno sacellorum sive sodalitiorum annui rectores *magistri* appellantur.

IOVEI.) Ubi is pagus fuerit, incertum: in Herculanei certe vicinia fuit. Et exstitit eiusdem pagi mentio in altero vetustiore Campano epigrammate, quod habet Grut. p. 59, 8. Ibi post magistrorum nomina subiungitur: HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS. IOVIAE. MVRVM. AEDIFICANDVM. COIRAVERVNT &c. Vbi VENERVS pro VENERIS ἀρχαϊκῶς usurpatur, ut in aliis duobus Campanis titulis CERERVS legitur, & in Puteolano celebri marmore AD. AEDEM. HONORVS. *Venus* autem *Iovia* non a Iove, uti plerique sibi persuadent, sed a pago Campano *Iovo* nomen certissime invenit. *Porticus* vero *Iovia*, quae est apud Grut. p. 111, 6, cum a Diocletiano Iovio nomen habeat, nihil illa huc attinet.

COMPAGEI) Vox *Compagus* inaudita hactenus, ex hoc tantum elogio nota, lexicorum penum deinceps augebit; quae mirum quantum e vetustis titulis amplificari possint. Miror doctissimum Facciolatum id vocabulum ad caligae genus referre, auctore Trebellio Pollione in Gallien. Sed apud Trebellium non *compagos*, sed *campagos* ab omnibus legitur, etiam a Dempstero, ad quem refricit nos Facciolatus. Sed fuerit hoc viri eruditi σφάλμα τυπικὸν: nam de *campagis*, quae viri eruditi notarunt, sunt porro tritissima. [A *Compagus* est COMPAGNVS, quod reperitur in Grut. 289. 1, ubi INTER COMPAGANOS. PRIVILARENSIS. ET. VAL. FAVENTINAM.] Nostra vero quod interest: compagos sese invicem duo hi pagi appellitabant, ob ludorum, fortasse & sacrorum, connubiorum rerumque id genus communionem. Est enim scitissimum claris quandeque urbibus id usuvenisse, binae ut civitates communibus legibus, iudiciis, magistratibus rebusque ceteris administrarentur; ita ut unus populus duabus urbibus habitare diceretur. Ac ne peregre abeam, domestico uno exemplo contentus ero. Livius lib. VIII: *Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitabat*.

S. . .) Elementum S, quod extrema linea nec integrum, confracto silice, visitur, pertinet ad integram vocem SVNT; quae hic, uti & initio septimi versus κεφάλαια. Vide quae ibi dicturi sumus.

VTEI. IN. PORTICVM PAGANAM. REFICIENDAM) Eam capio porticum, qua theatri Herculanensis subsellia praetexebantur & fulciebantur. Vide porticus, quas cap. VI in amphitheatri descriptione delineavimus: nam theatrum dimidium amphitheatri fuit. Aut certe illa porticus intelligi potest, quae postico scenae praetendebatur. Vt ut est, porticus certe theatralis fuit: nam & apud Reinesium class. 2, n. 30 porticum theatricam invenio in hunc modum: *T. Turranius L. F. Claud. Rufus. ob. honorem. aedilitatis. PORTICVM. LONG. P. C. LAT. P. XX. ET. SCENAM. LATRAEGVM. curante. L. Turranio. Frontone Fil. fecit.* [Spartianus Hadriano cap. 8: *Theatrum, quod ille* (Traianus) *in campo martio posuerat, contra omnium vota destruxit*. At P. Victor in descriptione Vrbis: *Traiani porticus in campo martio*. Credo quod theatri Vulpii porticus tantum remanserat, destructo visorio.] Theatrum autem Herculanense ligneum, non

Digitized by Google

II *De Campano theatro.*

VII Exstant in hunc usque diem Campani theatri ruinae prope cryptoporticum, & prope turrim S. Erasmi, quam nostri homines, ut

Y

obi-

saementitium aut lapideum fuisse necesse est: primum quod in ipsa Roma ante Pompeium Magnum nullum nisi e materia theatrum fuit: deinde cum ludi, de quibus inscriptio loquitur, Terminalibus ipsis essent exhibendi, uti deinceps dicam, quis unquam sibi persuaserit, paucis ante Terminalia diebus eius portieus refectionem, nisi opus e materia totum compingebatur, fuisse aggressuros?

PEQVNIAM.) Sic non raro in veteribus cippis, quoties Q ante V ponitur. Quid enim altero V opus fuerat? Et ceteroqui PEQVNIA pro PECVNIA non insolens in vetustis titulis scriptio est.

EX. LEGE. PAGANA.) pagi Herculanei: nimirum hac ipsa, quae hoc marmore describitur. Fuit & illa *lex pagana*, quam habet Plinius lib. XXVIII, cap. 2: *PAGANA*, inquit, *LEGE in plerisque Italiae praediis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant; quoniam adversetur id omnium spei, praecipueque frugum.*

ARBITRATV. GN. LAETORI.) Frequens hoc in vetustis titulis, ut quoties quidpiam sit faciendum, simul adiungatur, cuius *arbitratu* transigendum id sit. Plaut. rud.

Videsis cuius arbitratu rem nos facere vis.

Vlpianus de verb. sign. *Illa verba: Arbitratu L. Titii fieri: ius significant, & in servum non cadunt.* Tale est quoque illud apud Horatium, II serm. sat. 3: *Arbitrio Arri.*

GN. F.) Maior, uti vides, dignatio pagi Iovi fuit, in quo inter magistros iste ingenuus erat (imo in altero pagi Iovi marmore, quod habet Grut. p. 59, 8 duodecim magistri ingenui omnes annumerantur) quam Herculanei, cuius magistri infra omnes libertini homines recensentur.

PAGEI. EI.) puta Iovi.

EI.) Genitivus *ei* pro *eius* haud alibi, quod legerim, quam in hoc saxo reperitur. Illud quod apud Lucretium legitur lib. II, 1135:

Nec facile in venas cibus omnis diditur EII,

dandi casu, non gignendi est positum, & ad producendam syllabam I duplicatur, sicut etiam apud Plautum Cure. 4, 3. 12. *Ei* autem gignendi casu non alibi, uti dicebam, quam in hoc marmore legitur. Quanquam illa Prisciani praeceptio istud EI quoque complectitur. *Vetustissimi*, inquit is grammaticus lib. VI, *solebant omnium genitivum in IVS terminantium & in I dativum, etiam in I genitivum & in O dativum in genere masculino & neutro. in femenino vero secundum primam declinationem in AE diphthongum proferre.* Itaque quemadmodum a recto EA est casus patrius EAE apud antiquos, quod iampridem grammatici notarunt, & dandi casus plurativus EABVS: sic masculinum ac neutrum EI genitivo casu fieri potuit. Sed tamen ante hoc marmor cum exempla τοῦ EI non suppeterent, nil mirum si nihil de eo casu expresse traditum reperitur. Dausquius, qui pag. 94. multa exempla genitivorum *alii, alteri, illi, ipsi, isti, nulli, neutri, cui, soli, toti, uni, ulli* cumulavit, ne EI quidem omisisset, si quidem in hoc saxum incidisset. Quanti vetusta marmora, quae immutata ad nos pervenerunt, ad rem grammaticam sunt momenti! Hinc etiam liquet in EIVS & CVIVS medium I non consonam esse litteram, sed vocalem, aeque ut in aliis his omnibus *illius, unius* &c. Nam sicuti in priscis genitivis EI, CVI ultimam literam vocalem esse intelligimus, quidni etiam in hodie usitatis EIVS, CVIVS? Tamen difficile est a recepta typographorum consuetudine recedere, qui illud I longiusculum consonans depingere solent.

VTEIQVE. EI. CONLEGIO. SEIVE. MAGISTRI. SVNT. IOVEI. COMPAGEI.) hoc est *& uti ei collegio sive magistris Iovi compagis* nam τὸ SVNT περιττὸν, uti supra ad alteram lineam monebam. Cuiusmodi est illa formula sepulcralis singulariis notata litteris H. M. S. S. E. H. N. S. idest *hoc monumentum, sive sepulcrum est, heredem non sequitur.* Et variante quamvis per obliquos casus priore vocabulo, tamen illud *sive sepulcrum est* immutatum manet: veluti *huius monumenti, sive sepulcrum est* &c. *huic monumento, sive sepulcrum est* &c. quae non raro in epitaphiis reperi.

LOCVS. IN TEATRO. ESSET.) De Herculaneensi theatro est sermo.

TAM. QVASEI. SEI.) Diphthongus, qui in QVASEI adhibetur (non solum hic, verum etiam in fragmento agrario apud Grut. p. 203. lin. 21. ubi QVASSEI legitur, itemque pag. 628, & 629,) syllabam natura longam designat: itaque nonnisi elisione prioris vocalis E eadem saepe corripitur, id quod in diphthongis Graeci non raro faciunt. In eundem modum sunt illa in monumentis NISEI, VBEI, SIBEI &c. quae priore vocali expuncta a poetis breviantur.

Iam vero illud *si* post particulam *quasi* elegantissime adhibetur non hic solum, verum etiam in tabula aenea apud Grut. p. 628. SIREMPSQVE. EIS. VIATORIBVS. ... IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. VIATORES. &c.

Digitized by Google

obiter dicam, Capitolium fuisse aiunt; quibus vero indiciis ibi potius, quam alibi Campanum Capitolium adstruant, ignoro. Multo maiora me ado-

&c. Et paullo post. pag. 629. SIREMPSQVE. EIS. PRAECONIBVS .... IVVS. LEXQVE. ESTO. QVAESEI. SEI. EI. PRAECONES. &c.

LVOOS.) De O loco TV D posito monui supra.

LVDOS. FECISSENT) In spectaculis apud Romanos optimo semper & honestissimo loco ii fuere, qui ludos facerent. Itaque aediles, praetores, censores, aut quicunque spectaculum exhiberent posito tribunali in podio spectabant. Ita mag istris Iovien sibus honestissimus locus instruitur, quando editoribus aequiparantur, seu ita habendi esse dicuntur, quasi si ipsi ludos fecissent, qui tamen per Herculanenses magistros fiebant.

Quos ludos pagatim celebrari consuetos haec inscriptio memorat, scito eos per paganicas ferias sive paganalia (id rusticorum sacris nomen fuit) a rusticis in suorum deorum honorem quotannis rite instauratos fuisse. Nam singuli sane pagi suos habuere deos ex Ser. Tullii institutione: unde de *Iove Paganico*, & de *Genio pagi Vigorini*, nec non & de aris *Farrasio* deo *paganico* positis exstant apud Gruterum inscriptiones: & in pago nostro Iove *Venus Iovia*, uti supra dictum fuit, colebatur. De Ser. Tullii instituto, quod attigi, libet Dionysii verba adnectere lib. IV: *Vt etiam*, inquit, *rusticanae multitudinis facilius iniri posset numerus, per singulos pagos aras iussit dedicari diis tutelaribus, quotannisque ibi conventum fieri & sacrificium*, (*festum hoc .... vocatum Paganalia*) *simulque eorum sacrorum ritus, qui nunc quoque servantur, conscripsit. Ad id sacrificium, eumque conventum omnes paganos iussit in singula capita conferre certum numismatis genus, sed aliud viros, aliud mulieres, aliud puberes: quibus connumerasis per sacrorum praesides, apparebat hominum numerus per aetates ac sexus distinctus.*

Atque hic quidem libet ex paganicis feriis duas potissimum describere, pagorum lustrationem & Terminalia: tum ad utrum horum festorum ludi isti paganici sint referendi, quivis facile diiudicabit.

Praecipua inter paganicas ferias fuit pagorum lustratio, de qua Ovid. I. fast. 669:

Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum Tellusque Cereque
Farre suo, gravidae visceribusque suis.

Magistrorum cuiuscunque pagi fuit eos lustrare, eaque lustratione agros omnes finesque agrorum circuire: ita ut Siculus Flaccus eo usque territorii limites trahendos dicat, quatenus illi lustrarent. Verba sunt paullulum involuta, sed attendentibus clara; sic enim habet lib. de cond. agr. p. 25: *De quibus* (pagis) *non puto quaestionem futuram, quorum territoriorum ipsi pagi sint, sed quatenus territoria. Quod tamen intelligi potest, magistri pagorum quoad pagos lustrare soliti sunt uti trahamus, vel ex hoc quatenus lustrarent.* Atque eam sane lustrationem mense Maio [fieri solitam colligo ex Epistola S. Vigilii Tridentini de SS. MM. Sisinnio, &c. apud Ruinartum pag. 611, num. 2, ubi eius sacri pulcra descriptio, in qua *diversarum pecorum pompis* sunt suovetaurilia: in mensem, inquam, maium ambarvalia illa inciderunt, quia IV. Kal. Iunias martyres interfecti fuere. Eodem mense maio eam lustrationem] consignat vetus Kalendarium rusticum Farnesianum apud Grut. p. 13. & diem, qui in Kalendario nullus certus praestituitur, suspicabatur Holstenius fuisse V idus, indicio cuiusdam inscriptionis, quam cum Holstenii commentario profert Reinesius in appendice n. 8. Sed scitissime idem Holstenius sese recipiens ex Varrone docet paganalia dumtaxat fuisse stativa, paganicas vero ferias, inter quas lustratio, conceptivas fuisse. Quid quod ne mensis quidem Maius certus fixusque ei lustrationi fuit? Reperio enim alibi nonas Iunias ei ritui assignatas. Id quidem cum ex quadam paganica agri Beneventani epigraphe apud Fabrettum p. 232[illegible], n. 610 collegerim, eam inscriptionem in medium afferendam duxi: *M. Nasellius. M. F. Pal. Sabinus. praef. coh. I. Dalmatar. et. Nasellius. Vitalis. pater. Aug. II. quinq. paganis. communib. pagi. IVVL.* (vide an non in marmore scriptum sit IOVI aut IOVEI, ut idem fuerit ac pagus Campanus Iovus, aut ei certe cognominis) *porticum. cum. apparatorio. et. compitum. a. solo. pecun. sua. fecerunt. et. in. perpetuum. VI. id. Iun. die. natale. Sabini. epulantibus. hic. paganis. annuus. X.* (idest denarios) *CXXV. dari. iusserunt. ea. condicione. VT. NON. IVN. PAGVM. LVSTRENT. ET. SEQQ. DIEBVS. EX. CONSVETVDINE. SVA. CAENENT. item. VI. id. Iun. natale. Sabini. epulentur. quod. si. factum. non. erit. tum. hic. locus. ut. supra. scriptum. est. cum. annuis. X. CXXV. in. perpetuum. ad. collegium. medicor. et. ad. liberos. N.* (hoc est nostros) *pertineat. ut. ii. VI. id. Iun. die. natale. Sabini. hic. epulentur.*

Sacrificium quod ea lustratione fiebat ambarvale dicebatur. Vide quae de hoc sacro viri doctissimi notarunt, eiusque descriptionem apud Virg. I geor. 343. Ad quem locum Servius, id sacrum *saepe de porca fecunda & gravida fieri* consuevisse scribit, id quod & Ovidius modo in partes vocatus testatur. Bene Servius *saepe* sic factum ait, non perpetuo: nam fuit cum apparatius id sacrum instrueretur, & suovetaurilia sive, ut alii malunt, solitaurilia circum agerentur, teste Catone de r. r. c. 141, ubi ritus de-

scri-

Digitized by Google

adoleſcente eius theatri veſtigia ſuperabant : nam memini ante amplius viginti annos magnam illius hemicycli partem fuiſſe diiectam, non

ſcribitur, & legitima verba ſic concipiuntur : *Ianum Iovemque vino praefari ſic* (dicebant) *Mars pater te precor quaeſoque, uti ſies volens propitius mihi, domo familiaeque noſtrae, quoius rei ergo agrum, terram fundumque meum ſolitaurilia circumagi iuſſi : ut tu morbos viſos inviſoſque, vidueratem vaſtitudinemque, calamitates intemperantiaſque prohibeſſis, defendas averruncesſaue, utique tu fruges, frumenta, vineta virgultaque grandire, beneque evenire ſinas : paſtores pecuaque ſalva ſervaſſis, duiſque bonam ſalutem valetudinemque mihi, domo familiaeque noſtrae Harumce rerum ergo fundi, terrae agrique mei luſtrandi, luſtrique faciendi ergo, ſicut dixi, macte hiſce ſolitaurilibus lactentibus immolandis eſto.* Quae quidem formula privatorum luſtrationibus accommodata, paullo aliter a magiſtris pagorum publice eum ritum peragentibus concipi potuit : & loco Martis, cuius Romae & in agro Romano praecipua veneratio fuit, ſuum cuiuſque pagi numen ἐπιχώριον invocatum puto. Eodem pertinet illa apud Feſtum in *peſtes* formula : *Averras morbum, morsem, labem, nebulam, impetiginem, peſtilentiam*, ideſt peſtilentiam.

Sed finis non ſit, ſi de agrorum luſtratione & ambarvalibus porro diſputare perrexero. Quin potius Terminalia aggredior, quae inter paganica feſta magnopere celebrabantur? Ea vero ſic dicta fuere, quod deo Termino, ſive Iovi Terminali eo die (puta XXIII Februarii) ſacra fiebant ex Numae inſtitutione, auctore Dionyſio, quem loquentem hic facere non pigebit : *Numa*, inquit lib. 12, *ut conſenti propriis aliena non concupiſcerent, cavis lege de terminandis praediis. Cum enim iuſſiſſet unumquemque agrum ſuum circumſcribere, atque in finibus ſtatuere lapides. hos ſacros Iovi Terminali eſſe voluit : iuſſitque ut quotannis ſtata die res divina eo loco in paganorum coetu fieret, ſacrato cum primis nobili feſto in honorem deorum, qui terminis tutelares praeſident. Id Romani vocant Terminalia, ſicut lapides ipſos terminos, quos noſtri variante una litera τερμόνας : quos ſi quis tranſferre auſus fuiſſet aut tollere. lege terminali caput eius his diis devovit, interfectori ioſius, tanquam ſacrilegi, impunitate promiſſa & puritate a ſcelere.* Et ex Numae inſtituto non hoſtiae Terminis caedebantur, quod nefas eſſet eos lapides cruentari, ſed liba & frugum primitiae offerebantur, ut ibidem auctor eſt Dionyſius. Sed poſtea teſte Plutarcho, obtinuit, ut animalia eo quoque feſto immolarentur, veluti porca aut agnus. Horatius:

Vel agna feſtis caeſa Terminalibus.

Praeter ceteros Ovidius horum ſacrorum ritus in ſecundo faſtorum accurate deſcribit.

Quorſum vero haec tam multa de paganicis feriis? Nimirum ut intelligatur ad aliquod eorum feſtorum ludos Herculaneenſes pertinuiſſe : ludi quippe pars non ultima religionis feſtorum fuit. Potiſſimum vero ad Terminalia, quae iam appeterent, ut ex initio epigrammatis conſtat, eos ludos ſpectaſſe crediderim. Cetera nunc porro exſequamur.

L. AVFVSTIVS. L. L. STRATO.) Magiſtrorum nomina ſubnectuntur, omnino duodecim. Suſpicabar duodenarium magiſtrorum numerum in noſtris hiſce pagis fuiſſe obſervatum ex priſco Etruſcae gentis inſtituto, quae, ut in Etruſcis originibus demonſtrabitur, duodenario numero ſummopere eſt delectata, in tantum ut quamcunque inſiderent regionem, duodenis eam urbibus incolerent, ut cetera omittam. Et augebat ſuſpicionem, quod in finitimo pago Iovo duodecim quoque magiſtri eſſent, ut patet apud Grut. p. 39, 8, item in altero paganico epigrammate, quod Capuae proſtat, (non vero Caſini, ubi id per incogitantiam ſtatuit Fabrettus p. 626, n. 225.) duodecim quoque magiſtrorum nomina recenſentur. Tamen, ne hiſce argutationibus nimis indulgeam, facit, quod in eo Campano elogio, quod idem Fabrettus habet p. 635, n. 298, tredecim magiſtrorum nomina (ſi modo id epigramma eſt paganicum) adſcribuntur: ubi poſt magiſtrorum nomina ſubiungitur e HEISCE. MAGISTREIS CERERVS. MVRVM. ET. PLVTEVM. LONG. P. LXXX. ALT. P. XXI. FACIVND. COIRAVERE. EIDEMQ. LOID FEC. ATILIO Q. SERVILIO COS. Is murus cum ſuperſtructo *pluteo* (ideſt cortinula, θωράκιον, ac veluti podio) ad ſpectandum ludos aedificatus fuit. Quare, ut obiter moneam, non e materia tantum apud noſtros loca ad ſpectandum antiquiſſimis temporibus conſtruebantur, ſed etiam manſura & ſtabilia.

Adſcribam porro ὁλοχρεμάτους ea tantum nomina, quae inexpertum lectorem remorari poſſint : C. BLOSSIVS. M. L. PROTEMVS. M. RAMNIVS. P. L. DIOPANTus (ideſt Diophantus) T. SVLPICIVS P. Q. (ideſt *Publii*, *Quinti* ſupple *libertus*) PVL. (non *Pulcher* interpretandum videtur ; ſed Graecum aliquod cognomen a πυλ. aut φυλ. ſyllaba incipiens libertino homini videtur potius afferendum, quae ſexcenta eſſe poſſint) Q. NOVIVS. Q. L. PROTEMus. M. PACCIVS M. L. PHILEMatio. M. LICCVLEIVS M. L. PHILINus. A. POLLIVS. P. L. ALEXANDer. Numerius MVNNIVS. &c.

C. COELIO. C. F. CALDO . . DOMITIO. CN. F AHENOBARB COS) Ideſt anno V. C. DCLIX. Supplentur hinc fragmenta Capitolina, quae habent . . . CALDVS L. DOMITIVS. C. . . . Et ex his vicſſim fragmentis Lucii praenomen, quod in noſtro marmore deperiit,

aliam puto ob cauſſam, quam ut figulinae ibidem exercendae patentior area explicaretur. Supra theatri cuneationem quaedam ſurgunt novitii operis caenacula, in quibus ante centum & triginta fere annos Camillus Peregrinius ſenior, poëta celeberrimus, huius Cathedralis Eccleſiae primicerius ruſticabatur (105).

VIII Hoc theatro, quod ſub Caeſaribus aedificatum poſtea docebo, fueritne aliud Capuae antiquius, ignoratur. Cum Romae primus omnium Magnus Pompeius non ſine bonorum reprehenſione lapideum theatrum (idque cum Veneris aede ita copulatum, ut tantum ſe Veneris templo gradus addidiſſe cauſſaretur) exſtruxerit: vix videntur ante id tempus theatra in Italia, niſi lignea, exſtitiſſe. Si quis tamen Campanorum id luxui tribuendum velit, ut ante Pompeiani theatri tempora lapideum aliquod noſtri habuerint, non contendam: modo ſtante Campanorum rep. id fabricatum affirment. Verum quid magnopere in iſtiuſmodi ariolationibus operae pretii? Hoc certe, cuius adhuc ſuperſunt veſtigia, ſub Caeſaribus fuiſſe a Campanis conſtructum mihi paullo poſt demonſtrabitur.

IX Nam hoc primum omnium ſtatuendum puto, quod hactenus indicavi aedificium, id revera theatrum fuiſſe, non vero aut alterum amphitheatrum, aut quidvis aliud. Quo labore ſuperſederem, niſi vir ſummus Antonius Sanfelicius, non theatrum illud fuiſſe, ſed alterius amphitheatri reliquias exiſtimaſſe videretur. Malim tamen aliorſum illius orationem accipere, (106) quam quidquam ſecus de viro clariſſimo co-

iit, alteri conſuli Domitio vindicatur. Apud Senatorem & Obſequentem eodem ordine C. Coelius, L. Domitius ſine cognominibus hoc anno conſules eduntur: ſed Aſconius in Corneliana ὕστερον πρότερον: *L. Domitio*, inquit, *C. Coelio coſ. S. C. factum, nequis Cretenſibus mutuam pecuniam daret*. Qui ordo in enuntiandis conſulibus haud raro permutatus reperitur.

(105) Inter manu exarata eiuſdem Peregrinii ſenioris poëmatia, quae is, quem toties honoris cauſſa nominavi, Joſephus a Capua Capycius a viro nobili Alexandro Peregrinio ſibi humaniſſime commodata brevi eſt editurus, exſtat elegans capitulum ad quendam Iohannem Camertinum Capuae olim Vicarium. Eo capitulo dum univerſae vitae ſuae rationem poëta exponit, ſe iam chori miniſterio exauctoratum ait: tum haec ſubiungit:

E ſon' uſcito anzor dalla citrada,
Me ne ſto in villa in loca piaggia aprica
Senza vicchezza e ſenza povertade.
In cui vimino dove fu l'antica
Capua, e veggio ch'ou' ebbe alti palagi,
Or trovo il rozzo mietitor la ſpica.
Ove ſon dico le delizie, e gli agi
De' miei Campani eroi? ove i Perolli?
Ove i Pacuvii? ove i Guibelli e Magi? &c.
Qui vivo in parte lieto, e dolce ingenno
Faccio a me ſteſſo al fin della mia vita,
Che già m'appreſſo al ſeſſantеſimo anno.
Stommi in una caſetta erma e romita
Sopra un TEATRO antico fabricata,
Ove ogni vento ha libera l'uſcita. &c.
Saper volete come ſi diſpenſa
Da me la vita? Levomi a l'aurora
Di letto a ben' oprar con voglia accenſa.
Paſſeggio un miglio, o poco men ſol'ora
Sin dell'ANFITEATRO alle ruine
Che ſtanno in pie con meraviglia ancora.

(106) Dum Campanae magnificentiae reliquias deſcribit Sanfelicius: *Exſtant ex iis*, inquit, *duae amphitheatri moles opere Dorico* &c. Duo ne veteris Capuae amphitheatra adſtruit, ita ut hoc quod modo indicavimus theatrum? vir eruditus pro amphitheatro altero habuerit? anne vero Calpurnium imitatus, qui ecloga VII ſic pulchre amphitheatrum circumſcribit:

Et GEMINIS medium ſe MOLIBVS alligat ovum:

eodem ille ſenſu *duas amphitheatri moles* dixerit? Ita prorſus. Et accedit quod in ſequentibus de uno evidenter aedificio loquitur: *Duae*, inquit, *amphitheatri moles opere Dorico, tam vaſtae, ſaeque architecturae, ut nemo ſit, qui pri-*

cogitare. Quidquid tamen ille senserit, danda est venia, quod ea aetate nondum detectus esset in huius, de qua disserimus, fabricae ruinis is lapis, qui nunc ad S. Eligii prostat, quo quidam Lucceius Peculiaris REDEMPTOR. PROSCENI fuisse dicitur: de quo saxo infra dicetur.

X Nam aliud mihi marmor prius illustrandum suscipiam, quo marmore quis demum ille fuerit, qui theatrum hoc a fundamentis excitari curarit, aperitur. Itaque ab amphitheatri titulo non fuit disiungendus is lapis, ex quo tum theatri aetatem assequi licebit, tum eius operis EXACTORem. Exstat id elogium Capuae ab *Ebulensi* regione occidentem versus pergenti sinistro viae latere in hunc modum:

D. M. S.
Q. ANNIO. IANVARIO
EXACTORI. OPERVM. PVBL.
ET. THEATRI. A. FVNDAMENTIS
HVIC. ORDO. DECVRIONVM
OB. MERITA. EIVS. HONOREM
AVGVSTALITATIS
GRATVITVM. DECREVIT
VIXIT. ANN. LXXI. VIVOS
SIBI. FECIT. POSTERISQVE
SVORVM

Et refertur hoc quidem a Grutero p. 354, 7. Sed primum alio positu linearum, deinde LXX anni Q. Annio tribuuntur, cum in saxo sint LXXI; demum quarta inscriptionis linea, quae maximi est ad rem nostram momenti, mutila exhibetur hoc modo, ET . . . . MENTIS. Et, fateor, litterarum vestigia ita fugientia ea cippi parte offendi, ut, nisi in schedis cuiusdam Silvestri Ayossae, quae quasdam nostrates epigraphas oscitanter descriptas habent, eum versum integrum reperissem, vix divinando eum assequi potuissem. Non sic tamen oblitterati sunt characteres, quin postquam iis schedis doctior effectus ad marmor rediissem, non illico singulas litteras probe agnoverim.

XI Ea in inscriptione cum Augustalium mentio fiat, qui rarissime Augusto vivente, & nonnisi extra Romam, post Augusti vero tempora passim audiri coeperunt, omnino post Augustum theatri opus exaedificatum oportuit. Ac de Augustalium ordine nihil hic me attinet dicere, quod eam tractationem alibi susceperim. *Honor augustalitatis gratuitus* ita hic dicitur, uti apud Grut. 393, 5, itemque 475, 3, & 4 HONOREM. DECVRIONATVS. GRATVITVM. *Augustales* vero *gratuiti* reperiuntur apud Grut. 172, 13: 432, 3, & 454, 7; necnon apud

primo EIVS aspectu non obstupescat &c. Quid quod hoc, quo de agimus, theatrum iamdudum extimis ornamentis nudatum nulla operis Dorici edicia de se dare Sanfelicio potuit? Ea tamen ambigua Sanfelicii dictio Maximiliano Missonio fecit, opinor, offucias, qui in itinere per Italiam Gallice conscripto *les restes de deux amphitheatres* Capuae supersesse narrat.

apud Fabrettum p. 403, n. 304. Non alii porro sunt decuriones aut augustales *gratuiti*, quam gratis & sine ulla impensa ob aliqua sua merita in eos ordines allecti: unde apud Fabrettum p. 744, n. 530 diserte legitur AVGustali GRATis CREATO. Nam ceteroqui quicunque decurionatum aut augustalitatem consequerentur, aut pecunia iis erogan-da erat, aut opus publicum faciendum, aut munus edendum, aut tale aliquid, ut ex innumeris inscriptionibus constat. Q. autem Annius Ianuarius ob theatrum sua cura a fundamentis erectum gratis in Augustalium ordinem fuit a Campanis decurionibus cooptatus. Quid vero sibi velit EXACTOR. OPERVM. PVBLicorum, ne longum faciam, consule substratam hic notam (107).

XII

(107) *DE EXACTORIBVS OPERVM PVBLICORVM, REDEMPTORIBVS, ARBITRATV, PROBATIONE SCHEDIASMA.*

Nomen hoc magistratus, quem qui gererent, *exactores operum publicorum* dicerentur non alibi, quod sciam, invenias, quam in recitato Campano epigrammate, & in veteri inscriptione apud Fabrettum pag. 94, num. 204 EXACTORI OPERVM, & in alia apud Fleetvvood pag. 287, a. EXACTORI OPERVM DOMINICOR. Sed e veteribus tamen scriptoribus facile eius vim vocis assequemur. Nam *exigere opus* is dicebatur, ad quem operis curatio pertinebat. Et *exactor operis* habet respectum ad *redemptorem*: hic opus *probatum tradere*, ille *exigere* dicebatur. Itaque postquam vim huius vocis *exigo* scriptorum exemplis illustravero, tum de *redemptoribus*, *arbitratu*, *probatione* praeterea agam.

Exactio operum publicorum praeter cetera apud Ciceronem pro Domo occurrit: *Quid*, inquit, *operum publicorum exactio? quid inscriptio nominis tui?* Columella I, 7: *Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio*. Ovidius in epistolis:

Ipse necis cuperem nostrae spectator adesse,
Auctoriſque oculis exigeretur opus.

Plinius X, Epist. 85 paullo explicatius ac plena locutione *exigere rationem operis* dixit: *Exigendam esse*, inquit, *a Dione rationem operis, antequam reipublicae eraderetur, quod aliter fecisset ac debuisset*. Ad haec Papyrius iureconsultus l. 9, Dig. De admin. rerum ad civ. pertinentium: *Antoninus*, inquit, *& Verus rescripserunt operum exactionem sine cautione non oportere committi*. Et ex eiusdem legis initio percipimus quem EXACTOREM OPERVM PVBLICORVM nostra inscriptio appellat, eumdem ac *curatorem* fuisse. *Impp.* ait ibi Papyrius, *Antoninus & Verus rescripserunt, pecuniae, quae apud CVRATORES remanſit, usuras exigendas: eius vero, quae a redemptoribus operum exigi non potest, sortis dumtaxat periculum ad CVRATORES pertinere*. Nulli dubium quin exactor operum publicorum idem qui *curator* fuerit; qua voce nihil est magis in inscriptionibus obvium. Nam ubi quaeso hoc non invenies? *Curator operum publicorum* (quod est tritissimum); item *operum maximorum*; itemque *aedium sacrarum*, *operum*, *locorum publicorum*; nec non *alvei Tiberis*, *& riparum*, *& cloacarum urbis*; *aquae deducendae*; *pontis Aug. in Moesia*; *viarum sternendarum*, &c. de quibus vide indicem Gruterianum Magistratuum. Cum *Curatores* operum tam saepe in inscriptionibus inveniantur, mirari subit, cur hoc tantum Campano titulo *Exactor operum publicorum* appelletur: praesertim cum haec ipsa ceteroqui locutio scriptoribus, uti modo demonstrabam, sit sane quam familiarissima. Etsi sequiore aevo non insuetata fuit ea magistratus appellatio; & duo huiusmodi exempla apud Cangium reperio. In his Chronicon Fontanellense cap. 16: *Exactor operum regalium in Aquisgrani palatio regio sub Heinbardo Abbate a Domino rege constitutus est*. Et Iohannes Tzetzes Chil. V cap 17:

Ἐφ' ἧ γαμβρὸν ἐξακτωρα γ᾽ωργῶν ἴσχει,
Πελλὰς ἀοχὰς ἀνύσαντα πρωτοτύπως θεμάτων.

Venio ad sartorum tectorum exactionem: quam quidem procurationem in urbe Roma propriam censorum fuisse non uno ex Livii loco doceri potest. Lib. XLII, 3: *Censorem*, inquit, *moribus regendis creatum, cui sarta tecta exigere sacris publicis, & loca tuenda more maiorum traditum esset*. Et de Gracco & Claudio censoribus lib XLV, 15 ait: *Patentibus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda ..... anni & bimensis tempus prorogaretur*. Interdum tamen eam procurationem senatus consulibus aut praetori mandabat, quod in C. Verris praetura evenit. Itaque non erit inutile ex libro primo in Verrem nonnulla huc adnexere: *Quapropter*, inquit n. 40, *ita mihi placeat praeturae (C. Verris) criminibus auditis, ut ex utroque genere & iuris dicundi & sartorum tectorum exigendorum ea postulatis, quae maxime digna sunt eo.*

reo

XII Habes *exactorem* operis hujus: de eiusdem theatri, aut saltem eius partis, quae proscenium dicebatur, *redemtore* nunc accipe, nempe eo,

reo. Tum n. 50 haec quoque ait: *Aedem Castoris, iudices, P. Iunius habuit tuendam L. Sulla, Q. Metello Censoribus. Is mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. Cum L. Octavius, C. Aurelius Cos. aedes sacras* (tuendas) *locavissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere; neque ii praetores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos & M. Caesius: factum est S. C. quibus de sartis tectis cognitum & iudicatum non esset, uti C. Verres, P. Coelius praetores cognoscerent & iudicarent.* Quem ad locum Asconius: *Harum rerum cura propria censoribus datur, i. e. sartorum tectorum exigendorum. Verum haec tueri & procurare, cum ceteris item tum publicis tum privatis operibus, aedilium cura est annua. Praetores, nisi senatus decrevit, de hac re minus laborant.* Sed aliter, puto, censores, aliter aediles his de rebus cognoscebant: hi a redemptoribus tantum rationem operis exigebant; illi autem non a redemptoribus tantum, sed ab ipsis, opinor, etiam aedilibus: id quod & Asconii verba attendenti innuunt: & censorum vero potestas quam late protendebatur, quis ignorat? Sicut vero censorum, consulum, praetorum, aedilium, etsi vario fortasse respectu, *exigere* fuit, ita redemptorum *tradere opus*. Paullo post eum locum Cicero: *Quaesivit* (Verres) *quis aedem Castoris sartam tectam deberet tradere.* Nec post multa: *Quaeris ecquid sit, quod a pupillo traditum non sit, quod exigi oporteat.* Tum quae sequuntur n. 51 magis etiam *exactionis* huius vim notionemque declarant: ibi Verres cum omnia in aede Castoris nova atque integra deprehendisset, nec fore suis latrociniis locum, eo se demum convertit: *Nam mehercule*, inquit, *sic agamus: columnae ad perpendiculum exigantur.* Vide porro quae adversus illam morosam praetoris praedae inhiantis diligentiam habet ibi Tullius.

Etsi quae de *exactoribus* hucusque differui, satis etiam quid sibi *redemptor* velit ostendunt: de hoc tamen etiam vocabulo in anaglypti (de eo notatione sequenti fusius agam) gratiam, quo quidam LVCCEIVS. PECVLIARIS. REDEMPTOR. PROSCENI Campani dicitur, adiungere non erit inutile: *Redemptores*, inquit Festus, *proprie atque antiqua consuetudine dicebantur, qui, cum quid publice faciendum, aut praebendum conduxerant effecerantque, tum demum pecunias ACCIPIEBANT: nam antiquissimi EMERE pro ACCIPERE ponebatur. At is nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerant praebendum utendumque.* In re tam trita exemplorum nubem densare putidissimum fuerit. In veteribus glossis legitur in hunc modum: *Redemptor ἐργολάβος*; & apud veteres iureconsultos *redemptores* ii sunt, qui suis caementis, suoque labore aedificant, constituto pretio: *Redimere* autem, sicut & *locare aedes sacras* apud Cic. Lib. I in Verrem, num. 50, & seq. etiam qui aedium sacrarum sarta tecta redimerent aut locarent dicuntur. Et redemptoris quidem vocabulum ad curatores seu exactores operum publicorum, aut quoscumque locatores a quibus utique opus faciendum conducebant, refert Cic. V in Verrem: *Eundemque te memini censorias quoque leges in sartis tectis EXIGENDIS tollere, & commutare, ne is REDIMERET, cuius res esset.*

Illi quoque a redemptoribus opus exigere dicebantur, quorum *arbitratu* res esset facienda. Itaque saepe hoc in inscriptionibus deprehendas, quoties aliquid fieri iubetur ARBITRATV τῦ δέκα ut fiat. Ne longe abeam, in Herculaneensi epigrammate quod supra (pag. 164) recitavimus, ARBITRATV. CN. LAETORI porticus reficienda iubetur. Plautus Rud. *Videsis cuius arbitratu rem nos facere vis.* Vlpianus de verb. sign. *Illa verba ARBITRATV L. TITII FIERI ius significant, & in servum non cadunt.* Horatius Serm. II, 3:

Heredes Staberi summam incidere sepulcro:
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum arbitrio Arri.

Sane apud Ciceronem Orat. pro dom. n. 37, & Orat. post redit. in sen. n. 7, atque in Pisoniana n. 9 *arbitria funeris* Hottomannus mercedem libitinariorum interpretatur: quod inde factum puto, quod funeris expensae alicuius arbitratu ut fierent caveri testamento solebat.

Demum operis *probatio*, *comprobatio*, *improbatio* ad eosdem operum exactores seu curatores pertinuit. Ac fuit, sat scio, victimarum probatio, de qua videatur Brissonius in Formulis p. 17. Fuit & equorum probatio, quae quandoque in veteribus kalendariis occurrit, de qua vide Argolum in Panvin. De lud. circ. I, 12. Adde bovum probationem de qua Varro De R. R. I, 20: *Prima*, inquit, *est probatio qui idonei sint boves.* Columella quoque *boves probare* dixit, & vetus Evangeliorum interpres Luc. XIV, 19. Adde mensurarum probationem, de qua Modestinus l. 39, D. ad l. Corneliam de falsis dixit: *Mensuras vini & frumenti publice probatas corrumpere*; quae probatio ad aediles pertinuit, ut in quadam lege in pandectis memini legisse, & ad eosdem ponderum probationem pertinuisse existimo, qui per SACOMARIOS, quorum mentionem in inscriptionibus deprehendi, pondera exigerent. Accedit pecuniae probatio, de qua Mela l. 39, D. solut. ait: *Si soluturus tibi pecuniam eam apud nummularium, quasi probaretur* (i. e. ad obryssam exigeretur) *deposuerim.* Accedit tritici probatio, quae in castris qui-

Digitized by Google

eo, qui proſcenium faciendum conduxit, aut eo quidem certe, qui eiuſdem proſcenii ſarta tecta tuenda ſuſcepit. Fuit autem is, qui in veteri anaglyptici operis marmorea tabella reperitur in hunc modum: LVCCEIVS. PECVLIARIS. REDEMTOR. PROSCENI. EX. BISO. FECIT. Atque eius quidem anaglypti delineationem in tabula excuſam habes,

quidem ex l. 12 D. de re milit. ad tribunos pertinuit, urbe vero ſive a praetore ea probatio imperabatur, ut Lib. III in Ver. n. 30, & 31; ſive, opinor, ab aedilibus, maxime ſi de frumento publico ageretur. Praeterea *armatum probare* apud Cic. Orat. pro Caecina eſt, ſi probe memini, explorare num armatus ſit. Mitto alias innumeras probationes, quae apud veteres Scriptores poſſint occurrere; ut eſt illa, qua Alexander Severus dicitur a Lampidrio cap. 40 *Purpurae clariſſimae* venalis *graviſſimus exactor* fuiſſe; i. e. id opus ut optimum fieret non ſeguiter inſtitiſſe. De aedificiorum vero probatione brevem hanc tractationem inſtitui propterea quod nihil frequentius in operum publicorum titulis legitur, quam hoc: ὁ δεῖνα FACIVNDVM. CVRAVIT. IDEMQ. PROBAVIT: ſive ubi eſt ſermo de pluribus: FACIVNDVM. COERAVERVNT. EIDEMQ. PROBAVERVNT. quod Livius utpote compendio ſtudens, ſic contraxit IV, 22: *Cenſores villam publicam in Campo Martio probaverunt*.

Probare autem in his talibus probum ne iudicare ſignificet, an examinare & tamquam exigere ad obruſſam, an utrumque diſputat Graevius ad Lib III in Ver. n. 30, & 31, ubi de tritici probatione eſt ſermo; ac levi quadam cum Scioppio concertatione utitur, dum ille negat probare in his talibus aliud eſſe quam *probum iudicare*: hic contra & experiri & probum aeſtimare recte interpretatur. Equidem ſic rem tranſigi poſſe exiſtimaverim, ut praeſenti quidem tempore id verbum modo explorandi modo comprobandi vim habeat, praeterito vero tempore plerumque idem ſit, quod rem exploratam atque inſpectam comprobare, ita ut utraque ſimul notio & explorandi & comprobandi ei verbo ſubiiciatur tum, cum dicitur FACIVNDVM. COERAVERVNT. EIDEMQ. PROBARVNT i. e. inſpexerunt, & inſpectum comprobarunt. Id perinde ſe habet, ut Romani *vixiſſe* eos dicebant, quos vita functos ſignificare vellent, teſte Plutarcho in Cicerone de Catilinae coniuratis: ἔζησαν, εἶπεν (ὁ Κικέρων) ὑπὲρ δὲ Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν καὶ βουλόμενοι τὸ τεθνάναι σημαίνουσιν. In eundem modum *probaſſe* & operis explorationem notat, & ſimul, id quod explorationem, tamquam mors vitam, conſequeretur, comprobationem.

Sed miſſis huiuſmodi ἀκριβολογίαις, *probare*, *comprobare*, *improbare* ad exactores operum pertinuit, ſeu ad quoſcumque locatores, aut quorum arbitratu res fieret. Itaque eam curam Frontinus De aequaed. Lib. II ad cenſores & aediles refert, quorum & *exigere* fuit: *Eorumque*, inquit, *operum probandorum curam fuiſſe conſtat per cenſores & aediles*. Livius XLV, 15 iiſdem cenſoribus & *exigere*, & *probare* tribuit: *Petentibus, ut ex inſtituto ad ſarta tecta exigenda, & ad opera, quae locaſſent probanda, anni & bimeſtris tempus prorogaretur*. Contra redemptores dicebantur ii quidem *probare* aut *approbare*, verum non abſolute, ſed *locatori*, cui etiam *opus approbatum* tradere dicebantur. Cicero Lib. I in Ver. 54: *Locatur opus id quod mea pecunia reficiatur: ego me refecturum eſſe dico. Probatio futura eſt tua, qui locas: praediis & praediis populo cautum eſt*. Rurſus eadem Ver. n. 55: *Quid ita? ne vitioſum opus fieres? at erat probatio tua*. Et pro Fonteio n. 4: *Obiectum eſt etiam, quaeſtum M. Fonteium ex viarum munitione feciſſe: ut aut ne cogeret munire, aut id, quod munitum eſſet, ne improbares. Si & coacti ſunt munire omnes, & mulsorum opera improbata ſunt, certe utrumque falſum eſt, & ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit: & ob probationem cum multa improbata ſint*. Vitruvius IX, 3: *Auream coronam votivam immani pretio locavit faciendam, & aurum ad ſaccma appendis redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi approbavit, & ad ſaccma pondus coronae viſus eſt praeſtitiſſe*. Ex μελέταις Hadriani Sophiſtae Tyrii (quas edidit Allatius in Excerptis variis Graecorum Sophiſtarum: Romae an 1641, 8) ſecunda hoc habet argumentum: Μισθοφόροι τὸν ποτισμὸν τοῖς πολεμίοις ἐπήγαγον, καὶ ἀπιτῶσι τὸν μισθὸν παρ' Ἀμφικτύοσι δοκιμαζόμενοι. Illud δοκιμαζόμενοι neglexit (an minus intellexit?) interpres: verte ſic: *Mercenarii milites flumine in hoſtes* (quo obruerentur) *diducto, cum opus ſuum* (exactori ſive locatori) *approbaſſent, mercedem exigunt in iudicio Amphictyonum*. Ita vero demum redemptores *approbabant*, cum magiſtri opificiorum ex inſpectione opus eſſe probum & recte factum pronuntiarent: id fuit *opus approbatum tradere*. Fuit tamen, cum arbitratu domini, qui locaret, ex lege dicta operi faciundo res effet approbanda. Paullus l. 24 D. locati haec habet: *Si in lege locationis comprehenſum ſit, ut arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur, ac ſi viri boni arbitrium comprehenſum fuiſſet*. Cur autem opus probatum

tra

habes, quam vide: eiusdem vero explanationem, quam post tot clarissimos viros eam rem aggressos potui, ne te amplius detineam, in eam-

quam

tradere redemptor diceretur, Macer l. 7, § 1 de leg. Iul. rep. declarat his verbis: *Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum . . . sarta tecta tuenda, antequam PERFECTA, PROBATA, PRAESTITA LEGE erunt*. Quatuor requirebantur, antequam in acceptum ferretur opus, ut perfectum, ut probatum, ut praestitum sive traditum, utque id ex lege dicta operi faciundo; cuiusmodi lex operi faciundo concipitur in vetere Neapolitano marmore: QVOD. EORVM. VIGINTI. IVRATI. PROBAVERINT. PROBVM. ESTO QVOD. IMPROBAVERINT. IMPROBVM. ESTO. Huiusmodi legis saepe fit in pandectis mentio: ut in hac ipsa re, qua de agimus, Labeo ait l. 60, § 3, D. locat. *Lege dicta domus facienda locata erat, ITA VT PROBATIO AVT IMPROBATIO LOCATORIS AVT HEREDIS EIVS ESSET: redemptor ex voluntate locatoris quaedam in opere permutaverat: respondi opus quidem ex lege dicta non videri factum: sed quoniam ex voluntate locatoris permutatum esset, redemptorem absolvi debere*.

Magni vero intererat primo quoque tempore opus approbatum tradere, quod interea periculum redemptoris esset. Idem Labeo l. ult. eodem titulo ait: *Si vivum quem faciendum conduxeras & feceras, antequam eum probares, labes corrupit, tuum periculum est*. Sed ita demum, ut ibidem Paullus distinguit, si operis vitio accidat; nam si soli, locatoris erit periculum. Quod autem apud Labeonem redemtor *probare* dicitur, supplendum est *locatori* (nam ceteroqui locator tantum aut arbiter absolute *probare* non item redemtor dicitur) quemadmodum plena locutione dixit Iavolenus l. 37, eodem titulo: *Si prius*, inquit, *quam LOCATORI opus probaretur, vi aliqua consumptum est: detrimentum ad locatorem ita pertinet si tale opus fuit, ut probari deberet*. Idem Iavolenus l. 51, §. locavi, eodem titulo quaedam habet eodem pertinentia, utrius nempe periculum sit, antequam bonitas operis locatori a conductore approbaretur. Eodem quoque spectat erudita Florentini sententia, quam non possum non huc afferre, etsi est paullo prolixior: *Opus*, inquit is l. 36, eodem titulo, *quod AVERSIONE* (i. e. quod vulgo dicimus *a corpo non a misura*, ἐν ὁμάδι, ἐν κόπῳ, quasi si aversi negotium contrahamus, ἐπιτρεπόμενοι τὸ πρόσωπον: vide Modestinum l. 62, §. ult. de contrah. emt.) *locatum est; donec adprobetur, conductoris periculo est. Quod vero ita conductum sit, VT IN PEDES MENSVRASVE PRAESTETVR: eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit. Et in utraque causa nocitura locatori, si per eum steterit, quominus opus adprobetur, vel admetiatur. Si tamen VI MAIORE opus prius interciderit, quam adprobaretur, locatoris periculo est*, &c.

Sed redeo in viam. Specimina illa, quae (ut in Diatriba De Dedicationibus IV dictum fuit) in operis dedicatione seu ἐγκαινισμῷ edebantur, si quidem ὁμογενῆ fabricae fuissent (i. e. ex iis potissimum rebus, quarum caussa opus exstructum fuisset, veluti cum in theatro dedicando fabulae dabantur, & cetera in eumdem modum) ad probationem instituendam initio fortasse introducta fuere: non enim celebritatis tantum caussa adhibebantur, verum etiam ac potissimum, ut exploraretur utrum fabrica recte se haberet comparate ad id, cuius gratia exstructa fuisset: etsi procedente tempore obtinuit, ut in encaeniis non tantum ὁμογενῆ aedificio spectacula exhiberentur, sed alterius quoque generis ad celebritatem concursusque ciendos. Hinc quorum cura fuit opera publica exigere, censorum, consulum, praetorum, aedilium, eorum quoque publica spectacula edere proprium fuit. Celeberrimum sane illud ac sumtuosissimum emissarii lacus Fucini opus quandonam improbatum est, nisi cum illud Claudius celebritate maxima dedicaret? Et libet hic Taciti narrationem adtexere XII An. 56, quae in hunc maxime modum habet: *Sub idem tempus inter lacum Fucinum amnemque Lirin perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale proelium adornatur*. Sequitur descriptio proelii longe illius quidem instructioris, quam pro ludicro spectaculo ἐν τοῖς ἐγκαινίοις edi solito, quo proelio undeviginti hominum millia pugnavere. *Sed perfecto*, inquit, *spectaculo apertum aquarum iter, & incuria operis manifesta fuit haud satis depressi ad lacus imum vel media*. Ecce tibi operis improbationem. *Eoque*, inquit, *tempore interiecto, altius effossi specus: & contrahendae rursus multitudini* (ad dedicationem probationemque redintegrandam) *gladiatorum spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam. Quin & convivium effluvio lacus appositum magna formidine cunctos affecit; quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulteriobus, aut fragore & sonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione principis usa, ministrum operis Narcissum incusat cupidinis ac praedarum*. Vides ut iteratum ἐγκαινισμοῦ probationemque iterata quoque improbatio consecuta fuerit: neque enim refert quod propria eius rei vocabula, *dedicationem, probationem, improbationemque* is scriptor non usurparit, modo rem teneamus. Contra vero domum suam Nero princeps quando nam *comprobavit?* tum quoque cum eam dedicaret. De eo Suetonius cap. 31: *Eiusmodi*, inquit,

Digitized by Google

quam hic subnexui notationem (108) conieci. Anaglyptum illud certum prope ab hinc annos e theatri ruderibus erutum postea sexviri Cam-

inquit, *domum* (qualem multis Tranquillus descripserat) *cum absolutam DEDICARET, hactenus COMPROBAVIT, ut se diceret quasi hominem tandem habitare coepisse*. Non temere *comprobandi* verbum a nobili biografo adhibitum, sed quod sollemne ac proprium eius rei effet. Vides profecto ἐγκαίνια non inepte cum probatione coniuncta, & hanc illis subsecutam; & probationem in eius, opinor, iudicio plerumque positam, qui dedicaret, qui eo temporis articulo pronuntiaret, rectene se opus illud haberet. Et ab ea fortasse est caussa, quod iis in inscriptionibus operum publicorum, quibus probationis mentio exstitit (veluti quod saepissime legitur FACIVNDVM. COERAVERVNT. EIDEMQ. PROBAVERVNT) nihil de dedicatione adiungitur: alias saepe dedicatio memoratur, probatione praeterita. Neronis vero iudicium de tam laxis aedibus κατοσδόκητον fuit, eoque ab historico notatum. Putasses illum operis magnificentiam demiraturum. Verum is *hactenus comprobavit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare coepisse*. Ac de exactoribus & probatione operum tantum: quae ad veteres scriptores inscriptionesque intelligendas non inutilia fore speravi.

(108) *IN CAMPANI PROSCENII ANAGLYPTVM EXERCITATIO.*

1. *De singulis eius anaglypti imaginibus.*

Primus omnium qui hanc anaglypticam tabulam, etsi parum exacte delineatam evulgaverit, fuit Ioh. Petrus Paschalis, commendatione ille quidem dignissimus, quod illud monumentum publice ut collocaretur cum Campano magistratu egerit, nisi etiam perexiguo edito libello eo demum evasisset, ut illas Palladis, Iovis, Cupidinisque (sic enim pharetratam illam imaginem interpretatur) effigies ad Trinitatis mysterium detorqueret.

Sed & vir eruditissimus Iob. Mabillonius suo illo per Italiam itinere cum marmor oculis delibasset, dignissimum duxit, quod cum eruditis viris commune faceret (etsi parum accurate delineatum, quod illud e Paschali descripsisset) brevi etiam explicatione adiecta, quae non potest sine piaculo praeteriri. Sic enim ait: *Iob. Petrus Paschalis e Soc. Iesu exiguo libello has figuras explicavit, ita ut prima figura machinam versatilem ad sustollendos lapides grandes, secunda sculptorem vel architectum, tertia Palladem, quarta Iovem sedentem, quinta Cupidinem, sexta senatorem qui impensas operi suppeditabat, septima denique Volturnum fluvium significari existimet. De quatuor primis explicationibus vix ulla difficultas: aliae non facile admissuri sunt viri eruditi. Nam & quintae Apollinem refert melius, quam Cupidinem, qui nudus pingi solet: sextae sacrificum, qui Genio theatri sacrificat, dextra craterem effundens in aram, sinistra flores in cornucopiae gestans. Nam Genio vel sacra fiebat mero & floribus ex Varrone & Censorino. Apud Oiselium Tab. XLII Genio Augusti eodem modo sacrificatur. Porro Genium serpentis imagine aliquando significatum fuisse, praeter Rosinum, Virgilius auctor est Aeneid. lib. v. Unde septima figura sine dubio exhibet Genium theatri, ut titulus superpositus indicat. Sic apud Grut. p. 111 Genius theatri Pompeiani, apud Reinesium p. 183 Genius theatri Augusti legitur. Sed haec viderint alii.*

Demum Raphael Fabrettus in volumine inscriptionum p. 78. Mabillonii explicatione in medium allata, hoc tantum a viro erudito dissentit, quod quem Apollinem putat Mabillonius, is Dianam *alte succinctam* esse verissime affirmat. *Muliebris quippe*, inquit, *est ille vestitus, & omnino similem cum arcu, pharetra & venabulo (quod Soli usquam appictum non memini) nummi octavus & undecimus tab. L apud Oiselium exhibent, ut marmora praetermittam*. Verissime id, inquam, nec est cur de eo quisquam addubitet: & accedit, quod numen Capuae πάτριον non aliud quam Diana fuit; quod ex templo percelebri Dianae Tifatinae, & ex aliis constat monumentis. Sed tamen post Mabillonii & Fabretti doctas animadversiones & conatus de integro hunc lapidem volvere aggredior.

Ac primum de sacrificio & serpente non usque adeo certa sunt quae Mabillonius statuit, quin potius imaginem illam, cui crater in manibus, Genium fuisse putem, serpentem vero interpreter Capuae διακριτικὸν simulacrum. Quare singulas iam lustrabo imagines a postrema exorsus. Non enim, uti dixi, serpens ille cristatus pro Genio theatri esse accipiendus videtur, sed ad vetustissimas fortasse Capuae origines alludit. Nam Campani initio Opici fuere: Opices vero a serpentibus sic appellatos, testatur Stephanus in Ὀπικοί in haec verba: Οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοί ἀπὸ τῶν ὄφεων. *Alii vero*, inquit, *Opicos, quasi Ophicos, a serpentibus appellatos putant*. Servius ad illud Aen. VII, *Oscorumque manus* sic commentatur: *Capuenses dicit, qui ante Osci* (fortasse legendum *Opici*, aut certe *Opsci*) *appellati, quod illic plurimi abundavere serpentes: nam graece ὄφις dicitur serpens*. Porro qui antea *Opici* a serpentibus dicebantur, postea contractius *Opsci* & *Osci* sunt appellati; uti iam viri docti demonstrarunt. Quare serpens ille videtur Capuae διακριτικὸν signum

Digitized by Google

Campani in fornice S. Eligii collocandum curarunt; ibidem nimirum, ubi hunc amphitheatri titulum, quem hoc qualicumque commentario

 illu-

signum fuisse, uti Capricornus Augusti, & alia id genus, quae huc congerere non est opus. Accedit, quod in hunc usque diem nostra haec civitas duo sibi insignia usurpet, unum usitatius, quo crux depingitur, alterum, quo septem serpentes in cratere surrecti exsculpuntur. Peregrinium sane memini in Camp. Fel. (quanquam locum reperire non potui) negare pro satis antiquo habendum esse illud insigne crateris cum serpentibus: sed illud quoque memini novitatem eius stemmatis nullo modo a laudato viro probari. Et ceteroqui etiam scio, cum primum ista insignia usurpari coeperunt, ad veteres origines saepe alludi placuisse: in tantum ut non pudeat hodie Gaditanos, quamvis Christianos, in publico sigillo Herculem exhibere cum hac inscriptione *Hercules Gadium fundator dominatorque*, id quod didici ex to. XI biblioth. selectae Clerici p 111. Quid ergo impedimento est, quominus, cumprimum hoc sibi insigne nostri cives asciverunt, ad veterem de serpentibus narrationem spectarint? Nam quod in cratere eos angues assurgentes effinxerint: id eo spectat, quod nostra haec Campania, quam Opici initio inhaeserunt, *Crater* olim appellabatur, quod eius pars litoralis in crateris formam sinuatur. Strabo de Campania loquens sic ait: *Antiochus ab Opicis habitatam fuisse eam regionem narrat, qui iidem & Ausones appellarentur: at Polybius significat se pro duabus diversis gentibus eos habere; ait enim Opicos & Ausones terram quae est circa CRATEREM incoluisse*. Potest igitur non inepte serpens iste ad eam, quam dixi, narrationem referri: nam quamvis opinio sit quandoque veteres Genium sic depinxisse, ut anguem exsculperent: tamen nihil magis in proposito marmore quis Genius theatri fuerit declarat, quam superposita inscriptio. Nunc epigraphe illa GENIVS THEATRI non supra serpentem, sed supra praecedentem figuram scalpitur, quemadmodum in tabula vides. Fugit enim virum magnum memoria, qui supra serpentem eam inscriptionem statuit.

Neque enim dubium esse potest, quin is qui dextra pateram, sinistra cornucopiae gerit, is demum Genius theatri sit habendus. Docet id tum ei superne respondens epigramma, tum etiam quod Genius eo demum habitu a veteribus depingatur, uti Traiani & Hadriani numismata testantur. Nec alia specie, opinor, visebatur Genius populi R. qui regione urbis octava aureus stabat. Certe Genii publici, qui Iuliano ad imperium evecto per quietem apparuit, non alia deformatio fuit. *Nocte tamen*, inquit Ammianus XX 12 *quae declarationis Augustae praecesserat diem ... per quietem aliquem visum, ut FORMARI GENIVS PVBLICVS SOLET*. Qualis vero illa species fuerit lib. XXV, cap. 5 declaratur: nam sub tentorio degens imperator, *vidit squalidius ... speciem illam Genii publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen conspexit in Galliis, velato capite, cum cornucopia, per aulea tristius descendentem*. Haec dum scribo grandiusculos duos Constantii Chlori nummos licuit contrectare: in quorum aversa parte GENIO POPVLI ROMANI inscripta Genius sic exhibetur, dextra ut pateram effundat, sinistra cornucopiae ferat, capiti vero calathum insistentem habeat. Et calathum, quem Genii vertici haec numismata superimponunt, ne a nostro quidem anaglypto supra Genii caput abfuisse suspicor: quamvis enim ea parte marmor contractum cernatur; tamen intervallum quod inter utramque superpositae inscriptionis dictionem intercedit, nonnulli est indicio surrectum aliquid supra Genii caput exstitisse, quod epigraphen interrumpi cogeret. Verum de calatho quidem res est incerta: sed tamen capite velato, quemadmodum Ammiani verba modo recitata declarant, hunc nostrum fuisse, ex lacinia a capite in sinistrum humerum dependente palam fit. Non est ergo haec penultima imago sacrificus aliquis, sed ipse Genius theatri sacrificantis ritu exhibitus. Quae cum ita esse certissime demonstrarim: illud quoque sequitur serpentem, de quo supra disserebam, quidvis potius, quam Genium fuisse. [Anguis eodem positu quo heic, visitur in altero anaglypto apud Spon. Sect. 2, art. 7. pag. 31 in quo in medio tres nymphae Naiades aquam ex urna fundunt, hinc serpens erectus & in spiram revolutus cernitur, illinc adolescens sacris operatur. Inscriptio substernitur: NVMINI. NYMPHARVM. AQVAR. AVGVSTALIS. AVGGG. LIB].

Sed si tamen eum anguem pro Capuae symbolo accipere forte detrectas, & ad Genium referre mavis: sic transigi res poterit, non ut ille coluber Genius fuerit, sed Genii tantum διακριτικὸν σημεῖωμα. Neque enim temere hoc est, quod Virgilius v Aen. 95 post serpentis accuratam descriptionem subiecit,

Incertum Geniumve loci, famulumne parentis
Esse putet.

Ad quem locum Servius nullum locum Genio carere dicit, qui per anguem plerumque ostenditur. Isidorus in XII orig. 4. *Angues autem apud gentiles pro geniis locorum erant habiti semper: unde & Persius:*

Pinge duos angues, pueri, sacer est locus.

Vide quae Casaubonus ad Persii locum notavit, ex quibus intelligas deos quosvis topicos sive locorum Tutelas per angues fuisse designatos; unde & Propertius lib. IV, elegia 8 de dracone:

Lanuvium annosi vetus est Tutela draconis.

Tutela autem & Genius una eademque res fuit, ubi

illustravimus, in eum modum, quem supra posui, suppletum statuendum iusserunt. Vtinam vero eandem diligentiam sexviri ceteriqne Campani

uti patet ex Gruteriano epigrammate p. 105, 2: DEO. TVTEL. GENIO. LOCI. Apud Ammianum quoque XXI, 28 sic reperio. *Et putabatur Genius quidam tutelae salutis appositus eum reliquisse*. Cetera porro, quae apud eundem sequuntur, sunt sc tu iucunda: *Ferunt enim*, inquit, *theologi in lucem editis hominibus cunctis, salva firmitate fatali, huiusmodi quaedam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen pauciſſimis visa, quos multiplices auxere virtutes. Idque & oracula & auctores docuerunt praeclari: inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem bi senarii duo leguntur:*

Ἄ̓ρχει τ ἑαῖμων ἀ.δρὶ συμπαρίστατ
Εὐθὺς γενομέ ῳ, αὐτεχγωγὸς τοῦ βίυ.

Talesque fuisse ait Pythagorae, Socratis, Numae, Scipionis, Marii, Octaviani, Trismegisti, Apollonii, Plotini genios. Quanquam quae viri docti de geniis sive daemoniis ex ethnicorum doctrina collegerunt, vel si summatim delibare velim, dies me citius, quam sermo deficiet (nec actum agere tanti erit) tamen vel ex iis paucis, quae dixi, intelligis eorum pleraque ex vera Angelorum bonorum malorumque doctrina ad ethnicos manasse. Nam malum etiam unicuique genium veteres assignarunt: *Cum nascimur*, inquit Servius ad VI Aen. 717, *duos Genios sortimur; unus est, qui hortetur ad bona, alter, qui depravet ad mala*. Et apud Florum IV, 23 memini legisse, aram quandam imaginem Bruto per noctem oblatam, &, quae esset, interrogatam, *suus*, respondisse, *MALVS GENIVS*. Per bonos genios *& desideria nostra*, inquit Apuleius, *& merita ad Deos commeant .., qui ultro citroque portant hinc petitiones, inde suppetias, ceu quidam utrinque interpretes & salutigeri*. Eosdem *omnium non modo actorum testes, verum etiam cogitatorum* appellat: eosdem ait post mortem *trahere velut custodiam suam ad iudicium, atque illic in caussa dicenda assistere; si qua commenticiatur arguere; si qua vera dicat, asseverare; prorsus illius testimonio ferri sententiam*. Ac ne illud quidem a nostra religione magnopere abhorret, quod non tantum hominibus, sed & urbibus & locis genios praesidere putabant: unde Prudentius ad Sym. lib II, 444:

Quanquam cur genium Romae mihi fingitis unum,
Cum portis, domibus, thermis, fabulis foleatis
Assignare suos genios, perque omnia membra,
Vrbis, perque locos geniorum millia multa
Fingere?

[Euseb. de martyrib. Palaestinae cap. XI fin. *Ante diem III. Non. Martias, quo die natalis Genii publici, ut gentiles existimant, apud Caesaream celebratur*. Natalis Genii publici idem videtur esse ac natalis illius Civitatis.) Hinc in nostro hoc marmore & alibi GENIVS THEATRI legitur. Hinc apud Grut. 75. 1 GENIVS. CONSERVATOR. HORREORVM. GALBIANORVM. Et sexcenta huiusmodi. Illud quoque ex inscriptionibus constat, quod est sane tritissimum, qui in maribus *Genius*, in feminis *Iunonem* audiisse. In una eademque inscriptione apud Fabrettum p. 73, n. 71 GENIo. ET. HONori. MAGI. GERMANI... ET. IVNONI. CISSONIAE. &c. Hinc illae occurrunt apud Gruterum dedicationes Iunonibus *Claudiae, Iuniae Torquatae, Gaviae Albanae, Iuliae Ausidenae* &c. Ac de geniis plura iam, quam oportuit.

Iam vero tres illae in medio anaglypti figurae nihil dubium, quin Iovem, Palladem, & Dianam exhibeant. Iupiter quidem cum dextera fulmen habeat, non alius erit quam Iupiter Tonans, qui in Capuae Capitolio aeque ac Romano colebatur. Romae in aede Iovis Capitolini tres fuere *cellae ex ordine*, inquit Dionysius, *a lateribus communione parietum clausae: media Iovis, utrinque altera Iunonis, altera Minervae, sub eodem laqueari eodemque tecto*. Eandem trium Deorum συννάων communionem in coloniarum Capitoliis imitabantur: ab eaque est caussa quod Arnobius ait: *Nonne vides in Capitoliis omnibus virginales esse species Minervarum?* Iidem Campanae aedis Capitolinae Dii σύνναοι fuere, nisi quod pro Iunone Etruscorum patrio numine Diana a Campanis Etruscis colebatur, (ut alibi mihi demonstratum) & Diana ceteroqui eadem, quae Iuno fuit. Ergo tres isti Dii Iupiter Tonans, Minerva, & Diana, qui in medio marmoris depinguntur, Campani Capitolii Dii σύνναοι fuerint; [& Aldhelmus apud Monachum in recognit. pag. 7. meminit Dianae in Capitolio]. Appofite autem tribus hisce συννάοις Diis Genius loci seu theatri coniungitur, quemadmodum apud Reinesium cl. I n. 28. I. O. M. IVNONI. REGINAE. MINERVAE. ET. GENIO. LOCI. T. FL. PEREGRINVS... V. S. L. M. Sed in nostro, uti dicebam, anaglypto Diana pro Iunone pingitur ob caussas mihi modo memoratas.

Et quidem eodem positu hic Iovem, Minervam, Dianam exsculptos puto, quo in aede Campani Capitolii visebantur. Minerva ac Diana stantibus Iupiter sedet: sic quoque in Capitolio. Porphyrius apud Eusebium in III de praep. 3. Iovem sedentem facit, superne nudum, inferne tectum, ut hic vides. Adhaec diadematus quoque nostro in marmore conspicitur: dextra fulmen gerit (& *Iupiter*, inquit Minucius, *cum Capitolinus dicitur, tunc gerit fulmina*) sceptrum vero sinistra. Ac de sceptro Iovis Capitolini Augustinus IV de civ. 9 ait: *Ipsum enim*

Digitized by Google

pani decuriones adhibuissent in iis statuis, columnis, aliisque ornamentis servandis, quae elapso saeculo ex eiusdem theatri ruinis ab Hieronymo

nim deorum omnium, deorumque regem esse voluns: hoc eius indicat sceptrum, hoc in alto colle Capitolium. Quanquam & extra Capitolium Iupiter cum sceptro effingebatur, cuiusmodi est Iovis simulacrum, de quo Pausanias in Atticis σκῆπτρον inquit ἔχει &c. Et Eliacorum priore cap. 11 de Iove Olympio ait: τῷ δὲ αἰετῷ τῷ Διὶ χάριέν ἐστι σκῆπτρον μεταλλοις τοις πᾶσιν ἠσθισμένον. *Laeva elegans sceptrum habet omnium metallorum varietate distinctum*; ad notandum, ut opinor, diversum pro hominum ingeniis supremi numinis esse imperium, probos sceptro aureo regi, in refractarios ferreo animadverti: quo spectare putem illud ex altero psalmo, quod ἀυτολεξει ex Hebraeo sic habet: *Pasces*, seu *reges eos sceptro ferreo*. Et sceptrum quidem in nostro marmore crassiusculum vides, cuiusmodi olim fuisse mihi persuadeo. Nam profecto Homerus Od. XVII, v. 195 & seq. ῥόπαλον & σκῆπτρον synonymos ponit: & Il. β 265 Vlysses Therfitae convitia ructantis

Σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὦμω
Πλῆξεν.

unde & vibex ei cruenta in dorso extumuit. Et sane quidem caput, seu globulus ille quo sceptrum in nostra tabella praefixum vides, ad percutiendum non parum momenti habuit. Proprium autem ac peculiare Iovis sceptrum fuisse docet Servius ad Aen. XII, 206: *Ut autem*, inquit, *sceptra adhibeantur ad foedera, haec ratio est, quia maiores semper simulacra Iovis adhibebant: quod cum saeviosum esset, praesertim quando fiebant foedera cum longe positis gentibus: inventum est, ut sceptrum tenentes, quasi imaginem simulacri redderent Iovis. Sceptrum enim ipsius est imperium.* Ab Iove reges sua sceptra, tanquam insigne imperii, obtinere credebantur. Hom. Il. β:

Εἰς βασιλεύς, ᾧ ὄρσε Κρόνου πάϊς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

De Diana, quae supra ex Fabretto recitavi satis esse possunt. Minerva vero talis hic ferme scalpitur, hastata, galeato & cristato vertice, cum Medusae capite in pectore, qualem Pausanias depingit in Atticis cap. 24: *In galea*, inquit, *cono Sphinx eminet . . . utrinque galeae partem gryphes tenent . . Minervae ipsius signum* (ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, καὶ οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης &c.) *recto stat situ est, cum tunica talari: in eius pectore Medusae caput ex ebore factum . . manus hastam tenet, iacet ad pedes scutum*, &c. Quid vero causae est, quamobrem dexteram manum machinae admotam habet Minerva? non enim hoc significatione vacat. Sine ulla controversia spectari puto ad Palladem cognomento Μαχανίτιδα, de qua haec apud eundem Pausaniam in Arcadicis cap. 39. invenio: Ἔστι δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐπικλησιν Μαχανίτιδος, ὅτε βυλόμενοι ἐξεῦρε ἡ θεὸς παντοίων καὶ ἐπιτεχνημάτων εὑρέτις. *Minervae etiam illic Machinatricis delubrum: hoc deae cognomen inde est, quod ipsa excogitatorum omne genus & machinationum inventrix exstitit.* [Porro Minerva μαχανίτις eidem Pausaniae in Attic. XXIV. Ἐργάνη quoque cognominatur, itemque in veteri inscriptione Romae prope rupem Tarpeiam reperta, quam ex Gudianis affert Petrus Relandus in Fastis consularibus pag. 19, quae inscriptio talis est: MINERVAE. ERGANAE. SACRVM. QVINQVENNALIT. ... CORPOR. DENDROFORI. TIGNARI. CASSARI. SCRINIARI. SELLVLARI. SCABILLARI. CARPENTARI. KAL. MART. L AELIO. COMMODO. ET SEX. SEXTILIO. LATERANO. COS. Favorinus Ἐργάνη ἡ Ἀθηνᾶ, &c. Homerus hymno in Venerem de Minerva ait:

Πρώτη τεύκτορας ἄνδρας ἐπιχθονίοις ἰδίδαξε
Terrigenas prima edocuit fabrilia fabros.

Item inter Homerica hymno in Vulcanum, de hoc dicitur:

Ὃς μετὰ Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἄγλαα ἔργα
Ἀνθρώπους ἰδίδαξεν.]

Quod si Pallas hic exsculpta Μαχανίτις fuit, quidni etiam Iupiter & Diana eodem pertinebunt? Testis mihi idem Pausanias in Corinthiacis cap. 22, ubi cum de cippo quodam Dianae, Iovis, Minervae simulcra sustinente dixisset, subiecit: Λυκίας δὲ ὃν ἐποίησε Μαχανέα τὸ ἄγαλμα εἶναι Διός. *Lyceas versibus mandavit, signum illud esse Iovis cognomento Machinatoris.* Si Iupiter ille Μαχανεύς fuit, etiam σύμβωμος Diana atque Pallas Μαχανίτιδος fuerint oportet: idemque de anaglypto nostro dicendum erit.

Sequitur iam altera imeguncula humi cubans cum malleo & scalpro in opus nescio quod incumbens. Demus hoc Paschali, fuisse hunc Luceium, non architectum, ut is quidem appellat, sed redemtorem, quomodo in marmore appellatur. Inter architectum enim & redemtorem interfuit sane plurimum. Tacitus I hist. 27: *Libertus Onomastus nuntiat exspectari eum ab architecto & redemtoribus.* In veteribus glossis *redemtor* est ἐγγολαβεύς sive qui opus faciendum conduxit, aut qui sarta tecta tuenda suscepit.

Demum machina illa versatilis quodnam instrumenti genus fuerit, quodve eius nomen, neque Mabillonius, neque alii indicarunt. Fuit procul dubio tympanum, cuius exstat apud Vitruvium X, 9 & apud Lucretium mentio. Tympanum erat machina rotunda ad rotae similitudinem, (nisi quod rota ex radiis, tympanum solidis e tabulis contexebatur, teste Iunio Philargyro ad georg. II, 444) qua a calcantibus hominibus versata, sustollebantur pondera, aut demittebantur. Lucretius lib. IV, 903:

Mul-

Digitized by Google

nymo Vva, aliiſve, ad quos illa poſſeſſio, quae turris S. Eraſmi dicitur, tranſiit, educta fuere, ac Romam, Neapolim, alioque avecta; uti

Multaque per trochleas & tympana pondera magno
Commoves, atque levi ſuſtollis machina niſu.

Trochleam, quam tympano adhibet Lucretius, in noſtro anaglypto expreſſam ſummo in carchefio vides, & per trochleam ductarium funem, qui circum tympanum advolvitur. Id vero quod ſupra pondus depingitur, alterane trochlea fuit, ut diſpaſton appellare liceat; an vero ferreus forfex Vitruvianus, quo pondus prehenderetur? Omnino trochlea. Vel hac autem parte hoc anaglyptum viris eruditis ſeſe eſt commendaturum, quod expreſſum hic habemus tympani architectonici formam cum duobus eam verſantibus tympanotribis, ſi modo ſic eos appellare licet: nam ceteroqui Plautus Truc. II, 7, 49, *tympanotribam* pro tympani pulſatore accepiſſe videtur.

II. *De huius tabellae uſu divinatio.*

Dixi iam de ſingulis tabellae imaginibus. Verum quem, inquies, ad finem exſculpta fuit? Nihil de eo Mabillonius. Ac de eo antequam coniicere aggredior, monendum, quod Mabillonius & ante eum Paſchalis ad ſubvehendum pondus eam machinam, quam tympanum appellari diximus, adhibitam hic fuiſſe putarunt, cum tamen ex poſitu hominum per eam machinam gradientium, demitti pondus, non ſubvehi videatur. Verum hinc oritur difficultas, ecquid opus fuerit cippum ſeu columellam illam e trochlea dependentem deorſum ferri; non enim columnae niſi ſupra terram eriguntur. Quare ſubierat mihi ſane ſuſpicio, fuiſſe aliquod lapidis auſpicati genus in proſcenii fundamenta a Lucceio illo *redemtore* coniecti. Nam quod hodie in templorum & id genus operum fundamenta ſacrati lapides ſollemnibus caeremoniis demittuntur: id veteres quoque conſueviſſe, lapis apud Grut. p. 39, 5 Romae erutus in ruinis templi Dianae in Aventino fidem facit, qui lapis talem inſcriptionem praefert:

LAPIS. AVSP. S.Q. CAECILIO. METELLO.
PONT. MAX. SOLLEMNI. CVM
PRAECATIONE. PAL. POP. ROM.
CONIECTVS
IN. FVNDAMENTA. PORTICVS. MINERV.
AVENTINENS. AB. LATERE. COLL.
VIC. ARMILVSTR. &c.

Hic Q. Caecilius Metellus is eſt, qui C. Iulium Caeſarem in pontificatu maximo ſucceſſorem habuit, ex Dione lib. XXXVII. Ac recte quidem ex hac inſcriptione Iacobus Gutherius in III de jur. pont. 5 colligit ritum lapidis auſpicati ſive ſacrati (quanquam vide an non LAPIS. AVS *Picato Sacratus* illae notae ſint exponendae) in fundamenta demittendi. Sed quis ſtupor virum doctum corripuit, ut non etiam Taciti luculentiſſimum locum afferret, quo res univerſa vivis coloribus depingitur? *Curam*, inquit accuratiſſimus ſcriptor IV hiſt. 53, *reſtituendi Capitolii in L. Veſtinium confert* (Veſpaſianus) *equeſtris ordinis virum, ſed auctoritate famaque inter proceres.* Vides obiter, ut Suetonii & Xiphilini fidem Tacitus evertit, qui abſentem eo tempore facit imperatorem, cum illi contra non tantum interfuiſſe fundando Capitolio Veſpaſianum, ſed & praefuiſſe velint, quippe quem ruderibus purgandis manum admoviſſe primum, ac ſuo collo extuliſſe quaedam ſcripſerint, quo minus cetera multitudo operam ſuam denegaret. Pergit vero Tacitus: *Ab eo* (Veſtinio) *conſtricti haruſpices monuere, ut reliquiae prioris delubri in paludes aveherentur, templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur: nolle deos mutari veterem formam. Vndecimo Kal. Iulias, ſerena luce, ſpatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque, ingreſſi milites, qui fauſta nomina* (veluti *Salvius, Statorius*, & ſimilia: Vide Cic. I de divin. Plin. XXVIII, 2: Plut. quaeſt. R. 30. & 31 ex quibus intelliges & in luſtratione nomina victimas ducentium proſpera fuiſſe requiſita, & in delectu primum quemque militem bono nomine) *felicibus ramis. Dein virgines Veſtales cum pueris puelliſque patrimis matrimiſque aqua vivis & fontibus amnibuſque hauſta, perluere. Tum Helvidius Priſcus praetor, praeeunte Plautio Eliano pontifice, luſtrata ſuovetaurilibus area, & ſuper ceſpitem redditis extis, Iovem, Iunonem, Minervam, praeſidesque imperii deos precatus uti coepta proſperarent, ſedeſque ſuas pietate hominum inchoatas divina ope attollerent, vittas, quis ligatus LAPIS, ianexique funes erant, contigit. Simul ceteri magiſtratus & ſacerdotes & ſenatus & eques & magna pars populi ſtudio laetitiaque connixi* SAXVM *ingens traxere: paſſimque iniectae fundamentis argenti auriique ſtipes, & metallorum primitiae nullis fornacibus victae, ſed ut gignuntur.* Quem locum eo integrum deſcripſi, quo Gutherii lib. XII caput quintum inde locupletius evadat. Redeo iam ad inſtitutum ſermonem. Ergo cippus ille ex funе ductario dependens fuerit ſane, ſi lubet, lapis auſpicatus in fundamenta proſcenii coniiciendus: alioqui quid ejus cippi demiſſio ſibi velit non intelligo. Quid ſi hoc demum ipſum anaglyptum lapis auſpicatus fuerit: quo in lapide ritum ipſum demittendi cippi expreſſum voluerit Lucceius? Quemadmodum columna illa, quam ampliſſimus Cardinalis NICOLAVS CARACCIOLVS nunquam interiturae memoriae Cam-

Digitized by Google

uti teſtatur Ioh. Petrus Paſchalis in perexiguo libello, quem de ea anaglyptica tabella vulgavit. Habenda eſt Peregrinio gratia, qui in Camp. Fel.

Campanorum Archiepiſcopus in area ante Cathedralis eccleſiae periſtylium nuper erexit, priſcis temporibus cereo paſchali ſuſtinendo haud dubie inſervierat: & tamen univerſa illa, quae in columnae ambitu inſculpitur, hiſtoria nihil aliud, quam cerei paſchalis ritum exhibet, ubi & columna ipſa eiuſdem formae cum inſiſtente cereo ſcalpta viſitur. Ex inſcriptione vero ſubiecta cognoſcimus Lucceium illum cognomento Peculiarem (quis enim Paſchali adſenſerit, qui illud PECVLIARIS ad neſcio quam Lucceii commendationem trahit? & cognomen PECVLIARIS occurrit apud Grut. p. 358, 1.) ſed ex inſcriptione, inquam, cognoſcitur Lucceium Peculiarem EX BISO ideſt ex viſo, ſeu per quietem admonitum id anaglyptum feciſſe. Ac ſicuti in Taciti narratione praetor Helvidius aedi fundandae praefectus *vittas, quis ligatus lapis, innexique funes erant, contigit*: ita Lucceius, quod per quietem Palladem ipſam Deam lapidem contingentem ac veluti dimittentem videre viſus eſſet, idcirco in eum modum anaglyptum EX. BISO. FECIT.

Atque haec aliquando leviſſime coniiciebam: quae marmoris ipſius inſpectione doctior effectus penitus reiicio. Nam id quidem, quod per tympanum ſive ſuſtollitur ſive demittitur, columna certe videtur, quae nulli ad fundamenta uſui eſſe potuit, & ad eiuſdem columnae, ut videtur, capitulum elaborandum adſidens ſculptor dat operam. Tum ſi lapis ſacer is fuiſſet, in fundamenta coniiciendus, cur non id marmori inſcriptum eſſet, quemadmodum in Gruteriano marmore ſupra recitato? Forma ipſa lapidis, quem laminam Paſchalis appellat, fundando aedificio inepta fuit.

Quidquid tamen hoc fuit; quin ſomnium eo marmore depingatur, vox EX BISO dubitare non ſinit; [VIDEO enim eſt per quietem videre. Pontius in vita Cypr. cap. 13. *Eodem die, quo id viderat, coronatus eſt.*] Idque ſomnium a Lucceio in Campani Capitolii aede captatum, ex inſculptis Capitolinis numinibus, (nam Capuae uti ſupra dicebam Diana pro Iunone colebatur) licet conijcere. Scimus in more olim fuiſſe poſitum, ut in aede Capitolina victimarum pellibus incubarent ii qui ſomnia captarent. Ad illud Virgilii VII, Aen. 87

Et caeſarum ovium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit:

ait Servius: *Incubare dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda reſponſa: unde eſt ILLE INCVBAT IOVI, ideſt dormit IN CAPITOLIO, ut reſponſa poſſet accipere.* Reſpexit, credo, Servius ad illud Plauti Curc II, 2, 16:

Namque INCVBARE ſatius te fuerat IOVI,
Tibi qui auxilio in iureiurando fuit.

Ca. *Siquidem incubare velint, qui periuraverint,*

Locus non praeberi potis eſt in CAPITOLIO.

[In Theophylacti Simocattae hiſtoriis pag. 140. edit. Pariſ. traditur Mauricius Imp. in Sophiae templo divinum ſomnum expectaſſe, ſed fruſtra].

Verum quam ob cauſſam haec tabella inſculpta fuerit, ecquis iam coniectura aſſequetur? Nec vero id magnopere refert: praeſertim cum fieri poſſit, ut perridiculum tantum in uſum ea poſita fuerit. Nam vide quid coniecerim. Lucceius iſte REDEMTOR PROSCENI, non a fundamentis, opinor, exſtruendi, ſed tuendi fuit. Apud veteres enim ſcriptores *locare* aut *redimere aedes ſacras* idem fuit, quod earum ſarta tecta locare aut conducere. Cicero lib. I in Ver. n. 50: *Aedem Caſtoris, iudices, P. Iunius habuit tuendam*: atqui eius heres *redemptor* eadem oratione non raro appellatur. Paucis interiectis: *Cum L. Octavius, C. Aurelius COS. aedes ſacras* (ſupple tuendas) *locaviſſent*. Accedit quod qui apud Labeonem l. 60. §. 6. D. locat. *redemtor pontis* appellatur, a viris doctis is capitur, qui eum ſartum tectum tuendum ſuſceperat: quanquam equidem portorii redemtores (ſicuti *redemtores vectigalium* dicuntur) ibi interpretari malim. Ad ſartorum tectorum autem redemtores non tantum integrum tueri aedificium pertinebat, verum etiam munditiem quaerere, & urinam aliaſque huiuſmodi ſordes arcere. Ad eas propulſandas iniurias deorum imagines in iis angulis Lucceius poſuit, ubi urinam facere vulgo conſueviſſent: nam extremae impietatis fuiſſet eas imagines temerare; qualis illa Neronis temeritas fuit, qui Deam Syriam a ſe antea impenſe cultam *mox ita ſprevit, ut urina contaminaret*, teſtante Suet. cap. 56. Scitum eſt illud Chryſippi apud Plutarchum affirmantis, *recte Heſiodum prohibere, nequis in fluvios aut fontes* (qui veteribus ſacri fuere) *mingat: id tamen eſſe tolerabilius, quam ſi quis contra aram, aut locum deo ſacratum meiat*. Anguem autem potiſſimum Lucceius adpinxit: nam ita fieri mos erat, undecunque eam immunditiem arcere voluiſſent. Perſius Sat. I:

Hic, inquis, vetus quiſquam faxit eluvum.
Pinge duos angues: pueri, ſacer eſt locus: extra
Meiite.

Verum quo, inquies, ſomnium? Quid illud EX BISO ſibi vult? Ad mentes formidine percellendas EX VISO moniti, ſive, ut interdum in Grutero legitur, *per ſomnii admonitionem* ſacrum eum eſſe locum, atque id ſe vetare veteres teſtabantur; id quod ex duabus apud Fabrettum inſcriptionibus colligo: una eſt p. 604, n. 43 in hunc modum: D. M. C. ANNIDIENI. &c. ad finem vero epigrammatis DIS. MANIB. NE. QVIS. HIC. VRINA. FACIAT EX

Fel. p. 155, & 739 tres inſcriptiones in theatro repertas ad poſteros tranſmiſit. Quod ſi eiuſdem viri egregii lucubrationes doctiſſimae non conflagraſſent; quot vetuſta monumenta, quae non exſtant, haberemus? Quae iam ob unam viri magni mentis alienationem aeternum deſiderabimus.

EX VISO NVTRICIS. Altera ſepulcralis quoque inſcriptio eſt p. 661, n. 513. ad cuius finem ſic legitur.

. . . RELIGIOSO. LOCO
. . ANCTVS. POSITVS. EST
NE. QVIS. VELIT
LOCO. INIVRIAM. FECISSE
. . . . PER. QVIETEM
. . . . . TITVLO. CAVI

Ea inſcriptio *adeo attrita* dicitur Fabretto, *ut vix legi poſſit*. Itaque quisquis ille fuit, qui eam excepit, cum τὸ RELIGIOSO. LOCO praeceſſiſſet, putavit, detritis ſequente linea characteribus, SANCTVS legendum fuiſſe: & quia S aberat, idcirco duobus praepoſitis punctis ANCTVS nobis exhibuit. At equidem quovis pignore contenderim, nihil initio lineae defuiſſe, & ANG . . S. hoc eſt ANGVIS in marmore ſcriptum fuiſſe. Quippe ad arcendam urinam ceteraſque huiuſmodi iniurias, Perſio teſte, angues inſculpebantur; idque ſe EX VISO aut PER QVIETEM monitos facere dicebant, quo maior dictis fides accederet. Atque ea eſt, opinor, anaglypti interpretatio. Hinc etiam in ſepulcralibus cippis non otioſe aut ornatus tantum cauſſa, ſed ad vetandas huiuſmodi ſordes, nonnunquam ſerpentes exſculptos vidi. Quanquam & ceteroqui ſepulcra contaminare veteres religioni ſibi ducebant. Hor. art. poët. v. 470:

Nec ſatis apparet cur verſus faciles, utrum
Minxerit in patrios cineres.

Et tamen nonnunquam eam ignominiam deprecabantur; eoque ſpectant illae formulae, veluti quod in Campano marmore legitur; *rogo te mi viator, noli mi nocere*: & alibi apud Gruterum: *illi Deos ſtratos, quos omnis colunt, ſi quis de eo ſepulcro violarit: rogo per deos ſuperos atque inferos . . ne mea oſſa obvioles*. Alibi expreſſa urinae vetatio: HOSPES. AD. HVNC. TVMVLVM. NE MEIAS. OSSA. PRECANTVR. TECTA. HOMINIS. [Et apud Fabrettum pag. 110, n. 270: QVI. HIC. MIXERIT. AVT . . . HBEAT. DEOS, SVPEROS. ET. INFEROS. IRATOS.]

Tabellae certe noſtrae ſcalptura tam rudis eſt, ut bene in hunc uſum ſubitario opere fieri potuerit. Etſi pictor elegantius ſecundum graphices canones eam delineavit. Sed quo, inquis, tympanum? An παράρτημα operis? An ea ſpecies indormienti Lucceio obverſata fuerat; ad ſignificandum & ſacrum eum eſſe locum, & diis praeſidibus fuiſſe exſtructum?

Sed piget pudetque tam diu huic ſculpturae immoratum, putida tandem interpretatione emunctas criticorum nares offendiſſe. Tamen cum mutilo amphitheatri titulo tantum tribuiſſemus, ut iuſto in eum volumine commentaremur: an iſta σύγκλος imo & σύνθρονος tabella (ſub eadem enim porticu ad S. Eligii proſtat, ubi & amphitheatri titulum collocandum Campani ſexviri decreverunt) cum obſcurae praeſertim ſignificationis eſſet, poterat ieiune ac tantum in tranſcurſu commemorari?

IN.

Digitized by Google

INDEX

RERVM, VERBORVM, SCRIPTORVMQVE, QVI SIVE NOTANTVR HOC OPERE SIVE ILLVSTRANTVR.

Numerus paginam, littera a *priorem*, b *posteriorem notationum columnam designat.*

A

Abdita, & obscura loca quid? 108, *a.*
Academia cur ita dicta, 71, b.
Accipere pro emere, 175, *a.*
Accius exponitur, 86, b.
Accusator Bruti cognomen, 11, a, b.
Acta SS. Perpetuae, & Felicitatis emendantur, 120: *exponuntur*, 119, *& seq. in eis plurimae voces manifesto in mendo cubant*, 120.
Acta passionis S. Ignatii M. illustrantur, 131, *b.*
Addiana, & Iovis Tifatinus: duo haec oppida ubi ponenda, 48, & seq. *non solum oppida sed & tota regio, & mons Dianae Tifatinae sic appellatus*, 49.
A. D. VIII. Kal. quid sibi velit, 166, a: eius locutionis causa, ibid. Norisium inter Balutiumque quaestio, ibid.
A. D. X. TERMINAlia quid, 166, a: ea computandi ratio intercalaribus tantum annis, 167, b: & fortasse tantum in pagis, ibid.
Aedificia refecta nihilominus dedicabantur, 72: *vetusta non diruenda ad nova aedificia exornanda cautum S. C. relato a Fabbretto*, 108, *a.*
Aediles coloniarum munera edebant, 129.
Aerarium etiam in coloniis, & municipiis, 61: eorum frequens mentio in marmoribus, 61, 62: praefecti aerario, 62: bona poenae nomine aerario saepe addicta, ibid.: quibus modis coloniarum aerarium augebatur, ibid.
Africana amphitheatra Saturno & Cereri sacra, 120.
Ager Campanus, vide Campanus ager: *idem ager Campanus simul & Neapolitanus dicitur Plinio*, 47.
Alba vestis aegrotis erat omen infaustum, mortisque praesagium, 87, *a.*
Alica omnium praestantissima a Campanis fiebat, 42.
Allatius Leo notatur, 176, *a.*
Ambarvale sacrificium, eiusque ritus, & formulae, 170, b, 171, a.
Ambarvalia mense Maio fieri solita colligitur ex epistola S. Vigilii Tridentini, 170, *b.*
Ammiano lux, 150, b, 180, a, 157, b.
Amphitheatra editis muneribus dedicabantur, 110: quibus Diis consecrata, 108, b: ἀμφιδίατρον vocabulum Graecis raro usitatum, 189, & a, b: *sed eius loco nunc* στάδιον, *nunc* ἀμφιθυμα, *nunc* θεατρον, 140, *a*: interiores amphitheatri porticus tenebricosae, 139, & a: portulae per quas ferae emittebantur, 140: subterranea eiusdem specus cui usui, 141: amphitheatra in Graecis quoque civitatibus aedificata, 158, a: per sequiorem aetatem munimentorum loco habita, 155, 156, & b. Vide etiam podium, orchestra, equestria, popularia, cavea, praecinctiones, scalae, scalaria, cunei, vomitoria, cathedra, colisaeum, arena, gladiatores, venatio, specus &c. suis locis.
Amphitheatrum Campanum quo tempore extructum, 59, 60: non Campanae reip. sed coloniae tempore, 59: fortasse non ante Flaviorum aetatem, 61: quibus viribus Capua illud extruxerit, 65,

Digitized by Google

66: quando nam ab Hadriano refectum, 69, 80: cur post breve tempus refectione indiguerit, 72: an initio fuerit lateritium, & ab Hadriano marmoreum, 74: an vero aliquod propyleum Hadrianus adiecerit, 74: an potius podium, 75: sub Antonini initia dedicatum, 80: qui per se dedicavit, 100: eiusdem amphitheatri cignatio, 81: Amphitheatri Campani descriptio, 134, &c: in dies ruit, ib. Tuscanicus ordo Campani amphitheatri imam saltem partem obtinuit, 135. 136, a, b: Dorico ordini Campano in amphitheatro locus, 135, b: ordines architectonici an omnes ibidem adhibiti, 136, a: idem amphitheatrum an extra pomoerium, 137: eiusdem ichnographia, aspectus interior, & circumferentia, ib. fornicum numerus, & dimensio, ib. arenae uterque axis, ib. fabricae spissitudo, ib amphitheatri longitudo, & latitudo maximae, ib. singulorum membrorum dimensiones, ib. & 138: exterior aspectus prope idem qui Flavii amphitheatri, 138: porticus triplici aut quadruplici ordine, ib. subterraneae specus descriptio, 140. Vide suis locis voces amphitheatrales supra in Amphitheatra notatas.

Amphitheatri Campani per Langobardorum aetatem nomina, 149: cur arena, & colossus appellatum, ib. cur Berolasis appellatum, vide in Berolasis: iisdem temporibus propugnaculi loco habitum, 152, 156, 157: illaesum a Gothis, 155: quid amphitheatro Campano per Langobardorum tempora contigerit, ib. &c. Saracenico urbis incendio superstes, ib. sepulcrales inscriptiones inibi repertae, 156, a: statuis, & elogiis clarorum virorum in eo locus, ib. eiusdem historia ex Erchemperto, ib. & seq.

Amphitheatrum Romanum Vespasiani opus, 69: primus Romae mansurum amphitheatrum posuit Statilius Taurus, ib. *bis incensum*, 72.

Amphitheatrum Veronense propylaeo caruit, 75.

Amphitheatra Africana Saturno, & Cereri sacra, 120: *in amphitheatri meditullio non solum arae, sed sacella etiam erant*, 140: *amphitheatrorum per orientem enumeratio*, 140, *b*.

Amphitheatrum Anazarbi in Cilicia in monte excavatum: simile apud Hierapytnam: etiam Polanum gradus in colle excavatos habebat, 147.

Anaglypti Campani fusior explanatio, 178, & seq.

Ἀνάδημα quid significet 83, 107, a, b.

Anazarbi amphitheatrum: vide amphitheatrum Anazarbi.

S. Andreae Acta non sunt valde recentia, 91.

Anfractus quid, 145, b.

Angelonus excusatur, 131, b.

Anguis ad vetandam urinam depingebatur, 183, b.

Annus confusionis menses quindecim habuit, 168, a.

Antiquitatum Campanarum Peregrinii fatum, 59.

Antoninorum saeculum politius, 2.

Antoninus Divi praenomen Hadriano aegre impetravit, 67, 68: eius lege legata poenae nomine abolita, 62, a, b: ab urbe Nemauso genus trahebat, 68: eiusdem nomina ante & post adoptionem, 76: Caesarum primus Pii cognomen consecutus, 77: diversae huius cognomenti caussae, 77, 78: ob insignem caeremoniarum curam cum Numa collatus, 98, 70: imo Pius ob eamdem caeremoniarum curam appellatus, ibidem: maximos honores Hadriano post mortem detulit, 77; nummus eius exponitur, 79: primo imperii anno Pii appellationem obtinuit, 79, 80: inscriptio Antonino posita illustratur, 78: quo tempore ipsi collata tribuniria potestas, 80: ad opera Hadriani plurimum contulit, 80: quando Campanum amphitheatrum dedicarit, 80, 81: omnino in secessu Campaniensi, 81: in amphitheatri titulo conditorum nomina servavit, 101: nullas expeditiones praeter Campaniensem obiit, ibidem.

M. Antonius Capuam coloniam deducere molitus paene interficitur, 14; cum Capuam non potuisset, Casilinum coloniam deduxit, 15.

Apodyterium idem ac spoliarium, 118: non solum de balneis, sed etiam de amphitheatro dictum, ib. eius usus, 110: apodyterium pro loco exercitationis athleticae, ib. cum balneis coniunctum, ab

Digitized by Google

ab amphitheatro vero seiunctum aedificium, ibidem: *prope aliquam amphitheatri portam fuisse intelligitur ex actis SS. Perpetuae & Felicitatis*, 119.
Appianus exponitur, 35, 36, 37: defenditur, 21, a, b: eiusdem error in speciem gravissimus, 21, a: quae tamen criminatio dispellitur, ibidem.
Apuleius illustratur, 88, 90, 94, 108, b, 131, a.
Aqua Iulia ab Octavio Campanis data, 40, 41: eadem, quae Carminiana hodie dicitur, ib. non eadem quae Augusta, ibidem.
Ara lapidea quid apud Hyginum, 53, b: *arae & sacella in amphitheatri meditullio*, 140.
Aratorii cultri typus ex nummo, 55, *b*.
Aratrum in deducendis supplementis coloniarum dubium an circumduceretur, 57.
Arbitratu alicuius fieri quid, 169, a: & 175, *b*.
Arbitria funeris quid apud Ciceronem, 175, *b*.
Arbores non plures in acclivi, quam in subiecta planitie conseri antiquis creditum, 52, a.
Arena pro amphitheatro posita, 149.
Armaturae probatio, 176, *a*.
Arpinates vectigalia in Gallia cisalpina obtinebant, 63.
Ascia: dedicare sub ascia quid significet, 96: ceterorum sententiae de hac formula, ib. Reinesii sententia a Fabretti censura vindicatur, ib. quid ascia in hac formula, ib. illius figura, 97: ascia non solum ad macerandam calcem, aut dolandam materiam, sed etiam instrumentum lapicidarum, 97, a, b: ascia ex Greco ἀξίνη, ib. vera dedicandi sub ascia ratio, ib. ascia pro ipso aedificationis opere, ib. Christi sepulcrum an sub ascia dedicatum, 98, b.
Assignare & relinquere verba agraria, 41, 63.
Atellani agrum in Gallia Cisalpina possidebant, 63.
Atenulfi victoria ad S. Carsium, 160, 161: Berolasis ab eodem recuperata, ibidem.
Athanasii duo episcopi Neapolitani moribus dissimillimi, 157.
Athanasius iunior Berolasim infestat, 157: Saracenos foederatos habebat, ib. eum ab eo scelere Papa deterret, quem dicto non audientem excommunicat, 159: tenuit Berolasim per sexennium, 160: Guaiferium Berolasi praeficit, 159, 160.
Athenae novae ubi locandae, 80: Mediolanine an in Delo insula, *an ipsis in Athenis*, ib.
Attendolus laudatur, 135, a, b.
Augusta Capuae cognomen, vide Capua.
Augustales gratuiti qui, 173.
S. Augustinus illustratur, 84, a, b.
Augustus, vide Octavianus.
Auspicatus lapis in templorum fundamenta coniectus, 182, b: eius rei ritus a Tacito descriptus, ibidem.

B

Baltei quid in amphitheatro, 142.
M. Bassaeus Capuae, non Hudrenti duumvir, 130, b, 132, b: primus Capuae victores produxit, quos ex universa Campania pretio excivit, 133: eius inscriptio illustrata, 130, & seq.
Baronum etymon, 152, b.
Barum arx dicebatur apud Longobardos, 152, b.
Bellum servile Capuae a fugitivis conflatum, 123, 124: eius belli historia, ibidem.
Beneventum *felix* cognominatum, 30, 34: Beneventanae coloniae terminales cippi illustrantur, 53.
Berelais, seu Berolasis nunc *Vorlasci* Campani amphitheatri nomen, 151: quid significet, 152, & seq. an a *bersa*, ib. an arcem significet, ib. an potius παλαιόπολιν, ib. cur pro amphitheatro ponitur, 154: ea vox, qua παλαιόπολιν significat, unde adscisenda, 154, 155: Berolasis Episcopus, 154: eius sedes in ecclesia S. Stephani, ib. Berolasis ab Athanasio infestatur, 157, & vide Athanasius. Berolasis Athanasio paruit per sexennium, 159, 160: Berolasica obsidio, ib. Berolasis ab Atenulfo recuperata, 161: Berolasi Guaiferius ab Athanasio praeficitur, 159.
Bersa, bersare, bersarii, quid, 151.
Bibliothecae oratione habita dedicatae, 111, 112.
Bibulus legis Iuliae agrariae adversarius, 22: eius fasces perfracti, 24.

Digitized by Google

Beum probatio, 175, *b*.
Brevitas veterum epigrammatum admiranda, 59.
M. Brutus primus Capuam coloniam deduxit, 7 : huius colonia praefecturam Campanam sustulit, sed Syllana retinuit, 9 : Capuae imaginem Romanae reip. deformavit, ib. eius colonia haud diu stetit, ib. fuitque Syllana vetustior, ib. quis iste M. Brutus, 10, & seq. omnino pater eius, qui Caesarem interfecit, 10 : quo tempore Capuam coloniam deduxerit, 13 : perfide a Pompeio interficitur, 11 : propter eam necem Pompeio conflatur invidia, ib. non idem, ac Brutus Accusator fuit, 11, a, b : eodem anno quo Sylla mortuus, 12.
Brutorum (Iuniorum) gens patritia, 10, a, b : Brutorum studium in patriam hereditarium, 12 : eorundem stemma, 11, a, b.
Bulengeri duplex hallucinatio, 111, a.
Burmannus notatur, 5.
Buxentinis ager Campanorum divisus, 65, b.

C

CAesar (C. Iulius) Capuam deduxit coloniam omnium celeberrimam, 14 : unus ad arbitrium omnia in rep. administravit, 19, 22 : collegam sibi obnuntiantem foro expulit, 19 : versus in eum iactati ib. trium liberorum patribus Campanum agrum divisit, 20 : lege Iulia agrum Campanum colonis diviseritne an elocarit, 20, a, b, 21, 27 : tribuni plebis officio magis quam cos. functus, 23, a, b : Clodium in Ciceronem instruxit, 24 : eius calliditas in deducenda colonia, 23 ; Casilinum coloniam adscripsit, 33, a, b : imperatoris praenomen per prolepsim ei a Frontino tributum, 56 : quando imperatoris praenomen obtinuerit, 58 : Tarracinam coloniam deduxit, 57, 58 : Caesar sine alio additamento est dictator intelligendus, 56, 57 : agro Campano diviso portionem reip. Campanorum reliquit, 63.
Calus illustratur, 88, & a, 89, a, b, 105, a.
Calatiae duae, 32, a, b : Capuensi coloniae Sylla Calatinam adiudicavit, 32, 45, 46 : utra Romanis utra Campanis praefecturis accensenda, 32.
Caldaria cella : vide cella.
Calpurnius illustratur, 88, a, b, 141, 142, 146, a, 147, a, b.
Campagus, non compagus calceamenti genus, 168, b.
Campana colonia : vide Colonia Capua.
Campani : quo anno civitas iis data, 5 : iura connubiorum cum Romanis assecuti, 6 : Campanorum duumvirum superbia, 7 : Campani ius civitatis amissum quando recuperarint, 16, a, b, 17, a, b : eorundem studium ut Cicero ab exsilio revocaretur, 24, 25 : homines honestissimi, 25 : Campani consules, 26 : studium Campanorum in Octavium, & odium in Antonium, 39 : ab Octavio terram Cnosiam, & aquam Iuliam consecuti, 40, 41, 63 : apud eos alica probatissima omnium fiebat, 42 : edendis muneribus addictissimi, 60 : Campani origine Etrusci, 126, 128 : in ludos propensissimi, 126, 127, 128 : Campanorum circenses, 127 : gladiatores ab iis apud mensam adhibiti, 128 : Campanorum venatio, 133 : Diana ipsorum patrium numen, ib. Sicopolis ab iis condita, 153 : vela in theatris primi usurparunt, 162, 163 : eorum ludi scenici, 162 : initio Opici fuere, 178, b : Dianam pro Iunone colebant, 180, b.
Campaniae cognomen *felix* vulgo tributum recens est, 30 : quaestori Caleno olim Campania paruit, 62 : *crater* olim appellata, 179, a.
Campanum amphitheatrum : vide amphitheatrum.
Campanum theatrum : vide theatrum.
Campanus, vox tantum urbis Capuae derivativa, 133, 157, a.
Campanus ager xx millibus civium R. divisus lege Iulia, 16, 19 : eiusdem praestantia, 16 : xx-virum Campanorum agro dividundo catalogus, 18, a, b, 19, a : trium liberorum patribus a Caesare divisus, 19 : in eius limitatione dissentientes scriptorum agrariorum sententiae conciliantur, 43, & seq. ad meridiem longius quam ad orientem protendebatur, 44, & a, b : eiusdem modus, ibid. lege primum Cornelia elocandus fuit, 21, a : Campani agri ad ius publicum revocatio quando & quo pacto tentata, 28, 29 ; eius cavsae enucleatio a Manutio adhibita refellitur, 29 : de ea re referre debebat

Digitized by Google

bebat Cicero, ſed Pompeio agente non retulit, ibidem.
Campus Martius: ibi reges ſepeliri mos erat, 31.
Capitolinus illuſtratur, 77, 78.
Capitolii fundandi ritus, 182, b: Capitolinae aedis dedicatio, & inſcriptio, 102: mos in ea captandi ſomnia, 183, a: in ea ſub eodem tecto Iuppiter, Iuno, Minerva colebantur, 180, b: in coloniarum Capitoliis iidem Dii culti, ibidem.
Capitolium Campanum, 81, & a, b, 180, b: Tiberius dedicavit, 100.
Caprarius Metelli cognomen: vide Metellus.
Capua olim municipium, poſtea Romana colonia, 4: a Romanis devicta, & in praefecturae formam redacta, 5, 6, 7, 51, imago Romanae reip., 9: altera Roma, 14, 22, b: cur colonia Iulia appellata, 15: ſuperbiae domicilium, 26: inter Romanas colonias relata, 25: unde Felicis cognomen conſecuta, 30: a Sylla Felice, ib. & 34: Auguſta ab Octaviano cognominata ob colonias ab eo non ſemel deductas, 36, &, a, b: auctoritate Senatus id cognomen aſſecuta, 36, 37: lege triumvirali deſtinata colonia, 37: inter colonias XVIII urbium Italicarum prima, ib. ter eo colonia ab Octavio deducta: vide Octavius: vide etiam Colonia Capua. Roma antiquiorem conſtituit Velleius, 59: multa Capuae in gratiam fecit Auguſtus, 65, a: quibus viribus Capua amphitheatrum exſtruxerit, 66: Capua vetus quando ſubverſa, 153: nova quando exaedificata, ibidem: quo pacto eius ditionem Landulfi nepotes inter ſe diviſerint, ib. & 156: Capuae vaſtitas a Genſerico allata, 155: eam demum Radelchis cum foederatis Saracenis redegit in cinerem, ib. ſerpens Capuae inſigne, 178, b, 179, a.
Carminiana aqua, 41.
Carthaginem quot coloni adſcripti, 21, b.
Caſaubonus notatus, 88, a.
Caſilinum ab Antonio deducta colonia, 35: quo Caeſar ante deduxerat, 33, a, b: poſtea Campana praefectura evaſit, 47.
Caſſiodori hallucinatio, 110.
Catabulenſes qui, 121.
Catabulum quid, 121, a καταβάλλω deductum, ibidem: nonnumquam pro iumentorum ſtabulo, ibidem.
Cathedra quid in amphitheatro, 146: cur ita appellata, ib. b: feminis tantum in ea locus, ibidem.
Cato Caeſari legem Iuliam perferenti acriter intercedens 22, in carcerem truditur, 23.
Cavea amphitheatri ima, media, ſumma, 141: media, quam ſumma, honeſtior, ibidem: pullati a media ſummoti, 142: verba ad ſummam caveam ſpectantia quae, ibidem: altera caveae partitio, quam vulgata, veriſimilior, 143.
Celeritas thermarum Severianarum, & Titianarum, 108, a, b.
Cella caldaria in gymnaſiis, 158, b.
Celſus iuriſconſultus notatus, 167, a.
Cenſus: in cenſum dedicare quid apud Ciceronem, 89: in cenſum deferre & referre quid differant, ibidem.
Cereri ſacratae vitta utebantur, & cetera corporis amictu candido, 120.
Cererus ſine diphthongo, 118.
Cicero Pompeio aſſentatur, 11: a Plinio laudatus, 13: a Campanis patronus, poſita ſtatua, adoptatus, 13, a, b, 25: pater urbium ab Horatio dictus, 14, b: ob recuſatum XX viratum exſulavit, 17: eius σαρκασμὸς in Clodium, 17: Rullo vehementiſſime reſtitit, 13: lex Iulia ei valde diſplicuit, 15: in eum a Caeſare Clodius inſtructus, 24: Campanorum ſtudium, ut ab exilio revocaretur, 24, 25: Pompeius Capuae de eo reſtituendo decretum fecit, 25: locus in L. Gellium, 27: eius domum Clodius dedicavit, 84: ubi & ſignum Libertatis poſuit, 106: de agro Campano ad ius publicum revocando frequenti ſenatu referre debebat, 29: ſed agente Pompeio non retulit, ibidem.
Cicero excuſatur, 16: reſtituitur & illuſtratur, 17, b, 18, a: Ad Att. illuſtratur, 22, a, b, 71, a, b: eius orationes explanantur, 25, 26, 88, 106, 107, 109, a, b: agrariae illuſtrantur, 31, 32: Philippica 2, explicatur, 27, 33.
Circus; vide Herculi &c.
Civitates aut pagi bini communiter quandoque adminiſtrati, 168, b.

Clo-

Clodius xx viratus repulsam patitur, 17: eum Caesar in Ciceronem instruxit, 24: Ciceronis domum a se consecratam dedicavit, 84: signumque Libertatis ibi posuit, 106.
Cluverius notatur, 5.
Cnosia terra ab Augusto Campanis data, 40, 63: scutatorum xxx millia quotannis reddebat, ibidem.
Codex Theodosianus illustratur, 91.
Colisei vox unde amphitheatro arcessita, 149: non ab aliquo vicino colosso, sed a colossea mole, 150, & a, b: in eius nominis explanatione doctorum hominum hallucinatio, 150.
Colonia: coloniis fere ut libertis nomina adscita, 4: quid in iis vox *paterna* significet, ib. colonia quid a municipio differat, 5: confusa saepe haec vocabula, ib. in quas milites deducebantur, non continuo militares coloniae, 27: inter civiles militaresque discrimen, ib. coloniae cognomento Felices, 30, & vide Felix: coloniae unde nomen acciperent, ibidem: olim sibi auctoritate senatus, postea suo arbitrio nomina adsciscebant, 34: quo auspicatu semel deducta, iterum deducere non liceber, 33: coloniae xviii lege triumvirali militibus promissae, 37: coloniarum reditus in longinquis interdum regionibus, 63: coloniis suum aerarium, 61, & vide aerarium: equester ordo coloniarum, 141, a, b: earum Capitolia, 180, b.
Colonia Capua: quoties Capuam deducta colonia, 6, & seq. prima a M Bruto, 7, & vide Brutus: secunda a Sylla, 8, & vide Sylla: tertiam celeberrimam Caesar deduxit, 14, & vide Caesar: Octavius ter Capuam coloniam adscripsit, 15, 36, & vide Octavianus: Septimam Nero deduxit, 15: Rullus eo coloniam molitur, 13: Capuae coloniae magnitudo, & frequentia, 18, 22, a, b: scriptores de ea magnifice locuti, 22, b: colonia a Caesare Iulio eodem deducta civilis non militaris, 27: Calatia a Sylla Capuae adiudicata, 45, 46: & collis Leucogaeus, 47: an Gracchus omnium primus Capuae coloniam collocarit, 45: Campanae coloniae termini litterati, 54.
Colosseum statuam appellat Periegeta latinus, 140, *b*.
Colossus amphitheatri Campani nomen, 149; etymon, 150, a, b: quidquid in altum erectum colossus appellatum, ibidem.
Columnae Traianae epigraphe, 59.
Columnae amphitheatro ab Hadriano additae cui usui, 73: *columnarum Tuscanicarum, & Doricarum proportio*, 136, *a*.
Compagus quid, 168, b.
Compaganus a voce compagus, 168, *b*.
Comprobatio operis quid, 175, *b*.
Concilium in encaeniis fuit Synodus coacta per causam encaeniorum, 114, *b*.
Consecrare, & consecratio, vide dedicare & dedicatio. Consecratio peragenda lingua non praepedita, 104: & mente constanti, 105, 106: eius vitii Clodius accusatur, ib. nec manu tremebunda, ibidem: bonorum in detestationem consecratio, 107: qui ritus posito pro rostris foculo, tibicine, & capite velato peragebatur, ib. utrum opera omnia publica consecrarentur, 109, 110.
Constituere & dedicare in inscriptione synonymos posita, 107, b.
Consulares Italiae quatuor, 76.
Consules Campani, 26.
Consul aliquando unicus, 65, a: ὕστερον πρότερον in consulibus enuntiandis frequens, 172, a.
Contra votum in inscriptionibus quid, 48.
Cornelia lex de agro Campano locando an perlata fuerit, 19, a.
Cornelius Balbus maior sort. unus e xx-viris, 19, a: patronus a Campanis adscitus, ibidem.
Cosconius Campani agri xx-vir, 18, a.
Cotta (Caesar) laudatur, 136. notatur, 137, sed defenditur, ibidem.
Crassus inter xx-viros accensendus, 18, b.
Crater olim Campania dicebatur, 179, a.
Cryptoporticus Campana, 158, b: Plinianae cryptoporticus descriptio, ibidem.
Cultellare verbum agrarium, & de montibus dicitur, 52, & a, b: origo vocis a cultro aratorio, ibidem: cultellare agri inaequalitatem ad perpendiculum exigere, an acclivitatem in parvas planitias diffindere, ibidem.
Culter, vide falx: *cultri aratorii typus ex nummo*, 55, b.
Cunei quid, 144: trigona Vitruvio appellati, ibidem, b.

Cu-

Digitized by Google

Cuperus (Gisbertus) refellitur . 131 , b.
Curatores Kalendarii , 62 : *locorum publicorum dedicandorum quid* , 90 : *operum publicorum idem ac exactor* , 174 , *b.*
Cur vit pro iuſſit in elogiis frequens , 73.
Curia Tiſata : vide Tiſata.
Curionis verſatile amphitheatrum , 133.
Curtiae gentis numm. in poſtica parte ſymbolum exponitur , 55 , b.
S. Cyprianus expenitur , 91.

D.

DEt O non infrequenter in inſcriptionibus alternabant , 166 , *a.*
Daniel cap. 111 , 2 , illuſtratur , 85.
Dari ad convivendum , vel cohabitandum quid , 154.
Dauſquii hallucinatio , 86 , a
Decumanus & Kardo verba agraria , 43.
Decurionum ordo ſenatus quoque appellatus , 64 , b : decuriones gratuiti qui , 173 , 174.
Dedicare vulgo idem ac conſecrare , 83 : proprie tamen differunt , ibidem , & 92, 95 , 110 : conſecratio & dedicatio res coniunctiſſimae , 84 , 92 : dedicatio , quam conſecratio , paret latius , 83 : vera dedicationis notio , ib. ex Hebraeo Graecoque ſermone , ibidem : dedicare quandoque idem quod dicere , 85 , & a, b : proprie dedicare idem quod uſui dicare , 86 : delicare apud veteres pro dedicare , 85 , a : dedicativae , & abdicativae enuntiationes , ibidem , b : dedicare togam in funus , 87 , & b : vide toga : dedicare in ſacrum quid , 88 , & a, 89 , a , b : in cenſum dedicare quid , 89 : dedicare , non dedicere apud Accium , 86 b · dedicare quid apud Apuleium , Tertullianum , Cyprianum , 90 : ſaepe etiam in lapidibus idem quod ἐγκαινίζειν , 91 , 92 : dedicare & loco movere ἀνατιθέναι poſita , 91 , a , b 107 , b : dedicare pro conſecrare , cum ſermo de templis , 92 : quid dedicare domum , 89 , 92 : ſtatuas , imagines , tabulas , bibliothecas &c. 93 , 94 , 108 , a , b : pontes , 94 : muros , 95 : ſua pecunia dedicare , 95 : etiam poſteriore aetate pro ἐγκαινίζειν , 95 : dedicare ſub aſcia, 96 , &c. vide aſcia : ius praeficiendi , qui dedicaret , olim apud populum , 100 : poſtea ad impp. translatum , ib. quorum nomine alii quandoque dedicabant , 101 : qui dedicabat , nomen ſuum inſcribebat , etiam ſi alius aedificaſſet ; 102 : opera principi inſcribebantur , etiam ſi alius dedicaſſet , contra vero ſi quis ſua pecunia feciſſet , ibidem : vide inſcribere : templi Capitolini dedicatio , ibidem : quanta ambitio dedicandi & libera rep. & ſub prioribus Caeſaribus , 102 , 103 : dedicationem differre irreligioſum , 104 : duumviri aedis dedicandae , vide duumviri : uni non duobus dedicationis negotium dabatur , 98 : cur quandoque a duobus perigi in titulis dicitur , 99 , a, b : rerum ſingularum dedicatio ſive encaenia , 110 , &c. : amphitheatri , ib. theatri , gymnaſii , bibliothecae , 111 : pontium , emiſſarii lacus Fucini , aedium, 112 : epulum in dedicationibus fere ſemper datum , 113 : dedicatio pro publica conſeſſatione , 114 : coena recta , aut ſportulae , aut nummi in dedicationibus dati . 113 : nec minus in eccleſiarum dedicationibus epulae , ſeu agapae , 114 : apud Graecos conſecratio pro dedicatione ferme ponitur , 109 : *Dedicare cum dandi caſu etiam encaeniare ſignificat* , 95 : *quinquennalitatem , quid* , 113.
Dedicati ſtatuarum nihil aliud quam earum erectio , ſive collocatio erat , 93 : *in dedicationibus ſportulae dabantur* , 114.
Delicare idem ac dedicare apud veteres , 85 , a.
Dempſterus dupliciter hallucinatur , 87, b, 88 , a , b.
Deuteron. xxi , 5 illuſtratur , 84.
Diana patrium numen Campanorum , 133 : Capuae pro Iunone culta , 180 , b : ſub Dianae tutela venatio ruſtica & ludicra, 133 : Diana Tiſatina : vide mons Dianae Tiſatinae .
Dicare idem ac dicere , 85 , & a , b .
Dio Capuae conſcripſit hiſtoriam , 64 , a : Dio ſecum ipſe & cum aliis conciliatur & illuſtratur , 21 , b , 24 : illuſtratur, 68 , a .
Diphilus tragoedus in Pompeium invehitur , 26.
Divi praenomine principes poſt conſecrationem decorati , 42 : cum eo praenomine vix aliquando humanos titulos adſciſcunt , 69 , 70 .

Domi-

Digitized by Google

Domitiani nomen erasum, 67.
Donatus (Alex.) memoria falsus, 112.
Dorico ordini Campano in amphitheatro locus, 135, b, & 136, a.
Duodenarius magistrorum numerus in pagis Campanis, 171, b: duodenario numero Etrusci delectabantur, ibid.
Duumviratus tempus quandiu perduravit, 26.
Duumviri alias quatuorviri in eadem colonia, 65, a: duumvir & praefectus iuri dicundo fortasse duo magistratus diversis temporibus gesti, 51, 52: duumviri aedis dedicandae fallo a Gurlerio adstructi, 98: *quod tamen revocatur*, 100, a, b: duumviri aedis locandae faciendae, 98: duumviri Campani, vide Campani: *in coloniis praetores appellati*, 74, a.

E

Ἐγκαίνια & ἐγκαινίζειν quid, 84
Eae & eabus pro eius & eis, 169, b.
Ei pro eius antiquis dictum, ut cui pro cuius, alii pro a ius, & innumera id genus, 169, a, b: eius cuius & similium I medium vocale non consonum est, ibidem.
Emere pro accipere antiquitus ponebatur, 175, a.
Emissarius Fucini lacus naumachia dedicatus, 112.
Encaeniare quid apud Latinos sequioris aevi, 84, & a, b.
In Encaeniis: vide Concilium.
Ἐπιβατηρία τῆς Ἐκκλησίας *apud Socratem, quid?* 114, a.
Episcopus Berolasis, 154: eius sedes in Ecclesia S. Stephani, ibidem.
Epistylia quid, 117: falso columnarum capitula apud lexcographos ib. inter epistylium & trabem quid interfir, ibidem.
Epulum in dedicationibus fere semper datum, 113.
Equester ordo etiam in coloniis, 141, a, b.
Equestria quid, 141, 142: in iis, qui sederent, ibidem.
Equorum probatio, 175, b.
Erchempertus passim illustratus, 151, usque ad finem capitis.
Etrusci duodenario numero delectati, 171, b.
Εὐσέβεια quid, 77.
Euripides laudatur, 87, a.
Europii hallucinatio, 110.
Exactio Sartorum tectorum in urbe Roma propria fuit Censorum: interdum tamen Senatus eam procurationem Praetori, aut Coss. mandabat, 174, b.
Exactores operum publicorum & exigere opus, quid, 174, a, & seq.
Exsilium Ciceronis eb recusatum xx-viratum, 17.

F

Fabrettus notatus, 97, a, b: crux a Fabretto fixa refigitur, 108, a.
Falx in Augusti lege non messoria, sed culter aratorius, 54, a: eadem falx in Plinii loco restituitur, 55, a: falx praecedens tolum incidebat, qua aratrum ducendum esset, ibidem, b.
Favorini lexicon laudatur, 20, a, 85.
Favissae quid? 108, a.
Fausta nomina quae, 182, b.
Februarii XXIII dies intercalaribus tantum annis anni extremus olim fuit, 166, b.
Felix Campaniae cognomen recens, 30: Felicis cognomen unde Capuae obvenerit, ib. aliae extra Campaniam coloniae cognomento Felices, ib. a Sylla Felice sic dictae, ibidem 34: tres coloniae Iuliae Felices, ib. Felix in coloniis an idem quod frugifera, 35.
Feminae in amphitheatro ubi spectarent, 146, & b: feminis fusum torquere per praedia cur lege paganica vetitum, 169, a: earum genii Iunones appellati, 180, b.
Festus exponitur, 53, a, b: illustratur, & emendatur, 86.
Flavium amphitheatrum a patre erectum Titus consecravit & dedicavit, 110.
Fortuna, vide etiam Opifera. Fortuna Metellis indulgentior, 106, a: fortuna obsequens & respiciens, 104, b. Romanis impensius culta, ib. cum ope divina coniungitur, ib. an eadem ac vis divina, ibidem: an potius vis divina eadem quae vis maior, 105, a: Nemesis & Fortuna idem, ib. a, b.
Forum epulo dato dedicatum, 113.
Freinshemius suppletur, 28.
Frontinus restituitur & illustratur, 35: & a, b, 36, & a b: a Goesii criminatione defenditur, 35, a b: illustratur, 45: 46, & a, b, 55, & seq.
Frontini Siculi libellus, 41.
Fusum torquere per praedia feminis cur vetitum, 169, a.

Gades

Digitized by Google

G

GAdes non colonia, ſed municipium, 52: cui olim quatuorviri, poſtea duoviri praefuerunt, 51, a, b:
Gaditana inſcriptio illuſtratur, 51.
Gelenius notatur, 20, a.
Gellius exponitur, 89.
Genius quomodo depingeretur, 179, a: ſingulis hominibus ſuus genius aſſignatus, 180, a: geniorum theologia ex Angelorum vera doctrina manavit, ib. locorum ſingulorum genii, 180, b: malus genius, ib. ſerpens genii ſymbolum, ib. Tutela eadem qui genius, ib. genii marium, Junones feminarum dicebantur, ib.
Genſericus Capuae vaſtitatem attulit, 155.
Gladiatoribus alendis caeli ſalubritas requiſita, 122, & a, b: in ſaginam dabantur, ib. ex medicorum praeceptis victitabant, unde medicus ludi Gallici, matutini, ib. Samnites gladiatores qui, 127; ad menſam adhibiti, 128: a Campanis ad Romanos traducti, ib. Honorii tempore deſiere, 152: Gladiatorum Capuae ingens manus, 22, a, b, 122, & ſeq. 129: per domos diſtributi cum ludus eos non caperet, ib. ingens ibidem eorum numerus etiam ſub Caeſaribus, ib. ars gladiatoria Capuae, quam Romae vetuſtior, 60.
Goëſius refellitur, 23, 35, a, b, 45, 50, & b, 51, 65, b.
Gothi a venatione amphitheatrali non abhorrebant, 151.
Gracchani limites apud Frontinum qui, 45: an Gracchus omnium primus coloniam Capuae collocarit, ib.
Graſſerus (Jacobus) exploditur, 68, b.
S. Gregorii liber Sacramentorum illuſtratur, 91.
Guaiferius Berolaſi praeficitur ab Athanaſio, 159: eiusdem Guaiferii exitium, 161.
Gudius notatus, 120, a, b.
Guicciardinus (Caeleſtinus) exploditur, 135, a.
Gutherius notatur, 98, 99: ſuppletur, 182, b.
Gymnaſia quibus Diis ſacra 108, a, 109, b: eadem olei diſtributione dedicata, 111: thermae gymnaſii pars, 157, b: 158, a: imo gymnaſium thermae appellatum, ib. caldaria cella in gymnaſiis, ib. b: regio, in qua Neapolitanum gymnaſium, thermenſis appellata, ib. a: gymnaſium Campanum, 157, & a: prope amphitheatrum fuit, ib. & 158, a, b.

H

HAdrianus quantum nemo alius ad aedificia incubuit, 67, 68: vetera quoque aedificia renovavit, 72: huic principi aegre Antoninus Divi praenomen impetravit, 67, 68: Nemauſenſe amphitheatrum ab Hadriano erectum, 68: quando Campanum amphitheatrum refecerit, 69: columnae, quas Campano amphitheatro addidit, cui uſui, 73: qui honores ei poſt mortem delati, 77: operibus nomen ſuum non adſcripſit, 103: ad eius opera plurimum contulit Antoninus, 80: *in nummis inſcribitur RESTITVTOR ACHAIAE, AFRICAE, &c.* 70.
Herculaneus pagus ubi fuerit, 165, a, b: Herculanei lex pagana, ib. eius legis ſententia, ib. & interpretatio, ib. eiuſdem Herculanenſis inſcriptionis fuſior expoſitio, ib. & ſeq.
Herculi templa ad Circum extruebantur in locis, in quibus non erant gymnaſia neque amphitheatra, 108, b.
Herodianus illuſtratur, 139, a, 140, b.
Heſychius illuſtratur, 150, b.
Hierapitnae amphitheatrum: vide amphitheatrum Anazarbi.
HOMERI pro Homeridi & ſimilia, 86, b.
Hoplomachi qui antea Samnites, 128, b.
Horatius illuſtratur, 14, b, 88, a, 118.
Hudrentum ſeu Hydrentum magis quam Hydruntum, 132, b.
Hyginus illuſtratur, & cum fragmento agrario conciliatur 43, 44, 45: illuſtratur 53, b, 54, a, 87.
Hymettiae trabes apud Horatium ſunt marmoreae non e materia, 118.

I

IIn eius, cuius &c. vocale non conſonum. 169, a.
S. Ignatii M. Acta paſſionis illuſtrantur 131, b.

Digitized by Google

Imago, quam signum vel statua, latius patet, 73.
Imperatores cognomento Divi vix aliquando humanos alios titulos adsciscunt, 69, 70: imperatoris praenomen quando Iul. Caesari tributum, 57, 58.
Imperavit pro iussit abest ab inscriptionibus purioris aevi, 73.
Improbatio operis quid? 175, b.
Incubare Iovi quid significet, 18, a.
Inpensa cum elemento N aureo latinitatis saeculo scribebatur, 64, a.
Inscribere: qui dedicabat etiamsi alius aedificasset, nomen suum inscribebat, 102: opera principi inscribebantur, ib. contra si quis sua pecunia fecisset, ib. quorundam Impp. modestia nomen suum non inscribentium, 103: Severus conditorum nomina in Panthei titulo servavit, ib. idem in Campani amphitheatri titulo fecit Antoninus, ib. *inscribendi nomen suum operibus quanto studio veteres flagrarent*, 202, a, b.
Inscriptio Allisana illustratur, 131, a.
—— Beneventana restituitur, 53, 170, b.
—— Campana agraria exponitur, 54, & seq.
—— Campana de apodyterio illustratur, 116, & seq.
—— Campana de P. Pescennio illustratur, 64, a, b, & seq.
—— Campana restituitur, & illustratur, 173, 174.
—— Casinas exponitur, 54.
—— Fabrettiana restituitur & explanatur, 108, a: itemque aliae apud eundem, 183, a, 184, b: *alia illustratur*, 246, *& seq.*
—— Gaditana explicatur, 51, 52.
—— Gortynensis illustratur, 40, a, b.
—— *Gruteriana exponitur*, 93, 94.
—— Herculanensis fusius exponitur, 165 & seq.
—— Hudrentina illustratur, 130, & seq.
—— Mediolanensis explicatur, 101.
—— Neapolitana illustratur, 126, a.
—— Pontis latronis explanatur, 48, & seq.
—— Puteolana emendatur & exponitur, 126, a.
—— Reinesiana illustratur, 78.
—— Romana spinosior explanatur, 86, a, b.
—— Suessana illustratur 131, a.
Inscriptiones multae illustrantur a pag. 89 ad 97, & alibi passim toto opere.
Inscriptionum veterum mira brevitas, nostro aevo inepta earundem prolixitas, 59.
Instaurare pro restituere an latinum; vide restituere: instaurare vias quid apud Statium, 71, a: quid instaurare monumentum apud Plinium, ib.
Intercalaris annus ante Caesarem qualis, 166, a, b: alter quisque annus intercalaris fuit, ib. Februarii XXIII dies intercalaribus tantum annis extremus fuit, 167, a, b: annis intercalaribus a Terminalibus putandorum dierum ratio, ib. b: in anno bissextili post Caesarem dies intercalaris prior, non posterior bidui fuit, ib. Kalendae intercalares apud Ciceronem quae, ib. Kalendae intercalares priores apud eundem quid significent, ib.
Ionia: vide Termini litterati.
Iovia Venus unde dicta, 168, a.
Iovis Tifatinus & Addiana ubi ponenda, 48, 49.
Iovus pagus, 168, a, b.
Italia quatuor consularibus commissa, 176.
Italicae urbes quando ius civitatis adeptae, 17, a, b.
Iulia, coloniae Capuae nomen, 15.
Iulia aqua non eadem quae Augusta, 41.
Iulia lex agraria seu Campana Ciceroni valde displicuit, 15: eius legis capita, 19, b: ea lex quid turbarum excivisset, 22: in eam optimates iurare cogi, 23, 24: lex Iulia agraria de terminis non movendis, 58.
Iulia lege urbes Italicae ius civitatis quando adeptae, 16, a, b.
Iuno in Capitoliis colebatur, 180, b: pro hac dea Capuae Diana culta, ib. Iunones feminarum genii dicebantur, ib.
Iupiter quo pacto depingeretur 180, b, 181, a: Iupiter *Μειλίχιος*, ib. sceptrum Iovi peculiare; vide sceptrum.
Iupiter, Iuno, Minerva in Rom. capitolio sub eodem tecto colebantur, 180, b, 181, a: itemque in coloniarum capitoliis, ib.
Iurisdictionem mittere apud Siculum Flaccum quid, 50, a, b.
Ius trium liberorum unde prius arcessendum

dum, 21, a, b: cuiusmodi fuerit, ib. cum iis etiam communicatum, qui pauciores alerent, ib. imo etiam cum infecundis parentibus, ib. quae praemia inde redundarint, ib.
Iuvenalis illustratur, 87, & b: eiusdem scholiastes notatus, ib. b.

K

Kalendae intercalares quid, 167, b: kalendae intercalares priores quid significent, ib.
Kalendarii curatores, 62.
Kardo & decumanus quid, 43.
Καθιέρωσις de templis, ἀνάθημα de aris, signis, clypeis &c. 91, a, b, 92.
Καθιέρωσις apud Graecos quam late pateat, 109, 110.

L

Laboriae pars agri Campani praestantissima, 44, b.
Lampridius illustratur, 91.
Landulfi comitis nepotes Capuam quo pacto inter se diviserint, 153, 156: schisma inter Landulfum & Landonulfum episcopos, ib.
Lapis auspicatus in templorum fundamenta coniectus, 182, a: eius rei ritus a Tacito descriptus, ib.
Lasena (Petrus), 159, b.
Lauredanus notatur, 7: sed excusatur, 45.
Λαξευτήριον quid, 97, a, b.
Legata poenae nomine ab Antonino abolita, 62, a, b.
Lentulus qui Capuae ludum gladiatorum habuit quis, 123: fuit is cui cognomen Vaccia, ib.
Leo Ostiensis exponitur 49, a. b.
Lepidus Syllae infestissimus, 31: victus a Catulo in Sardinia periit, ib.
Leucogaeus collis ad alicam conficiendam aptissimus, 42: pro eo Neapolitanis Octavius annua vicena millia numerari iussit, ib. coloniae Campanae praefectura, 47, 65.
Lex Iulia, vide Iulia lex.
Lex pagi Herculanei, vide Herculaneus.
Libertatis signum in domo Ciceronis a Clodio positum, 106.
Liberti raro referebantur in tribum, sed libertorum filii fere in Palatinam, 48.
Libitinensis porta quid, 119: eadem quae sanavivaria, sive potius sandapilaria, 120.
Limites agri Campani, 44: primarii perticae limites kardo & decumanus, 43, hi in agro Campano alternabant, ib.
Linea dives in cavea quid, 142, a.
Lipsius notatur, 128, 143, a, b, 144, 145, & b, 146, & b, 149, 150, & a, 22, a.
Livius illustratur, 65, a, 66, a, b, 98, 99.
Loca abdita & obscura quid? 108, a.
Loco movere & dedicare ἀνατίθεσθαι posita, 91, b, 94, 107, b.
Lucanus Campanorum ager: eum P. Pescennius Secundus Campanis reciperavit, 64: eiusdem agri praestantia & latifundia, 66, a, b, Peregrinii de eo agro sententia, 64, b: ubi fuerit, ib. & 65, a, b: quibus coloniis divisus, ib. ob coloniarum solitudinem, quibus assignatus fuerat, a Campanis recuperatus, 62.
Lucoferonense amphitheatrum, 81.
Ludi quibus Diis consecrati, 108, b: ludorum origo ac nomen a Lydis, 126, & b: ludos qui facerent optimo loco sedebant, 170, a.
Ludi scenici Campanorum, 162: & in pagis Campanis, 163, 164.
Ludii ac ludiones pueri qui, 126, b.
Ludus gladiatorius prope amphitheatrum, 121, 122: ludus Dacicus, Gallicus &c. 122: ludus magnus prope Flavium amphitheatrum, ib. ludi gladiatorii extra Romam, veluti Ravennae & Capuae, 122, 123: Caesaris ludus Alexandreae non ad Iulium, sed ad Augustum referendus, 125, 126, & a: marmora de ludo Alexandrino & Dacico restituta & illustrata, 126, a, b: ludus Lentuli Capuae, 123, & seq.
Lupus (Rutilius) agrum Campanum ad ius publicum revocare primus aggreditur, 28, & seq.
Lustratio pagorum; vide pagus: *lustrationis pulcra descriptio in epistola S. Vigilii Tridentini*, 170, b.
Lydi optimi saltatores, 126, b.

Digitized by Google

M

MAbillonii expoſitio anaglypti Campani expenditur, 178, a, b, & ſeq.
Maffeius Scipio refellitur, 75: notatur, 140, b.
Magiſter & magiſtrare quid, 168, a.
Magiſtratus Campani, praetores & conſules appellati, 25, 26.
Magiſtri collegiorum, vicorum, pagorum, corporum, ſocietatum, fanorum &c. 168, a: ab his pagorum luſtratio fiebat, 170, a: duodenarius magiſtrorum numerus in Campanis pagis obſervatus, 171, b.
Magnitudo Capuenſis coloniae, 18, 21, b.
Mancini fana apud Feſtum quid, 53, b.
Mancipia operibus faciendis addicta, 66, 67.
Mantia Pompeio convitiatur, 11.
Mantua Cremonae praefectura, 46.
Manutius iunior notatur, 113, a: ſenior refellitur, 29, & 46, a, b.
Martialis illuſtratur 87, b, 88, a, 146, a, 121.
Medici gladiatorum, & medicus ludi Gallici &c. 122, a: vide gladiatores.
Mediolanum an novae Athenae, 80.
Mello quid? 152, b.
Menſurarum probatio, 175, b.
Merkedonius menſis quid, 166, b, 167, a: an Etruſcae originis vox, ib. inter XXIII & XXIV Februarii immittebatur, ib. modo XXII, modo XXIII dierum fuit, ib.
Metellus aedis Opiferae dedicator quis, 105, b, & ſeq. fortaſſe cui cognomen Caprario, ib. in hunc exſtat Scipionis ſcomma, ib. Metellorum fortuna, ib. Metellus Macedonicus a quatuor honoratiſſimis filiis elatus, ib.
Μηχανεὺς, Iovis cognomen, 181, a, b.
Μηχανῖτις, Minervae cognomen 181, a, b.
Meurſius notatur, 118.
Milites praetoriani venationibus addicti, 121.
Minerva quo pacto depingeretur, 181, a, b: Minerva Μηχανῖτις quae, ib.
Minucius illuſtratur, 108, b.
Miſſonius (Maximilianus) notatur, 173, b.
Μισθὸω & μισθῶμαι locare & conducere utrumq. ſignificat, 20, b.
Mons Dianae Tifatinae oppidum antea ignotum 48, 49: fort. qui Addiana in tabulis Peutingerianis appellatur, ib. una ex Campanis praefecturis fuit, ib. & 52.
Montes cum theatris collati, 60, b.
Monumentum Ciceronis quale ſit intelligendum, 71, a, b.
Mortuorum corpora heroicis temporibus pretioſis & candidis veſtibus inhumabantur, 87.
Muneribus edendis Campani addictiſſimi, 61: munus etiam pro venatione, 82, a, b: imo & pro ſcenicis, ib.
Municipes qui, 5: in iis paterna origo cenſebatur, ib.
Municipium & colonia confuſa ſaepe vocabula, 5: quid proprie differant, ib. cuivis municipio ſuum aerarium, 61.
Munificentiae notio antea ignota, 131, a, b: dicitur cum reſpectu ad utrumque munus, ideſt gladiatores aut venationem, ib.
Muri urbium ſancti non ſacri, 95.
Myrmillones iidem galli dicebantur, 124: carmen quod iis occinebatur, ib. Myrmillones unde dicti, ib.

N

NAevius poeta Campanus, 162: eiusdem epitaphium, ib.
Natales plures celebravere imperatores, genitalem, delati imperii, adoptionis, 115: *natalis ſalutis apud Cic. eſt anniverſarius dies dedicationis templi Deae ſalutis*, ib.
Neapolitanis pro colle Leucogaeo Octavius vicena millia numerari iuſſit, 42: apud eos ars palaeſtrica in pretio, 157, a.
Nehemia XII, 27, illuſtratur, 85.
Nemauſenſe amphitheatrum quis erexerit, 68.
Nemeſis, vide Fortuna.
Nero coloniae Campanae ſupplementum adiecit, 46: eaque eſt ſeptima eodem deducta colonia, ib. & 15.
Nicolao Damaſceno lux, 128.
Nola cognomento Felix, 30, 34.
Noxii ad ſpectacula gladiatoria, ſive venationem deſtinati ſaginabantur, 122, b.
Nummi veteres illuſtrati, 131, a, b, & ſeq. & alibi paſſim.
Nuper quandoque pro longioris temporis in-

Digitized by Google

intervallo, 46, & a, b.

O

O Pro D in inscriptionibus, 165, b, 166, a.
Obscura, & abdita loca quid? 108, a.
Octavianus ter Capuam deduxit coloniam, 15, 36, &c. primum post quinquennium ab inito triumviratu, ib. quid propterea turbatum sit, ib. XVIII civitatium militibus promissarum Capua prima omnium, ib. Octaviusne an Lucius colonos in eas civitates deduxerit, ib. altera deductio post Lepidum exauctoratum instante contra Sex. Pompeium bello, 39: militum seditio praemia sibi repraesentari vociferantium, ib. ea occasione terra Gnosia & aqua Iulia Campanis data, 41: tertia deductio ab Octaviano iam Augusto, ideſt post Actiacam victoriam, 41: priores duae Octaviani coloniae militares, tertia civilis an militaris obscurum, 42: eo tempore Leucogaeus collis Campanis tributus, ib. ob hanc deductionem Capua Augusta cognominata, 41: plurium oppidorum lacinias Campanae perticae tanquam praefecturas applicuit, 46: in inscriptionibus non ἁπλῶς Caesar, sed cum aliquo additamento appellatur, 56: nihil non in coloniarum a se deductarum ingratiam fecit, 65, a.
Officium pro officialibus, 50, b.
Opera publica quatuor generum sacra, sancta, religiosa, profana, 107, & seq. utrum omnia haec consecrarentur, ib. ea suis singula nominibus sacra, 109, a: operum publicorum exactores qui, 174, a, b.
Opici unde dicti, 178, b.
Opifera eadem quae fortuna 104, & a, b: Harduini opinio reiicitur, ib. falso plerisque Iuno intelligitur, ib. Diana etiam Opifera appellata, ib.
Orchestra quid, 141. quibus in ea locus, ib. cur linea appelletur, 142, a.
Ordines architectonici omnes in Campano amphitheatro, 135, b.
Ordo Tuscanicus; vide Tuscanicus

P

PAeanius notatur, 125.
Paganalia & paganicae feriae quid, 170, a: paganici dii qui, ib.
Pagisicum rectene dictum, 165, b.
Pagorum lustratio, 170, a, & seq. a pagorum magistris fiebat, ib. non tam mense Maio: sed & Iunio, ib. pagorum magistri, 168, a: in pagis Campanis duodenarius magistrorum numerus observatus, 170, b: pagi bini communiter quandoque administrati, 168, b: in pagis fortasse a Terminalibus dies computabant, 167, b.
Pagus Herculaneus, vide Herculaneus.
Palatina tribus, in quam libertorum filii ferme adscribebantur, 48.
Pallio coccineo utebantur Sacerdotes Saturni, 120.
Parastaticae recta scribendi ratio, 73, a, b.
Paterculus exponitur, & a falsa emendatione vindicatur, 16, a, b, 17, a, 40, 41, 62, 63, 123.
Paterna in coloniis quid significet, 4.
Patronis statuae ponebantur, 13, a, b.
Paullus iurisconsultus illustratur, 87.
Paullus diaconus restituitur, 152, b.
Pausaniae sententia defenditur, 78, 79.
Pecuniae probatio, 175, b.
Peloponnesus: vide termini literati.
Periegeta latinus notatur, 149, b.
SS. Perpetuae & Felicitatis acta: vide Acta.
PEQVNIA pro pecunia in saxis non raro, 169, a.
Peregrinius (Camillus) notatur, 32, a, b, 53, b, 55, & seq. 60, a, b: laudatur, 59, 64, a, b: eius opusculum de amphitheatro periit, 135.
Peregrinius (Camillus) primicerius, posita eximius in theatri ruinis rustic abatur, 172.
Pertica quid a praefectura differat, 43: perticae limites primarii, kardo & decumanus, ib. hic ad orientem dirigebatur, ille ad septentrionem, ib. perticae termini erant cippi inscripti, 53.
P. Pescennius Secundus Lucanum agrum Campanis recuperavit, 64: huic Capuae ex S. C. statua ponitur, ib. a: Pescenniana inscriptio, ib.

Pes-

Digitized by Google

Peutingeri tabulae illustrantur, 49.
Φιλοτιμία quid in actis passionis S. Ignatii Martyris? 131, *b*.
Pighius notatus, 13.
Pilo inter XX viros annumeratur, 18, b: una cum Pompeio Capuae duumviratum gessit, 25.
Pius cognomen Antonini, vide Antoninus.
Placentinum amphitheatrum incensum, 61.
Plinius illustratur, 42, 44, a, b, 46, 47, 71, a, b, 95, 104, a, b, & seq. Plinio vera lectio asseritur, 55, a, b.
Plinius iunior illustratur, 99, 111, 112, 88, a.
Plutarchus explicatur, 27: illustratur, 123, & seq.
Poenae addicti induebantur vestibus coccineis, 119.
Podium quid, 141.
Polanum amphitheatrum: vide amphitheatrum Anazarbi.
Polybius illustratur, 60, a, b.
Pompae diversarum pecorum sunt suovetaurilia in epistola S. Vigilii Tridentini, 170, b.
Pompeius M. Brutum perfide interfecit, propter quod ei conflatur invidia, 10, 11: Cicero Pompeio assentatur, ib. Mantia Pompeio convitiatur, ib. inter Campanos XX viros annumerandus, 18, b: duumvir Capuae decretum fecit de restituendo Cicerone ab exsilio, 24: Diphilus tragoedus in eum invehitur, 26: Consul unicus prodiit, 65, a: egit cum Q. Fratre, ne Cicero de agro Campano ad ius publicum revocando referret, 29.
Sex. Pompeius apud omnes gratiosus, 37.
Ponderum probatio, 175, *b*.
Pontes circensibus editis dedicati, 112.
Pontificium ius vulgo Romani ignorabant, 109.
Popularia in amphitheatro quid, 142: complectebantur etiam equestria, ib. 144, b, 145, a.
Portae urbium an sanctae, 109: *posticiae quid?* 121.
Porticus in theatris quae sint intelligendae, 168, b.
Porticus interiores amphitheatri tenebricosae, 139.
Portulae amphitheatri per quas ferae emittebantur, 140.
Possinus refellitur, 120.
Posticiae portae quid? 121.
Praecinctiones quid in amphitheatro, 142, & 143, a: cui usui, ib. ipsarum numerus, ib. frustra in podio praecinctionem admittit Lipsius, ib. cardines balteorum etiam appellatae, 142, b.
Praefecti iuri dicundo, 50, & b: ii sunt qui sive Roma ad Romanas praefecturas, sive a coloniis ad colonicas praefecturas mitterentur, ib.
Praefecturae Campanae quaenam fuerint, 45, & seq. praefecturae colonicae etymon ex Siculo Flacco, 49: praefecturae colonicae diversae prorsus sunt a praefecturis Romanis, 51: praefecturae Campanae paullatim pessum ivere, 47.
Praetores in coloniis, 7, *a: praetores appellati duoviri Thelesini, ib.*
Praetoriani milites venationibus addicti, 121.
Primus & solus quid, 132, b.
Probatio operis quid? victimarum, equorum, boum, mensurarum, ponderum, pecuniae, tritici, aruaturae, purpurae? 175, *b*, 176, *a*.
Propylaeum Campani amphitheatri, 74: an in Flavio amphitheatro fuerit, ib. *in nummis lateri amphitheatri appingitur*, 74: *vide amphitheatrum Veronense.*
Proscenium theatri Campani, 176: quis fuerit huius operis redemptor, ib.
Psalmi XXIX titulus illustratur, 85, 112.
Psalmus LXXIV illustratur, 97, b.
Pugiles an pro gladiatoribus accipiendi apud Suetonium & Ammianum, 157, *b*.
Pullati a media amphitheatri cavea reiecti, 141: in summa cavea collocandi, 146, & b: pullati iidem qui lacernati, 88, b.
Pullus non idem ac sordidus, 88, a.
Purpurae probatio, 176, *b*.
Puteanus notatur, 16, a, b, 166, b.
Puteoli modo colonia, modo iterum municipium, 5: a Puteolanis ars palaestrica in pretio habita, 157, a: Puteolana inscriptio, vide inscriptio Puteolana.

Q

Quaestores coloniarum, 62: quaestores provinciarum Italiae, ib. quaestor Calenus cui Campania provincia obtigerat, ib. *Qua-*

Digitized by Google

Quasel sei pro quasi si, 169, b.
Quatuordecim gradus equiti assignati, 141: in quatuordecim sedere quid, ib.
Quatuorviri aut duoviri coloniis praeerant, 51, a, b.
Quinquennalitatem dedicare quid? 113.
Quinqueviri pro xx viris apud Cic. irrepserunt, 18, & a.

R

RAdelchis cum foederatis Saracenis Capuam redegit in cinerem, 155.
Redemptor operum publicorum quid, 158: non tantum is, qui opus faciendum, sed etiam qui tuendum conducebat, 183, b: *redemptores qui sint ex Festo*, 175, *a*.
Reges in Campo Martio sepeliri mos erat, 31.
Regio non semper idem ac provincia, 157, a.
Reinesius a Fabretti censura vindicatur, 96: notatur, 113, a, 131, a.
Relictus ager idem quod non assignatus, 41, 63.
Relinquere & assignare, verba agraria, 41, 63.
Respublica passim in inscriptionibus de quovis minimo oppido, 64, b.
Restaurare non semel occurrit apud antiquos pro restituere, 71.
Restituere, quam instaurare aedificia, castigatius dicitur, 70: imo apud veteres instaurare nunquam de aedificiis, ib. & a, 71, 72.
Rigaltii prava emendatio, 50, a.
Romani impensius Fortunam colebant, 104, b, 105, a.
Rullus tribunus pl. coloniam Capuam molitur, 13: huic Cicero vehementissime restitit, ib.

S

Sacella & arae in Amphitheatri mediis cellio, 140.
Sacer locus quid a sacrario differat, 100.
Sacratae Cereri vitta utebantur & reliquo corporis amictu candido, 120.
Sagina: *vide noxii*.
Salernitanis ager Lucanus divisus, 65, b, 66, a.
Salmasii prava emendatio, 50, a: Salmasius refellitur, 52.
Samnites gladiatores, vide gladiatores.
Sanavivaria porta corrupte pro sandapilaria, 120.
Sancta quae proprie dicantur, 100.
Sanfelicius (Antonius) notatur, 135, a: excusatur, 172, b.
Saraceni Campanum amphitheatrum illaesum servarunt, 155, 156.
Satelliae inscriptio illustratur, 116: Satellia gens parum nota, 117.
Saturni Sacerdotes coccineo pallio utebantur 120.
Scalaria seu itinera quid in amphitheatro, 144: priora scalaria orchestram non transcendebant, 145, a: scalariorum initia & fines non in gradibus, sed in praecinctionibus, 145.
Scalarum series in amphitheatro quo pacto directae, 144.
Scenici ludi, vide ludi.
Sceptrum Iovi peculiare, 180, b, 181, a: quale id fuerit, ib. in foederibus feriendis sceptrum pro Iovis simulacro adhibitum, ib.
Scholiastes Iuvenalis notatus, 87, b.
Scipionis dictum in Caprarium, 105, b.
Senatus consulto cognomina urbibus imponebantur, 36: senatus pro ordine decurionum quandoque ponitur, 64, b.
Sepulcra urina temerare vetitum, 183, b, 184, a.
Serpens Capuae insigne, 178, b: Geniis symbolum, 179, a: ad vetandum urinam depingebatur, 184, a.
Servius illustratur, 95.
Servorum incredibilis multitudo, 22, a.
Severus conditorum nomina servavit in Panthei titulo, 103.
Sexviri Augustales saepe plures quam semi, 65, a.
Sicopolis a Campanis aedificata, 153.
Siculus Flaccus illustratur, & a pravis emendationibus vindicatur, 50, & a, b.
Signa translata ex abditis locis vel ex obscuro loco quid significent, 108, a.
Sigonii aberratio, 8, &c. idem refellitur, 30, 31, 32.
Silius illustratur, 66, a: *eidem vetus scriptura asseritur*, ib.
Socrates exponitur, 114, a.
Somnia in aede Capitolina captandi mos, 183, a.

Digitized by Google

Sordidus non idem ac pullus, 88, a.
Spartianus illustratur, 69: ex Pausania, 139, b: *cum P. Victore conciliatur*, 168, *b*.
Specus amphitheatri subterranea cui usui, 140, 141.
Spoliarium, vide apodyterium.
Sportulae, seu denarii dabantur in dedicationibus, 114.
Statilius Taurus primus Romae mansurum amphitheatrum posuit, 60.
Statius exponitur, 71, a: cum Etymologo collatus, 150, a, 159, b.
Statuae patronis ponebantur, 13, a, b: statua Syllae quandiu pro rostris steterit, 33: *earum dedicatio nihil aliud quam earum erectio, sive collocatio erat*, 93: statuae interdum deorum, saepissime hominum, signa deorum tantum, 113, a, b: statuis & elogiis clarorum virorum duntaxat in amphitheatro locus, 156, a.
Stellatis ager, an Caesare coloniam deducente ἀνέργαστος fuerit, 19, b.
Stephanus H. notatur, 132, a.
Strabo illustratur, 122, a, b, 150, b.
Suetonius explicatur, 19, b: illustratur, 92, 112, 146, a, b, 157, a: exponitur, 88, b.
SVNT in antiquis elogiis quandoque redundat, 169, b.
Suovetaurilia vocantur pompae diversarum pecorum in epistola S. Vigilii Tridentini, 170, *b*.
Sylla acerrimus hostium insectator, 8: civitates, quae contra ipsum arma sumserant, agro multavit, ib. eius colonia campanam praefecturam retinuit, 9: eademque diu stetit, ib. eius acta fuerunt rescissa, 31: huic Lepidus infestissimus, ib. Calatiam Capuae Sylla adiudicavit, 32, 45. 46: eiusdem statua pro rostris quandiu steterit, 33: Syllae funus apparatissimum 31: Felix cognominatus, 30: Syllae colonia impedimento fuit, quin Caesar novam transscriberet, 33, 34.
Syllanis possessiones nunquam ademtae, 31, 32.
Σύννοι dii, 180, *b*.

TErracinae terminus litteratus, 54: Tarracina colonia a Iulio Caesare deducta, 58.
Thelesini duoviri praetores appellati, 7, *a*.
Tempestatibus res divina fiebat, 105, b: iisdem templum exstructum, ib.
Terminalia quid, 166, a, b: terminalia sacra, 171.
Termini litterati Campanae coloniae, 53: una omnium inscriptio, 54: hi termini ad Caesaremne patrem an ad filium referendi, 54: ab Iulio positos fuisse verosimilius, 55, 56, 57: cur diu post deductam a Caesare coloniam positi, 58: terminos qui tolleret eos occidere permissum, 171, a: lex Iulia agraria de terminis non movendis, 58: *termini litterati Peloponnensium inter & Iotiam*, 54.
Tertullianus illustratur, 90, 145, b, 146.
Theatra ludis dedicabantur, 111: in his nunquam exhibita venatio, ib. a: theatrum Pompeii non venatione, sed ludis dedicatum, ib. vela in theatris, vide theatra: theatra olim Romae disiecta, aut sine sedilibus permissa, 163 quae sint eorum porticus, 168, b: cum montibus collata, 60, b: θέατρα apud Graecos etiam amphitheatra denotant, 68, a, b.
Theatri Campani vestigia, 171: quo tempore exstructum, 172: quo curante, 173: proscenii eiusdem theatri redemtor quis fuerit, 175, 176.
Θεῶν Βίαι, & Σκιομυῖαι quid, 105, a.
Thermae Romanorum ad modum provinciarum exstructae, 168, a: thermae pars gymnasii, ib. a, b: imo gymnasium thermae appellatum, ib.
Thermensis regio Neapoli ubi gymnasium, 158, a: vide gymnasium.
Tisata quid significent, 53, & a, b: Tisata Curia idem sunt ac iliceta Curii ib.
Tillemontii sententia expenditur, 69.
Toga: veteres togati efferebantur, 87, a, b: quae quidem toga alba, non pulla, ib. toga pallens eadem ac obsoleta & sordida, ib. dedicare togam in funus, idem quod encaeniare, ib. non vero in funeris impensas insumere, ib. toga nova

Digitized by Google

va mortui efferebantur, 88, b.
Tradere opus quid? 175, *a*.
Traianae columnae epigraphe, 59.
Threces a Threcidica armatura appellati, 128, b.
Cn. Tremellius unus ex Campani agri XX viris, 18, b.
Tribulis pro tenuioris fortunae homine, 87, b.
Tribunitia potestas quando Antonino collata, 80.
Tribus Palatina: in hanc tribum referebantur filii libertorum, 48.
Tricipitina Varronis, 18, b.
Trigona quid apud Vitruvium, 144, b.
Tritici probatio, 175, *b*.
Trium liberorum ius: vide ius.
Triumvirali lege Capua colonia destinata, 37.
Turbae ob legem Iuliam excitae, 22.
Turnebus notatur, 10.
Tuscanicus ordo omnium simplicissimus, 136, b: eius characteres, ib. imam saltem partem in amphitheatro Campano obtinuit, ib. cur hunc ordinem Campani affectarint, ib.
Tusci e praegrandibus saxis, iisque quadratis in operibus publicis uti consueverunt, 136, b.
Tutela eadem qui Genius, 179, b.
Tympanum quod machinae genus, 181, b.
Tyrrheni iidem ac Campani apud Damascenum, 128.

V

Vaillantius refellitur, 55, b.
Vandalaei schediasma de consecrationibus ethnicis, 107, a.
M. Varro unus e XX-viris, 18, b: emendatur, ib. illustratur, 166, b: Varronis tricipitina, 18, b.
Vela in theatris a Campanis primum usurpata, 62. Q. Catulus Romam induxit, 103.
Velleius, vide Paterculus.
Venatio Campanorum, 133: venatio rustica & ludicra sub Dianae tutela, ib. munus pro venatione, 82, a, b: venationi amphitheatrali sub Gothis honos, 151: vide theatra: *venationum spectacula usque ad finem saeculi septimi perdurarunt*, 151.
Venus Iovia unde dicta, 168, a: Venerus, Cererus, Honorus antique dictum casu patrio, ib. AD VENEREM quid, 86, a, b.
Versus in Caesarem vulgo iactati, 9.
Vespasianus Romanum amphitheatrum construxit, 60.
Vestis, vide Mortuorum &c. Alba &c. vestibus peculiaribus, & fortasse coccineis induebantur addicti poenae, 119.
Via Campana cum Ostiensi coniuncta, 132, b.
Victor P. cum Spartiano conciliatur, 168 *b*.
Victimarum probatio quid? 175, *b*.
Victores Campaniae qui, 130: a Curione primum Romae, iidem Capuae a Bassaeo producti, 132, 133: quos quidem Bassaeus ex universa Campania pretio excivit, ib.
Victoriae ara in Curia dedicata est V. Kal. Sept. 92.
Vigintivirorum Campanorum catalogus, 18, b, 19, a.
Vilicus quid? 146: *Vilicus amphitheatri quid in inscriptione apud Fabrettum? ibid. aliquando pro aquariis accipiebantur*, 147.
Virgilius illustratur, 95, 142, a.
Vis divina eadem ac vis maior, idest tempestates, 105, a, b.
Vitruvius illustratur, 86, 95, 143, a, b, 144, b, 150, b: restituitur ib.
Vivarium proprie dicitur locus ubi ferae in usum venationum coërcebantur, 121.
Vlpiano vetus lectio aeritur, 89.
Universitas idem ac pertica, 43: quid differat a praefectura, ib.
Vomitaria seu aditus in amphitheatro, 143: non alibi quam in praecinctionibus patentia, ib. superiora duplo plura quam inferiora, 145, & b.
Vorlasci, vide Berelasis
Vossius notatus, 146, b: eius etymologicon suppletum, 126, b, 127, a.
Vrbana, Campana praefectura, 46, 47.
Vrbibus ex S. C. cognomina imponebantur, 36: urbes Italicae decem & octo coloniae destinatae, 37: urbibus agro multatis aliqua tamen agri pars publice relicta, 62, 63: Urbes Italicae lege Iulia ius civitatis assecutae 17, a, b.
Vrina sepulcra temerare vetitum, 184, a, b: ad illam vetendam anguis depingebatur, 183, b.
Vrsinus notatur, 16, a, b.

X

Xiphilini indiligentia, 111, a, b.
Xylander notatus, 123, 150, b.

Digitized by Google

Illmus ac Rmus Dominus D. Andreas Simioli Metropolitanae Ecclesiae Canonicus revideat, & in scriptis referat. Neapoli die 28 Septembris 1797.

CAIETANVS CAN. VITOLO V. G.

FRANCISCVS ROSSI CAN. DEP.

EMINENTISSIME PRINCEPS

LUbentissimo quidem animo, Eminentissime Princeps, tuo iussu perlegi Commentarium Alexii Symmachi Mazochii in Mutilum Campani Amphitheatri Titulum, quem nunc quamplurimis autographis Auctoris additamentis locupletiorem denuo in lucem emittit honestissimus Collega meus Canonicus Vincentius Calà, qui qua est ακριβεια ac diligentia omnes a Sanctissimo sene hac illac libri orae agglutinatas schedulas incredibili patientia suis locis aptissime dispossuit. De quo Commentario operam certe luderem si verbum addere vellem, cum eius cumulatissima laus sit nomen Auctoris. In eo autem tantum abest ut quidquam vel minimum laedat fidem ac bonos mores ut potius optandum sit ut reliqua Mazochii opera, quae in forulis latent, bono litterariae reipublicae quamprimum edantur. Datum Neap. XIII Kal. Decemb. an. MDCCXCVII.

Humillimus & addictissimus famulus
Andreas Can. Simioli.

Attenta relatione Domini Revisoris, imprimatur. Die 19 mensis Februarii 1798.

CAIETANVS CAN. VITOLO V. G.

FRANCISCVS ROSSI CAN. DEP.

Digitized by Google

Illmus Dominus D. Michael Vecchioni Praeses Regiae Camerae Summariae vigore Regalis Diplomatis diei XXIV. infrascripti mensis, & anni revideat autographum enunciati operis, cui se subscribat ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent ad formam Regalium Ordinum, & in scriptis referat potissimum si quidquam in eo occurrat, quod Regiis iuribus, bonisque moribus adversetur, & si merito typis mandari possit. Ac pro executione Regalium Ordinum idem Revisor cum sua relatione ad nos directe transmittat etiam autographum ad finem, &c. Datum Neapoli die 27 mensis Iunii 1797.

FR. ALB. ARCHIEP. COLOSS. C. M.

S. R. M.

PRaestantissimum ac elaboratissimum de Amphitheatro Campano Commentarium clarissimi viri Alexii Symmachi Mazochii Canonici Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae, & Primarii Professoris in Regia Studiorum Vniversitate huius Regni, cura Vincentii Calà, itidem Canonici huius Metropolitanae Ecclesiae, & defuncti Mazochii vere alumni, tam ob culturam eximiam humaniorum litterarum, quam ob omnes illas animi egregias virtutes, quibus celeberrimus Mazochius & praefulsit, & omnibus acceptus extitit, denuo prodit in lucem typis Ursinianis, & iis selectissimis accessionibus adauctum, quas postmodum auctor ipse, dum novam, ac uberiorem operis editionem meditaretur, congesserat, atque schedulis sua propria manu exaratis margini operis adiecerat ita stylo, & omnimoda eruditione, ac gravitate, & pondere operi iam evulgato consentaneas, ut undequaque redoleant Auctorem ipsum, & Mazochio ipsi tributae fuissent, etiamsi anonymae prodiissent: quibus in hac nova editione etiam accedunt judicia clarissimorum Virorum de priori foetu Mazochiano, deque Mazochio ipso, quae, quia, ut plurimum, non adhuc edita reperiebantur, ab omnibus desiderabantur. Quum itaque opus istud nec bonis moribus, nec Religioni, nec iuribus Regiae Coronae ullo modo adversetur, & alioquin litteraturae solidi erit adiumenti, ut publicam lucem obtineat & censeo, & exopto, dummodo M. V. cui hoc, qualecumque sit, judicium obsequenter submitto, ita pariter videatur.

Datum ex meo Museolo prid. Kal. Ian. MDCCXCVIII.

MICHAEL VECCHIONI.

592441

Digitized by Google

Die 12 menſis Februarii 1798. Neap. &c.

Viſo reſcripto S.R.M. ſub die 6 ſupradicti menſis currentis anni, ac relatione Illmi Domini D. Michaelis Vecchioni, de commiſſione Reverendi Regii Cappellani Maioris ordine prefatae Regalis Maieſtatis &c.

Regalis Camera S. Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma praeſentis ſupplicis libelli, ac approbationis dicti Reviſoris. Verum non publicetur niſi per ipſum Reviſorem facta iterum reviſione affirmatur quod concordat ſervata forma Regalium Ordinum, ac etiam in publicatione, ſervetur Regia Pragmatica hoc ſuum &c.

PECCHENEDA. MASCARA. TARGIANI.
V. F. R. C.

Ill. Marchio Mazzocchi P. S. C. et ceterarum aularum Praefecti impediti.

Linguiti.

Izzo Cane.

Reg. fol.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

592441

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google